This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


Doctor Faustus
Der Geist der Medizin ist leicht zu fassen;
Ihr durchstudiert die gross' und kleine Welt,
Um es am Ende gehn zu lassen,
Wie's Gott gefällt.
Ex Libris Medicis
Alfred Oughton Lee M.D.

63-68
235

[illegible] 1847

5 d

ADRIANI HERINGA
MED. DOCT.

OBSERVATIONUM CRITICARUM
LIBER SINGULARIS

in quo paſſim veteres Auctores, Graeci maxime, emendantur.

LEOVARDIAE,

Apud GULIELMUM COULON, Illuſt.
Friſiae Ordd. atque Eorumdem Acad.
Typographum. cIↄ Iↄ c cxlix.

VIRO
ET NATALIUM SPLENDORE ET MUNERUM PRAECLARE PRO RE PUBLICA GESTORUM DIGNITATE

EXCELLENTISSIMO

THEOTARDO

BARONI AB AYLVA

S. P. D.

ADRIANUS HERINGA.

INſcribere Tibi, VIR ILLUSTRISSIME, auſus ſum huncce, quem vides, ingenioli mei foetum, tenuem illum quidem, nec ſatis dignum, qui tanto nomine ſuperbiat; ſed animos mihi addidit co-

mitas Tua, qua ingenuos quoſvis pro-ſequi ſoles, quaeque proin, ſi quid hac in parte peccavi, veniam mihi facile parabit.

Si vero tam felici eſſe contingat, ut nec conſilium meum, nec libellum penitus Tibi improbari videam, erit, quo & ego in praeſentia gaudium percipiam, & in poſterum ad maiora forte erigar tentanda: quoniam enim (quod ille ait,) *Principibus placuiſſe viris non ultima laus eſt*, qui non ſummi faciendum ſit Tuum, VIR EXCELLENTISSIME, iudicium, qui nec ſplendore antiqui generis, quod tot heroas & pacis & belli artibus inclytos produxit; nec munerum geſtorum amplitudine (quorum tamen utroque ſpiritus fere ſumere ſolent homines,) cenſeri voluiſti, niſi ſimul Maiores, ut nobilitate & honoribus, ita & virtutibus aequaſſes: in quas celebrandas ſi excurram, vereor, ne aliis parum pro dignitate dixiſſe videar, Tibi ſane minime gratum facturus ſim, cum

mens

mitas Tua, qua ingenuos quosvis proſequi ſoles, quaeque proin, ſi quid hac in parte peccavi, veniam mihi facile parabit.

Si vero tam felici eſſe contingat, ut nec conſilium meum, nec libellum penitus Tibi improbari videam, erit, quo & ego in praeſentia gaudium percipiam, & in poſterum ad maiora forte erigar tentanda: quoniam enim (quod ille ait,) *Principibus placuiſſe viris non ultima laus eſt*, qui non ſummi faciendum ſit Tuum, VIR EXCELLENTISSIME, iudicium, qui nec ſplendore antiqui generis, quod tot heroas & pacis & belli artibus inclytos produxit; nec munerum geſtorum amplitudine (quorum tamen utroque ſpiritus fere ſumere ſolent homines,) cenſeri voluiſti, niſi ſimul Maiores, ut nobilitate & honoribus, ita & virtutibus aequaſſes: in quas celebrandas ſi excurram, vereor, ne aliis parum pro dignitate dixiſſe videar, Tibi ſane minime gratum facturus ſim, cum

mens

880.9
H54

mens, ſuae ſibi virtutis conſcia, ſpernat inanes illas phaleras. Illud ſaltem (quod & propius huc pertinet,) dixiſſe liceat, glorioſum Te duxiſſe numerari inter eos (perpaucos utique,) e patriae huius noſtrae Proceribus, qui cum ipſi Muſarum ſacris initiati ſunt, earum quoque ſe vindices & ſcientiarum hominumque doctorum patronos profitentur: cum ceteri fere ad doctrinae & ſtudiorum nomen nauſeent, iisque mentem excoluiſſe homine libero ferme indignum putent; quorum ſi magis etiam invaleſcat turba, iam brevi omni literarum amore exſtincto, in priſtinam barbariem relabentur poſteri, omnia, quibus illa comitata incedit, mala & vitia magno ſuo cum damno experturi: atque adeo metus eſt, ne & in nos conveniat, quod vere olim de ſui ſeculi hominibus cecinit Romanus vates,

Aetas parentum peior avis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

 Sed

Sed laetiora potius ominemur, atque optemus ut Tuo, aliorumque, qui paria Tecum faciunt, Illuſtrium virorum exemplo, plures ex hoc veterno excitati, magno animo barbariei magis magiſque ingruenti obviam eant, & ſcientias doctoſque fovendo peſtem hanc a noſtra ſaltem Friſia averruncent, ſibique decus immortale pariant.

Tu vero vale, VIR ILLUSTRISSIME, & qui omnes literarum cultores favore Tuo dignari ſoles, me quoque inter eos numerare incipe.

Dabam Leovardiae, Kal. Auguſt. Anno cIↄ Iↄ CCXLIX.

LECTORI

LECTORI BENEVOLO S.

NOn eſt, cur te in introitu longo ſermone morer, CANDIDE LECTOR, ſed ad ipſum potius te opuſculum remitto, *Obſervationes* nempe *Criticas*, quae mihi dum veterum, Graecorum maxime, ſcripta, horis ſubceſivis recolo, ſponte ſubnatae ſunt. Facile equidem praevideo riſu eas excepturos eſſe nonnullos ſubducti ſupercilii homines, qui mirabuntur me ſeriis magis & utilibus (ut vocant,) ſtudiis innutritum ad has Grammaticorum & Criticorum nugas delabi potuiſſe: his cum multa opponere poſſem, non faciam, contentus eos rogaſſe, ut antequam Criticos damnent, quid rei ſit Critice, addiſcere dignentur. Id ſi nolint, per me ſuo licet fruantur judicio, ſed ſimul tamen dictum ſibi putent vetus illud,

Εὐφημεῖν χρὴ, κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν,
Ὅστις ἄπειρος τοιῶνδε λόγων, ἢ γνώμῃ μὴ καθαρεύει,
Ἢ γενναίων ὄργια Μουσῶν μήτ᾽ ἴδε πω μήτ᾽ ἐχόρευσε.

His igitur ſubmotis, Te quicunque ſacrorum noſtrorum particeps ad lectionem libelli mei accedis, rogo ut aequo eum animo evolvas, quo facto, ſi nihil aliud, ſtudium ſaltem meum literas adiuvandi calculo

tuo

tuo adprobabis. Sed erit forte, cui minus adridebit, tam libere me ubique ſententiam dixiſſe, etiam ubi a viris in literis his ſummis diſſentio: ſi quid in eo peccatum eſt, culpam non deprecor, quin potius hoc licuiſſe mihi contendo, qui ſoli addictus veritati egregiorum virorum errores, vel qui tales mihi videbantur, candide & ſimpliciter notavi, nec eo quidquam eorum meritis detractum volui: ſed ſollicite potius cavi, ne quid in viros principes inclementius dicerem, deteſtatus prorſus morem, homine ingenuo indignum, minutorum quorumdam Criticorum, qui convicia in SCALIGEROS, CASAUBONOS, GROTIOS &c. congerendo, viros ſe putant. Tale igitur ſi quid alicubi imprudenti exciderit, id publice hic damno, atque penitus indictum volo.

Praeterea, ſi quae obſervationum mearum iam ab aliis occupatae ſunt, (quarum iam ipſe in Addendis nonnullas auctoribus ſuis reſtitui,) id neſcio me fuiſſe, facile vel mihi adfirmanti fidem adhibebis, vel ab iis qui me norunt ediſcere poteris: nec enim eo me inopiae redactum eſſe, ut emendicatis aliorum plumis ornari neceſſe habuisſem, docebunt te omnes.

Vale, LECTOR BENEVOLE, & conatibus meis fave.

ADRIANI

ADRIANI HERINGA OBSERVATIONUM CRITICARUM

CAPUT I.

Erotiani & Galeni Gloſſaria Hippocratea. Dan. Clericus notatur. Erotiani Lexicon quo ordine ſcriptum ſit? Plura Gloſſaria a recentioribus turbata eſſe indicatur. Voces e Prognoſtico Hippocratis ab Erotiano deſumtae. Diſcrimen inter Λαπαρὴ *&* Λαπάρη. *Hippocrates tentatur.* Περιεστικόν. *Erotianus & Hippocrates emendantur. Ordo Librorum Hippocratis ab Erotiano obſervatus. Eius Lexicon ſemel iterumque corrigitur.* Ἀπαυρίσκεσθαι. *Hippocrates bis emendatur.* Ξυνθεῖν. Πηρίν.

MEdicorum principem *Hippocratem* nondum ſatis emendate legi, omnes eruditi & agnoſcunt & dolent. Maximum quidem ad eum recte intelligendum & conſtituendum ſubſidium eſſet in iis, qui difficiliora ipſius vocabula data opera explicarunt, quorum-

 que

que longum catalogum texit *Erotianus* in Lexici ſui praefatione: ſed perierunt omnium horum volumina, exceptis ſolummodo *Erotiani* & *Galeni* Gloſſariis ſeu Lexicis. Video tamen a *Dan. Clerico* Hiſtor. Medic. Part. II, L. IV, S. II, c. 2. memorari Gloſſarium quoddam *Hippocratis* Editionibus praefixum, quod nonnulli (teſte Viro Cl.) *Herodoto Lycio* Medico adſcribunt: ipſe autem *Clericus* huicne an alii tribuendum ſit, in medio relinquit. At vero turpiter errarunt Viri Docti. Quippe Gloſſarium illud *Herodoteum* vocatur, non quod *Herodotum* quempiam auctorem agnoſcat, ſed quod explicet vocabula in *Herodoti* Hiſtoriarum libris reperiunda; neque alium in finem *Hippocrati* praemittitur, niſi quod multae harum Gloſſarum apud *Hippocratem* etiam reperiantur: nec mirum, cum Dialectus Jonica utrique communis ſit.

Reſtant igitur, quod dixi, *Erotianus* & *Galenus*, qui diligenter cum *Hippocrate* collati, plurimum ſaepe lucis illi foenerantur, ſaepe ſibi acquirunt. Teſtis *Foeſii* Oeconomia *Hippocratis*, opus aureum, & cum ipſo *Hippocrate* duraturum; ubi ſaepiſſime ſinguli horum triumvirorum feliciter & vere emendantur. Multa tamen (quod in vaſto opere quis miretur?) poſterorum diligentiæ reliquit Vir Magnus perficienda.

Conſtitui itaque paſſim in his Obſervationibus promere ſpecimina eorum quæ ad *Hippocratem* eiusque Gloſſatores illuſtrandos faciunt, quo alii etiam ad utiliſſimum laborem incitentur, & Medicorum patri medicinam faciant.

Fundamenti autem loco pauca praemonenda ſunt de *Erotiani* Lexico; licet enim hodie illud ſecun-

dum

dum ſeriem Alphabeti diſpoſitum videamus, certum tamen habeo, auctorem in eo conſcribendo ordinem ſequutum toto coelo diverſum: nec operam perditurus videor, ſi latius hoc dederim probatum. Plurima enim, quæ hoc evincunt argumenta, in promtu ſunt.

Ac primo quidem, ſi *Erotianus* ordine ſcripſiſſet Alphabetico, non dubito quin eundem tenuiſſet morem quem alii: primo ſcilicet poſuiſſet voces ab **AB** incipientes, dein ab **ΑΓ**, **ΑΔ**, & ſic porro in quavis litera, quod etiam *Galenus* accurate obſervavit. In *Erotiano* autem nihil tale, omnia ſe mutuo ſequuntur ὕϛερον πρότερον: immo eſt, ubi eadem vox bis refertur, ut V. G. Ἅλις, quod ridiculum fuiſſet, ſi ordinem literarum in Lexico ſuo ſequutus eſſet Auctor.

Dein multa in hoc Lexico loca, alio id ordine prodiiſſe demonſtrant. Sic V. G. in Ἀτρεκέως ait: ὁμοίως κἀνταῦθα τῷ ἀληθεῖ ἀντιδιαϛέλλων. & in Ἀραιά: ἀλλ' ἐνθάδε μὲν ------ ἀραιὸν λέγει τὸ ἐκ διαϛήματος. in Γαργαρεῶν: τὸ ὑπὸ τὴν ὑπερῴαν νῦν λέγει. in Δίκαιον: ἐνθάδε μὲν εὔλογον. & ſic pluribus locis. Jam vero verba illa ἐνταῦθα, ἐνθάδε, νῦν, clare monſtrant ordinem in hoc Lexico fuiſſe talem, ut Lectoribus primo intuitu pateret, ad quoſnam *Hippocratis* locos referendae eſſent *Erotiani* explicationes; quod de Lexico *Erotianeo* quo hodie utimur, minime dici poteſt: Saepe enim totus fere *Hippocrates*, etiam fruſtra, evolvendus eſt, ut deſiderata loca reperiamus: unde non eo habitu ab auctore profectum, pronum eſt concludere.

Sed fortiora reſtant argumenta: audiamus igitur, (ut brevis ſim,) ipſum *Erotianum*. Damnat hic

in praefatione ſua eorum inſtitutum, qui vocabula *Hippocratis* ſecundum literarum ordinem expoſuerant, *Epiclem* nominatim & *Glauciam*. Prior enim (quanquam locus Erotiani de eo obſcurior & forte corruptus eſt,) brevitati ſtudens non annotaverat loca vel libros *Hippocratis*, unde Gloſſas ſuas deſumſerat, quod moleſtiam creabat lectori; quo etiam vitio *Galeni* Exegeſis laborat, quippe qui rariſſime loca *Hippocratis*, quae reſpicit, Libro nominato ſignat. *Glaucias* autem cum ubique loca *Hippocratis* ſtudioſe annotaſſet, hinc nimia mole ipſius liber laborabat. Subdit dein, quanam ipſe uſurus ſit methodo: διόπερ ἡμεῖς καθ' ἑκάστην γραφὴν ἐκλεξάμενοι τὰς καταγεγραμμένας λέξεις, διὰ μὲν τȣ̃ συγγράμματος δηλώσομεν ὁποῖαι τυγχάνȣσι κείμεναι, ἐν ὅσαις τε βίβλοις ἱστορȣ̃νται αἱ μὴ συνήθεις· διὰ δὲ τῆς ἐξαπλώσεως ἐμφανίσομεν πόσα σημαίνȣσι. *quare nos per ſingulos libros deligentes infra deſcriptas voces, per Commentarium noſtrum monſtrabimus, quales ſint & quibusnam in libris reperiantur minus uſitatae; per explicationem vero, quid ſignificent, indicabimus.* Forſan tamen in his verbis pro ὁποῖαι legendum ὅτι. Haec autem clariſſime, ni fallor, evincunt, *Erotianum* ordinem literarum in Lexico ſuo condendo minime attendiſſe: ſed ductum Librorum *Hippocratis* ſequutum voces obſcuriores annotaſſe & explicuiſſe eo ordine quo in *Hippocrate* ſe invicem ſequebantur. Quotieſcunque vero ad novum perveniebat librum, eius titulum vocibus inde deſumtis praefixiſſe videtur; quod docent illa, quae in fine praefationis ait: λοιπὸν ἀρξώμεθα ἀπὸ τȣ̃ Προγνωστικȣ̃: *incipiemus igitur a Prognoſtico.* Ordo hic lectoribus

bus erat utiliſſimus, qui ſic facillime *Hippocratem* & *Erotianum* invicem contendere poterant.

Sed deinde neſcio quis maleferiatus Lexico huic violentas manus inferre, atque illud ſecundum literarum ordinem diſponere auſus eſt, pulcherrimum procul dubio facinus hoc opinatus. Id tamen laudo in eo, quod non penitus in ordinem Alphabeticum redegerit, ſed tantum excerpſerit primo omnes voces ab A incipientes, ordine, quo eas in *Erotiani* Gloſſario reperiebat: tum eodem modo eas, quae a B, Γ, &c. incipiunt: hinc enim illud lucramur commodi; ut quamvis perdito quod ad totum, auctoris ordine, in ſingulis tamen literis eum adhuc ſuperſtitem habeamus, & hinc voces ex eodem Libro excerptae ſe mutuo ſequantur, quod ſaepe ſummi uſus eſt, ut dein latius monſtrabo.

Nec eſt, quod miretur quiſpiam, tantum ſibi in Veterum ſcriptis interpolandis indulſiſſe homines male ſedulos: nec enim in ſolum graſſati ſunt *Erotianum*. Idem expertum eſt Gloſſarium *Herodoteum*, quo de ante dixi; nec enim, prout editur, ordine Alphabetico ſcriptum erat, ſed ad ductum ipſius *Herodoti*: immo ſupereſt adhucdum Codex in Gallia, unde verus illius ordo in integrum reſtitui poteſt. Vide *Montfauc:* Biblioth. *Coiſl.* p. 484. Nec non Gloſſarium *Oppiani*, quod ſecundum Alphabeti ſeriem ediderat *Rutgerſius*; ſed & huic verum ordinem e M. S. Libro reſtituit Cl. *Dorvillius* Miſcell. Obſerv. Vol. IX, p. 100, & ſeqq. *Ammonii* etiam ac *Thomae Magiſtri* opera olim aliter ac nunc diſpoſita fuiſſe ſtatuunt Viri eruditi, validis ſatis rationibus ſubnixi. Utinam cui adeo felici eſſe contingat, ut incidat in *Erotiani* exemplar na-

tivum adhuc ſervans ordinem! Sic multa procul-dubio reſtituere, & illuſtrare poſſemus loca, quae iam tanquam totidem folia Sibyllae ſunt: at verendum quam maxime, ne inania ſint haec vota, & omnes noſtri Codices promanarint ex illius Apographo, qui *Erotianum* tam miſere diſcerpſit.

Iis igitur, quae ſuppetunt, adjumentis pro virili & *Hippocrati* & *Erotiano* prodeſſe conabor, atque indicare loca nonnulla, quae *Foeſii* diligentiam effugere: ac primo, ut ea quæ hactenus dixi, ulterius illuſtrem, ſubiungam Gloſſas e Prognoſtico, unde initium fecerat *Erotianus*, eo ordine quo apud *Hippocratem* occurrunt, & quem *Erotianus* etiam in genuino opere tenuerat: ſingulis autem praepoſui paginas & lineas Editionis *Foeſii*, qua in citando ſemper utar.

P. 36. 3. Λέγων.
8. Τολμᾶν.
37. 3. Ξυντεκμαίρεσθαι.
ib. Ἐπανέρεσθαι.
5. Διμῶδές τι ἔσχε αὐτόν.
21. Ὑποφάσιας.
29. Κάμπυλον.
41. Προπετής.
46. Ἀλυσμόν.
38. 7. Πνεῦμα.
19. Ἀπέδειξαν.
20. Εὐπετέστερον.
54. Ἄλλη κοιλίη.
39. 24. Λαπάσσουσαι.
55. Νείαιρα γαστήρ.
40. 1. Τρύζειν.

12. Λα-

	12.	Λαπαρήν.
	21	Φύσαν.
	41.	ΝεΦέλαι.
41.	31.	Περιεςικόν.
43.	54.	Εὐηθέςατοι.
44.	10.	Ἀτρεκέως.
	23.	Κόσμȣ.
	28.	Ἀλλοφάσσοντες.
45.	24.	Γαργαρεῶνες.
	52.	Πελάσῃ.
	55.	Ὀρφνῶδες.
46.	18.	Μαρμαρυγαί.
	ib.	Καρδιώσσειν.
	48.	Λιβύῃ, Δήλῳ, Σκυθίῃ.

Haec vero nefarius ille huius Lexici interpolator ita in ordinem redegit: Ἀλυσμόν. Ἀπέδειξαν. Ἄλλῃ κοιλίῃ. Ἀτρεκέως. Ἀλλοφάσσοντες. Γαργαρεῶνες. Ἐπανέρεσθαι. Ἐυπετέςερον. Ἐυηθέςατοι. Κάμπυλον. Καρδαμύσσειν. Κόσμȣ. Καρδιώσσειν. Λέγων Λιμῶδές τι ἔσχε αὐτόν. Λαπάσσȣσαι. Λαπάρην. Λιβύῃ, Δήλῳ, Σκυθίῃ. Μαρμαρυγαί. Νείαιρα γαςήρ. ΝεΦέλαι. Ξυντεκμαίρεσθαι. Ὀρφνῶδες. Προπετής. Πνεῦμα. Περιεκτικόν. Πελάσει. Τολμᾶν. Τρύζειν. Ὑποφάσιας. Φύσαν. quae prima cuiusque literae vocabula ſunt. De plerisque horum conſulendus *Foeſius*, unum tantum alterumve monendum reſtat.

Ἐυπετέςερον pluribus locis apud *Hippocr.* reperitur: vide *Foeſ.* Oecon. ſed cum & praecedens Ἐπανέρεσθαι & ſequens Εὐηθέςατοι in Prognoſtico legantur, nec hoc alibi quaerendum: iure igitur retuliſſe me puto ad p. 38. 20. ἀπέδειξαν τὸν ἄνθρωπον εὐπετέςερον Φέροντα τὸ νόσημα, quod *Foeſium* latuiſſe miror.

Καρδαμύσσειν. Et hanc vocem in Prognoſt. legiſſe *Erotianum* liquet. cum etiam binae ſequentes hoc libro reperiantur. Haec tamen ſola eſt, cui Locum aſſignare nequii, ſive alicubi corrupta lateat, ſive quacunque de cauſa: quod aliis excutiendum relinquo.

Λαπάρην. τὴν πλευράν: exponit, quod & ipſum e Libro hoc depromptum eſſe monſtrat ſequens, Λιβύη, Δήλῳ, Σκυθίη. Reſpexit igitur proculdubio locum quem indicavi p. 40. 12. δεῖ δὲ ἐν παντὶ τῷ νοσήματι λαπαρὴν τὴν κοιλίην εἶναι, καὶ ἔυογκον. Verum plane ab hoc loco aliena eſt expoſitio, τὴν πλευράν: nec enim idem eſt λαπαρὴ & λαπάρη: prius adiectivum eſt *mollis* notans; poſterius ſubſtantivum, & πλευρὰν vel κενεῶνα ſignificat: Vide *Foeſ.* Oecon. Nec tamen adeo bardus erat *Erotianus*, ut haec confuderit: ſed putem fere truncam eſſe hanc explicationem, & ea quae auctor de vocum harum differentia notarat, vel librariorum culpa, vel interpolatoris, intercidiſſe.

Νείαιρα γαστήρ. Hoc quoque in Progn. quaerendum, teſtatur ſequens Νεφέλαι. In noſtris tamen editionibus nullibi, quod ſciam, occurrit, etſi aliis in Libris ſaepe adhibeat *Hippocrates*. Sed cum *Erot*: hic in explicatione dicat: ὃ τινες κάτω κοιλίαν προσαγορεύουσι, coniicere coepi pertinere haec forte ad p. 39. 55. τοιαύτης γὰρ ἐούσης τῆς διεξόδου, ἡ κάτω κοιλίη ὑγιαίνει ἄν. Suſpicor enim *Hippocratem* ſcripſiſſe, ἡ νείαιρα γαστὴρ ὑγιαίνοι ἄν: & cum in margine adſcriptum fuiſſet, ἡ κάτω κοιλίη, id dein pro vero in textum receptum.

Περιεκτικόν. σωτήριον. corrupte ſic legitur apud *Erot*. Περιεκτικὸς enim eſt a περιέχειν, *continere*, ac proin

proin *continens* notat, a qua notione explicatio *Erotiani* plane abit: Corrigendum puto. Περιεςικόν· σωτήριον. Aegri qui a morbo convaleſcunt περιεῖναι, & περιγίνεσθαι, *ſupereſſe*, dicuntur Hippocrati: hinc σημεῖον περιεςικὸν eſt *ſignum hominem ſuperfuturum monſtrans*, unde bene σωτήριον ſeu *ſalutare* exponitur. Sic p. 43. 12. ὑπηρετῆται δὲ περιεςικῶς ὑπὸ τῶν λοιπῶν πάντων τῶν περιεςικῶν σημείων. Locus vero, in quem hic digitum intendit *Erot*. eſt p. 41. 31. πτύελον ξανθὸν . . . . . . ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς νόσȣ πτυόμενον περιεςηριὸν καὶ κάρτα ὠφελέει. Ubi pro περιεςηριὸν lege περιεςικόν.

Πελάσει, quin recte retulerim ad p. 45. 52. nullus dubito; legitur ibi, καὶ ταῦτα ποιέων τῷ Φθινοπώρῳ προσπελάσῃ: ſed notat *Foeſius Galenum* legiſſe πελάσῃ, nec aliter, ut puto, *Erotianus*, apud quem proin corrigo; Πελάσῃ· ἐγγίσῃ. Et ſane ſaepius in *Hippocrate* obſervare eſt; alios compoſita voce ſcripſiſſe, quae alii ſimplici efferebant: ſic eodem hoc Progn. p. 36. 3. *Erotianus* in ſuis reperit λέγων, ubi hodie editur προλέγων. Vide *Foeſium*.

Satis, credo, ex hoc ſpecimine conſtabit de methodo atque ordine ab *Erotiano* obſervatis. Si quis vero diligenter *Erotianum* cum *Hippocrate* contenderit, is videbit eum in Gloſſario ſuo tenuiſſe ordinem Librorum non praeciſe eum, quem in praefatione; ſed Libros ita fere explicuiſſe, ut hic ſubieci. Προγνωςικόν. Προῤῥητικὸν ά, β'. Περὶ χυμῶν. Ἐπιδημίαι: ζ. Περὶ Φύσιος ἀνθρώπȣ. Ἀφορισμοί. Περὶ Φύσιος παιδίȣ. Περὶ τόπων καὶ ὡρῶν. Περὶ Φυσῶν. Περὶ ἱερῆς νόσȣ. Περὶ ὑδάτων. Εἰς δίαιταν. Περὶ τόπων τῶν κατὰ ἄνθρωπον. Περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς. Περὶ τέχνης. Κατὰ ἰητρεῖον. Μοχλικός. Περὶ ἑλκων. Περὶ τῶν ἐν κε-

φαλῇ τραυμάτων. Περὶ ἀγμῶν. Περὶ ἄρθρων. Περὶ πτισάνης. Περὶ ἀφόρων. Περὶ νούσων ά, β'. Γυναικείων ά, β'. Πρεσβευτικός. Ἐπιβώμιος. Recenſentur praeterea ab *Erotiano*, Περὶ τραυμάτων καὶ βελῶν. Περὶ αἱμορροΐδων καὶ συρίγγων. Περὶ τροφῆς. Ὅρκος. Νόμος: quibus locum aſſignare non audeo, immo prior deperditus plane eſt; in editionibus ſaltem *Hippocratis*, nullibi comparet: quo de poſt paucis agam.

Illis quae hactenus obſervavi, hoc addo: in *Erotiano*, ut hodie habemus, ſub litera Δ habetur: Δεινὸν αὐτίτην τὸν ἀπαράχυτον: monſtrum horrendum, informe, vere δεινόν: ſed veriſſima eſt correctio *Foeſii* Οἶνον αὐτίτην legentis. Vide eius Oecon. v. Αὐτίτης: atque idem iam obſervaverat *Auguſt. Gadaldinus*, docente *Euſtachio* in Annotat. ad *Erotian.* cuius uſum debeo favori Cel. *Valckenarii*. Hoc autem novum & certiſſimum ſubminiſtrat documentum, noſtrum non eo, quo iam circumfertur ordine, ſcripſiſſe; ſub litera enim Ο hoc repoſuiſſet, non ſub Δ: nec quidquam manifeſtius, quam alios hoc patraſſe, cum iam vox Οἶνον in Δεινὸν corrupta eſſet.

Sequitur hinc ulterius in tractando *Erotiano* ordinem literarum minime attendendum: & urgente neceſſitate etiam emendationes eum violantes admitti debere.

Jam videamus, quantam ſaepe lucem praeferat haec obſervatio ad invenienda loca *Hippocratis*, quae *Erotianus* in Gloſſario ſuo reſpexit.

Ordine ſequuntur apud *Erot.* Ἀρυσθέντι. Ἀπαυρίσκεται. Ἀσκαρίζει. Ultimum *Euſtachio* & *Foeſio* indicibus reperitur Lib. de Nat. Puer. p. 246. 55. ἀσκαρίζει καὶ τοὺς ὑμένας ῥήγνυσι. Priori locum non aſſignarunt, at vero reperitur eodem Lib. p. 244. 50.

ὅταν δὲ ἀρυσθέντι χρόνος ἐγγένηται, ςάσιμον γίνεται καὶ θερμὸν ὁρᾶται· Hinc enim Ἀρυσθέντι· ἀντλήθέντι, exponit: quo de nemo puto dubitaverit.

Proin & intermedium Ἀπαυρίσκεται hoc Libro quaerendum, quod male ad Lib. IV de Morb. p. 513. 48, retulere. Tu mecum refer ad p. 245. 30. ὅτως μεθίησιν ἐς τὸ δένδρεον ῥίζας ἀπ' αὐτῦ λεπτάς καὶ πρῶτον ἀπαυρίσκεται ἀπὸ τῆς ἰκμάδος τῆς ἐν τῷ δενδρέῳ ἐνεύσης, ἐν ᾧ ἔγκειται. Bene illa vertuntur: *radices in arborem demittit; primumque arboris humore, in quam inſitus eſt, fruitur.* Ἀπαυρίσκεται igitur hic eadem poteſtate adhibetur, qua ἐπαυρίσκεται ſemel iterumque hoc Libro occurrit: ut p. 241. 55. καὶ τὸ παιδίον ἀπ' αὐτῦ ἐπαυρίσκεται ὀλίγον: *atque exiguo eius [lactis] puer fruitur.* Verum hinc multum abludit *Erotiani* expoſitio, Ἀπαυρίσκεται· ἀπολλύεται, quod merito ſuſpectum habuit *Foeſius*, ſed haud ſanavit. Ego corrigendum cenſeo: Ἀπαυρίσκεται· ἀπολαύεται: nihil enim facilius fuit, quam ΑΠΟΛΑΥΕΤΑΙ in ΑΠΟΛΛΥΕΤΑΙ corrumpi: & ſic *Erotiani* explicatio optime loco huic quadrabit. Similiter *Suidas*. Ἀπηύρα· ἀφείλετο, ἀπέλαυσεν. Eodem autem modo vox adhibetur loco ſupra citato L. IV de Morb. χωρέει τὸ ποτὸν ἐς τὴν κοιλίην, ἀπὸ δὲ τῆς κοιλίης ἐς τὸ ἄλλο σῶμα ἀπαυρίσκεται: tollenda inde praepoſitio ἐς, & vertendum: *defertur potus in ventriculum, a ventriculo vero reliquum corpus attrahit*, vel *accipit*.

In litera Σ habet *Erotianus:* Συνθεῖν· συντρέχειν: cui Gloſſae locum non aſſignavit *Foeſius:* at ope noſtrae regulae eum facile invenire licet. Vox enim praecedens Σεσήρισται legitur Lib. de Fract. p. 774. A. vide quae *Foeſius* in Oecon. monuit: ſequens

ADRIANI HERINGA
MED. DOCT.

OBSERVATIONUM
CRITICARUM
LIBER SINGULARIS

in quo paſſim veteres Auctores, Graeci maxime, emendantur.

LEOVARDIAE,

Apud GULIELMUM COULON, Illuſt. Friſiae Ordd. atque Eorumdem Acad. Typographum. cIↄ Iↄ c cxlix.

VIRO
ET NATALIUM SPLENDORE ET MUNERUM PRAECLARE PRO RE PUBLICA GESTORUM DIGNITATE

EXCELLENTISSIMO

THEOTARDO
BARONI AB AYLVA

S. P. D.

ADRIANUS HERINGA.

INſcribere Tibi, VIR ILLUSTRISSIME, auſus ſum huncce, quem vides, ingenioli mei foetum, tenuem illum quidem, nec ſatis dignum, qui tanto nomine ſuperbiat; ſed animos mihi addidit co-

mitas Tua, qua ingenuos quosvis proſequi ſoles, quaeque proin, ſi quid hac in parte peccavi, veniam mihi facile parabit.

Si vero tam felici eſſe contingat, ut nec conſilium meum, nec libellum penitus Tibi improbari videam, erit, quo & ego in praeſentia gaudium percipiam, & in poſterum ad maiora forte erigar tentanda: quoniam enim (quod ille ait,) *Principibus placuiſſe viris non ultima laus eſt*, qui non ſummi faciendum ſit Tuum, VIR EXCELLENTISSIME, iudicium, qui nec ſplendore antiqui generis, quod tot heroas & pacis & belli artibus inclytos produxit; nec munerum geſtorum amplitudine (quorum tamen utroque ſpiritus fere ſumere ſolent homines,) cenſeri voluiſti, niſi ſimul Maiores, ut nobilitate & honoribus, ita & virtutibus aequaſſes: in quas celebrandas ſi excurram, vereor, ne aliis parum pro dignitate dixiſſe videar, Tibi ſane minime gratum facturus ſim, cum

mens

Alfred C. Lee 10-16-42
880.9
H54

mens, ſuae ſibi virtutis conſcia, ſpernat inanes illas phaleras. Illud ſaltem (quod, & propius huc pertinet,) dixiſſe liceat, glorioſum Te duxiſſe numerari inter eos (perpaucos utique,) e patriae huius noſtrae Proceribus, qui cum ipſi Muſarum ſacris initiati ſunt, earum quoque ſe vindices & ſcientiarum hominumque doctorum patronos profitentur: cum ceteri fere ad doctrinae & ſtudiorum nomen nauſeent, iisque mentem excoluiſſe homine libero ferme indignum putent; quorum ſi magis etiam invaleſcat turba, iam brevi omni literarum amore exſtincto, in priſtinam barbariem relabentur poſteri, omnia, quibus illa comitata incedit, mala & vitia magno ſuo cum damno experturi: atque adeo metus eſt, ne & in nos conveniat, quod vere olim de ſui ſeculi hominibus cecinit Romanus vates,

Aetas parentum peior avis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Sed laetiora potius ominemur, atque optemus ut Tuo, aliorumque, qui paria Tecum faciunt, Illuſtrium virorum exemplo, plures ex hoc veterno excitati, magno animo barbariei magis magiſque ingruenti obviam eant, & ſcientias doctoſque fovendo peſtem hanc a noſtra ſaltem Friſia averruncent, ſibique decus immortale pariant.

Tu vero vale, VIR ILLUSTRISSIME, & qui omnes literarum cultores favore Tuo dignari ſoles, me quoque inter eos numerare incipe.

Dabam Leovardiae, Kal. Auguſt. Ann. cIɔ Iɔ CCXLIX.

LECTORI

LECTORI BENEVOLO S.

NOn eſt, cur te in introitu longo ſermone morer, CANDIDE LECTOR, ſed ad ipſum potius te opuſculum remitto, *Obſervationes* nempe *Criticas*, quae mihi dum veterum, Graecorum maxime, ſcripta, horis ſubceſivis recolo, ſponte ſubnatae ſunt. Facile equidem praevideo riſu eas excepturos eſſe nonnullos ſubducti ſupercilii homines, qui mirabuntur me ſeriis magis & utilibus (ut vocant,) ſtudiis innutritum ad has Grammaticorum & Criticorum nugas delabi potuiſſe: his cum multa opponere poſſem, non faciam, contentus eos rogaſſe, ut antequam Criticos damnent, quid rei ſit Critice, addiſcere dignentur. Id ſi nolint, per me ſuo licet fruantur judicio, ſed ſimul tamen dictum ſibi putent vetus illud,

Εὐφημεῖν χρὴ, κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν,
Ὅστις ἄπειρος τοιῶνδε λόγων, ἢ γνώμῃ μὴ καθαρεύει,
Ἢ γενναίων ὄργια Μουσῶν μήτ' ἴδε πω μήτ' ἐχόρευσε.

His igitur ſubmotis, Te quicunque ſacrorum noſtrorum particeps ad lectionem libelli mei accedis, rogo ut aequo eum animo evolvas, quo facto, ſi nihil aliud, ſtudium ſaltem meum literas adjuvandi calculo

tuo

tuo adprobabis. Sed erit forte, cui minus adridebit, tam libere me ubique ſententiam dixiſſe, etiam ubi a viris in literis his ſummis diſſentio: ſi quid in eo peccatum eſt, culpam non deprecor, quin potius hoc licuiſſe mihi contendo, qui ſoli addictus veritati egregiorum virorum errores, vel qui tales mihi videbantur, candide & ſimpliciter notavi, nec eo quidquam eorum meritis detractum volui: ſed ſollicite potius cavi, ne quid in viros principes inclementius dicerem, deteſtatus prorſus morem, homine ingenuo indignum, minutorum quorumdam Criticorum, qui convicia in SCALIGEROS, CASAUBONOS, GROTIOS &c. congerendo, viros ſe putant. Tale igitur ſi quid alicubi imprudenti exciderit, id publice hic damno, atque penitus indictum volo.

Praeterea, ſi quae obſervationum mearum iam ab aliis occupatae ſunt, (quarum iam ipſe in Addendis nonnullas auctoribus ſuis reſtitui,) id neſcio me fuiſſe, facile vel mihi adfirmanti fidem adhibebis, vel ab iis qui me norunt ediſcere poteris: nec enim eo me inopiae redactum eſſe, ut emendicatis aliorum plumis ornari neceſſe habuisſem, docebunt te omnes.

Vale, LECTOR BENEVOLE, & conatibus meis fave.

ADRIANI

ADRIANI HERINGA OBSERVATIONUM CRITICARUM

CAPUT I.

Erotiani & Galeni Gloſſaria Hippocratea. Dan. Clericus notatur. Erotiani Lexicon quo ordine ſcriptum ſit? Plura Gloſſaria a recentioribus turbata eſſe indicatur. Voces e Prognoſtico Hippocratis ab Erotiano deſumtae. Diſcrimen inter Λαπαρὴ *&* Λαπάρη. *Hippocrates tentatur.* Περιεστικόν. *Erotianus & Hippocrates emendantur. Ordo Librorum Hippocratis ab Erotiano obſervatus. Eius Lexicon ſemel iterumque corrigitur.* Ἀπαυρίσκεσθαι. *Hippocrates bis emendatur.* Ξυνθεῖν. Πηρίν.

MEdicorum principem *Hippocratem* nondum ſatis emendate legi, omnes eruditi & agnoſcunt & dolent. Maximum quidem ad eum recte intelligendum & conſtituendum ſubſidium eſſet in iis, qui difficiliora ipſius vocabula data opera explicarunt, quorum-

que longum catalogum texit *Erotianus* in Lexici ſui praefatione: ſed perierunt omnium horum volumina, exceptis ſolummodo *Erotiani* & *Galeni* Gloſſariis ſeu Lexicis. Video tamen a *Dan. Clerico* Hiſtor. Medic. Part. II, L. IV, S. II, c. 2. memorari Gloſſarium quoddam *Hippocratis* Editionibus praefixum, quod nonnulli (teſte Viro Cl.) *Herodoto Lycio* Medico adſcribunt: ipſe autem *Clericus* huicne an alii tribuendum ſit, in medio relinquit. At vero turpiter erraruṇt Viri Docti. Quippe Gloſſarium illud *Herodoteum* vocatur, non quod *Herodotum* quempiam auctorem agnoſcat, ſed quod explicet vocabula in *Herodoti* Hiſtoriarum libris reperiunda; neque alium in finem *Hippocrati* praemittitur, niſi quod multae harum Gloſſarum apud *Hippocratem* etiam reperiantur: nec mirum, cum Dialectus Jonica utrique communis ſit.

Reſtant igitur, quod dixi, *Erotianus* & *Galenus*, qui diligenter cum *Hippocrate* collati, plurimum ſaepe lucis illi foenerantur, ſaepe ſibi acquirunt. Teſtis *Foeſii* Oeconomia *Hippocratis*, opus aureum, & cum ipſo *Hippocrate* duraturum; ubi ſaepiſſime ſinguli horum triumvirorum feliciter & vere emendantur. Multa tamen (quod in vaſto opere quis miretur?) poſterorum diligentiæ reliquit Vir Magnus perficienda.

Conſtitui itaque paſſim in his Obſervationibus promere ſpecimina eorum quæ ad *Hippocratem* eiusque Gloſſatores illuſtrandos faciunt, quo alii etiam ad utiliſſimum laborem incitentur, & Medicorum patri medicinam faciant.

Fundamenti autem loco pauca praemonenda ſunt de *Erotiani* Lexico; licet enim hodie illud ſecundum

dum ſeriem Alphabeti diſpoſitum videamus, certum tamen habeo, auctorem in eo conſcribendo ordinem ſequutum toto coelo diverſum: nec operam perditurus videor, ſi latius hoc dederim probatum. Plurima enim, quæ hoc evincunt argumenta, in promtu ſunt.

Ac primo quidem, ſi *Erotianus* ordine ſcripſiſſet Alphabetico, non dubito quin eundem tenuiſſet morem quem alii: primo ſcilicet poſuiſſet voces ab **AB** incipientes, dein ab **ΑΓ**, **ΑΔ**, & ſic porro in quavis litera, quod etiam *Galenus* accurate obſervavit. In *Erotiano* autem nihil tale, omnia ſe mutuo ſequuntur ὕϛερον πρότερον: immo eſt, ubi eadem vox bis refertur, ut V. G. Ἆλις, quod ridiculum fuiſſet, ſi ordinem literarum in Lexico ſuo ſequutus eſſet Auctor.

Dein multa in hoc Lexico loca, alio id ordine prodiiſſe demonſtrant. Sic V. G. in Ἀτρεκέως ait: ὁμοίως κἀνταῦθα τῷ ἀληθεῖ ἀντιδιαϛέλλων. & in Ἀραιά: ἀλλ᾽ ἐνθάδε μὲν ------ ἀραιὸν λέγει τὸ ἐκ διαϛήματος. in Γαργαρεῶν: τὸ ὑπὸ τὴν ὑπερῴαν νῦν λέγει. in Δίκαιον: ἐνθάδε μὲν εὔλογον. & ſic pluribus locis. Jam vero verba illa ἐνταῦθα, ἐνθάδε, νῦν, clare monſtrant ordinem in hoc Lexico fuiſſe talem, ut Lectoribus primo intuitu pateret, ad quosnam *Hippocratis* locos referendae eſſent *Erotiani* explicationes; quod de Lexico *Erotianeo* quo hodie utimur, minime dici poteſt: Saepe enim totus fere *Hippocrates*, etiam fruſtra, evolvendus eſt, ut deſiderata loca reperiamus: unde non eo habitu ab auctore profectum, pronum eſt concludere.

Sed fortiora reſtant argumenta: audiamus igitur, (ut brevis ſim,) ipſum *Erotianum*. Damnat hic

in praefatione ſua eorum inſtitutum, qui vocabula *Hippocratis* ſecundum literarum ordinem expoſuerant, *Epiclem* nominatim & *Glauciam*. Prior enim (quanquam locus Erotiani de eo obſcurior & forte corruptus eſt,) brevitati ſtudens non annotaverat loca vel libros *Hippocratis*, unde Gloſſas ſuas deſumſerat, quod moleſtiam creabat lectori; quo etiam vitio *Galeni* Exegeſis laborat, quippe qui rariſſime loca *Hippocratis*, quae reſpicit, Libro nominato ſignat. *Glaucias* autem cum ubique loca *Hippocratis* ſtudioſe annotaſſet, hinc nimia mole ipſius liber laborabat. Subdit dein, quanam ipſe uſurus ſit methodo: διόπερ ἡμεῖς καθ' ἑκάςην γραφὴν ἐκλεξάμενοι τὰς καταγεγραμμένας λέξεις, διὰ μὲν τȣ̃ συγγράμματος δηλώσομεν ὁποῖαι τυγχάνȣσι κείμεναι, ἐν ὅσαις τε βίβλοις ἱςορȣ̃νται αἱ μὴ συνήθεις· διὰ δὲ τῆς ἐξαπλώσεως ἐμφανίσομεν πόσα σημαίνȣσι. *quare nos per ſingulos libros deligentes infra deſcriptas voces, per Commentarium noſtrum monſtrabimus, quales ſint & quibusnam in libris reperiantur minus uſitatae; per explicationem vero, quid ſignificent, indicabimus.* Forſan tamen in his verbis pro ὁποῖαι legendum ὅτι. Haec autem clariſſime, ni fallor, evincunt, *Erotianum* ordinem literarum in Lexico ſuo condendo minime attendiſſe: ſed ductum Librorum *Hippocratis* ſequutum voces obſcuriores annotaſſe & explicuiſſe eo ordine quo in *Hippocrate* ſe invicem ſequebantur. Quotieſcunque vero ad novum perveniebat librum, eius titulum vocibus inde deſumtis praefixiſſe videtur; quod docent illa, quae in fine praefationis ait: λοιπὸν ἀρξώμεθα ἀπὸ τȣ̃ Προγνωςικȣ̃: *incipiemus igitur a Prognoſtico.* Ordo hic lectoribus

bus erat utiliſſimus, qui ſic facillime *Hippocratem* & *Erotianum* invicem contendere poterant.

Sed deinde neſcio quis maleferiatus Lexico huic violentas manus inferre, atque illud ſecundum literarum ordinem diſponere auſus eſt, pulcherrimum procul dubio facinus hoc opinatus. Id tamen laudo in eo, quod non penitus in ordinem Alphabeticum redegerit, ſed tantum excerpſerit primo omnes voces ab A incipientes, ordine, quo eas in *Erotiani* Gloſſario reperiebat: tum eodem modo eas, quae a B, Γ, &c. incipiunt: hinc enim illud lucramur commodi; ut quamvis perdito quod ad totum, auctoris ordine, in ſingulis tamen literis eum adhuc ſuperſtitem habeamus, & hinc voces ex eodem Libro excerptae ſe mutuo ſequantur, quod ſaepe ſummi uſus eſt, ut dein latius monſtrabo.

Nec eſt, quod miretur quiſpiam, tantum ſibi in Veterum ſcriptis interpolandis indulſiſſe homines male ſedulos: nec enim in ſolum graſſati ſunt *Erotianum*. Idem expertum eſt Gloſſarium *Herodoteum*, quo de ante dixi; nec enim, prout editur, ordine Alphabetico ſcriptum erat, ſed ad ductum ipſius *Herodoti*: immo ſupereſt adhucdum Codex in Gallia, unde verus illius ordo in integrum reſtitui poteſt. Vide *Montfauc:* Biblioth. *Coiſl.* p. 484. Nec non Gloſſarium *Oppiani*, quod ſecundum Alphabeti ſeriem ediderat *Rutgerſius*; ſed & huic verum ordinem e M. S. Libro reſtituit Cl. *Dorvillius* Miſcell. Obſerv. Vol. IX, p. 100, & ſeqq. *Ammonii* etiam ac *Thomae Magiſtri* opera olim aliter ac nunc diſpoſita fuiſſe ſtatuunt Viri eruditi, validis ſatis rationibus ſubnixi. Utinam cui adeo felici eſſe contingat, ut incidat in *Erotiani* exemplar nativum

tivum adhuc ſervans ordinem! Sic multa procul-dubio reſtituere, & illuſtrare poſſemus loca, quae iam tanquam totidem folia Sibyllae ſunt: at verendum quam maxime, ne inania ſint haec vota, & omnes noſtri Codices promanarint ex illius Apographo, qui *Erotianum* tam miſere diſcerpſit.

Iis igitur, quae ſuppetunt, adiumentis pro virili & *Hippocrati* & *Erotiano* prodeſſe conabor, atque indicare loca nonnulla, quae *Foeſii* diligentiam effugere: ac primo, ut ea quae hactenus dixi, ulterius illuſtrem, ſubiungam Gloſſas e Prognoſtico, unde initium fecerat *Erotianus*, eo ordine quo apud *Hippocratem* occurrunt, & quem *Erotianus* etiam in genuino opere tenuerat: ſingulis autem praepoſui paginas & lineas Editionis *Foeſii*, qua in citando ſemper utar.

P. 36. 3. Λέγων.
8. Τολμᾷν.
37. 3. Ξυντεκμαίρεσθαι.
ib. Ἐπανέρεσθαι.
5. Διμῶδές τι ἔσχε αὐτόν.
21. Ὑποφάσιας.
29. Κάμπυλον.
41. Προπετής.
46. Ἀλυσμόν.
38. 7. Πνεῦμα.
19. Ἀπέδειξαν.
20. Εὐπετέστερον.
54. Ἄλλη κοιλίη.
39. 24. Λαπάσσησαι.
55. Νείαιρα γαστήρ.
40. 1. Τρύζειν.

12. Λαπαρήν.
21 Φύσαν.
41. Νεφέλαι.
41. 31. Περιεςικόν.
43. 54. Εὐηθέςατοι.
44. 10. Ἀτρεκέως.
23. Κόσμȣ.
28. Ἀλλοφάσσοντες.
45. 24. Γαργαρεῶνες.
52. Πελάσῃ.
55. Ὀρφνῶδες.
46. 18. Μαρμαρυγαί.
ib. Καρδιώσσειν.
48. Λιβύῃ, Δήλῳ, Σκυθίῃ.

Haec vero nefarius ille huius Lexici interpolator ita in ordinem redegit: Ἀλυσμόν. Ἀπέδειξαν. Ἄλλη κοιλίη. Ἀτρεκέως. Ἀλλοφάσσοντες. Γαργαρεῶνες. Ἐπανέρεσθαι. Εὐπετέςερον. Εὐηθέςατοι. Κάμπυλον. Καρδαμύσσειν. Κόσμȣ. Καρδιώσσειν. Λέγων Λιμῶδές τι ἔσχε αὐτόν. Λαπάσσȣσαι. Λαπάρην. Λιβύῃ, Δήλῳ, Σκυθίῃ. Μαρμαρυγαί. Νείαιρα γαςήρ. Νεφέλαι. Ξυντεκμαίρεσθαι. Ὀρφνῶδες. Προπετής. Πνεῦμα. Περιεκτικόν. Πελάσει. Τολμᾶν. Τρύζειν. Ὑποφάσιας. Φύσαν. quae prima cuiusque literae vocabula ſunt. De pleriſque horum conſulendus *Foeſius*, unum tantum alterumve monendum reſtat.

Εὐπετέςερον pluribus locis apud *Hippocr.* reperitur: vide *Foeſ.* Oecon. ſed cum & praecedens Ἐπανέρεσθαι & ſequens Εὐηθέςατοι in Prognoſtico legantur, nec hoc alibi quaerendum: iure igitur retuliſſe me puto ad p. 38. 20. ἀπέδειξαν τὸν ἄνθρωπον εὐπετέςερον φέροντα τὸ νόσημα, quod *Foeſium* latuiſſe miror.

Καρδιαμύσσειν. Et hanc vocem in Prognoſt. legiſſe *Erotianum* liquet. cum etiam binae ſequentes hoc libro reperiantur. Haec tamen ſola eſt, cui Locum aſſignare nequii, ſive alicubi corrupta lateat, ſive quacunque de cauſa: quod aliis excutiendum relinquo.

Λαπάρην. τὴν πλευράν: exponit, quod & ipſum e Libro hoc depromptum eſſe monſtrat ſequens, Λιβύη, Δήλῳ, Σκυθίη. Reſpexit igitur proculdubio locum quem indicavi p. 40. 12. δεῖ δὲ ἐν παντὶ τῷ νοσήματι λαπαρὴν τὴν κοιλίην εἶναι, καὶ εὔογκον. Verum plane ab hoc loco aliena eſt expoſitio, τὴν πλευράν: nec enim idem eſt λαπαρὴ & λαπάρη: prius adiectivum eſt *mollis* notans; poſterius ſubſtantivum, & πλευρὰν vel κενεῶνα ſignificat: Vide *Foeſ.* Oecon. Nec tamen adeo bardus erat *Erotianus*, ut haec confuderit: ſed putem fere truncam eſſe hanc explicationem, & ea quae auctor de vocum harum differentia notarat, vel librariorum culpa, vel interpolatoris, intercidiſſe.

Νείαιρα γαστήρ. Hoc quoque in Progn. quaerendum, teſtatur ſequens Νεφέλαι. In noſtris tamen editionibus nullibi, quod ſciam, occurrit, etſi aliis in Libris ſaepe adhibeat *Hippocrates.* Sed cum *Erot*. hic in explicatione dicat: ὃ τινες κάτω κοιλίαν προσαγορεύουσι, coniicere coepi pertinere haec forte ad p. 39. 55. τοιαύτης γὰρ ἐούσης τῆς διεξόδου, ἡ κάτω κοιλίη ὑγιαίνοι ἄν. Suſpicor enim *Hippocratem* ſcripſiſſe, ἡ νείαιρα γαστὴρ ὑγιαίνοι ἄν: & cum in margine adſcriptum fuiſſet, ἡ κάτω κοιλίη, id dein pro vero in textum receptum.

Περιεκτικόν. σωτήριον. corrupte ſic legitur apud *Erot*. Περιεκτικὸς enim eſt a περιέχειν, *continere*, ac proin

proin *continens* notat, a qua notione explicatio *Erotiani* plane abit: Corrigendum puto. Περιεςικόν· σωτήριον. Aegri qui a morbo convaleſcunt περιεῖναι, & περιγίνεσθαι, *ſupereſſe*, dicuntur Hippocrati: hinc σημεῖον περιεςικὸν eſt *ſignum hominem ſuperfuturum monſtrans*, unde bene σωτήριον ſeu *ſalutare* exponitur. Sic p. 43. 12. ὑπηρετῆται δὲ περιεςικῶς ὑπὸ τῶν λοιπῶν πάντων τῶν περιεςικῶν σημείων. Locus vero, in quem hic digitum intendit *Erot.* eſt p. 41. 31. πτύελον ξανθὸν ...... ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς νόσου πτυόμενον περιεςηρικὸν καὶ κάρτα ὠφελέει. Ubi pro περιεςηρικὸν lege περιεςικόν.

Πελάσει, quin recte retulerim ad p. 45. 52. nullus dubito; legitur ibi, καὶ ταῦτα ποιέων τῷ φθινοπώρῳ προσπελάσῃ: ſed notat *Foeſius Galenum* legiſſe πελάσῃ, nec aliter, ut puto, *Erotianus*, apud quem proin corrigo; Πελάσῃ· ἐγγίσῃ. Et ſane ſaepius in *Hippocrate* obſervare eſt; alios compoſita voce ſcripſiſſe, quae alii ſimplici efferebant: ſic eodem hoc Progn. p. 36. 3. *Erotianus* in ſuis reperit λέγων, ubi hodie editur προλέγων. Vide *Foeſium.*

Satis, credo, ex hoc ſpecimine conſtabit de methodo atque ordine ab *Erotiano* obſervatis. Si quis vero diligenter *Erotianum* cum *Hippocrate* contenderit, is videbit eum in Gloſſario ſuo tenuiſſe ordinem Librorum non praeciſe eum, quem in praefatione; ſed Libros ita fere explicuiſſe, ut hic ſubieci. Προγνωςικόν. Προῤῥητικὸν ά, β΄. Περὶ χυμῶν. Ἐπιδημίαι ζ. Περὶ φύσιος ἀνθρώπου. Ἀφορισμοί. Περὶ φύσιος παιδίου. Περὶ τόπων καὶ ὡρῶν. Περὶ φυσῶν. Περὶ ἱερῆς νόσου. Περὶ ὑδάτων. Εἰς δίαιταν. Περὶ τόπων τῶν κατὰ ἄνθρωπον. Περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς. Περὶ τέχνης. Κατὰ ἰητρεῖον. Μοχλικός. Περὶ ἑλκῶν. Περὶ τῶν ἐν κε-

φαλῆ τρωυμάτων. Περὶ ἀγμῶν. Περὶ ἄρθρων. Περὶ πτισάνης. Περὶ ἀφόρων. Περὶ νούσων ά, β'. Γυναικείων ά, β'. Πρεσβευτικός. Ἐπιβώμιος. Recenſentur praeterea ab *Erotiano*, Περὶ τραυμάτων καὶ βελῶν. Περὶ αἱμορροΐδων καὶ συρίγγων. Περὶ τροφῆς. Ὅρκος. Νόμος: quibus locum aſſignare non audeo, immo prior deperditus plane eſt; in editionibus ſaltem *Hippocratis*, nullibi comparet: quo de poſt paucis agam.

Illis quae hactenus obſervavi, hoc addo: in *Erotiano*, ut hodie habemus, ſub litera Δ habetur: Δεινὸν αὐτίτην τὸν ἀπαράχυτον: monſtrum horrendum, informe, vere δεινόν: ſed veriſſima eſt correctio *Foeſii* Οἶνον αὐτίτην legentis. Vide eius Oecon. v. Αὐτίτης: atque idem iam obſervaverat *Auguſt. Gadaldinus*, docente *Euſtachio* in Annotat. ad *Erotian.* cuius uſum debeo favori Cel. *Valckenarii*. Hoc autem novum & certiſſimum ſubminiſtrat documentum, noſtrum non eo, quo iam circumfertur ordine, ſcripſiſſe; ſub litera enim Ο hoc repoſuiſſet, non ſub Δ: nec quidquam manifeſtius, quam alios hoc patraſſe, cum iam vox Οἶνον in Δεινὸν corrupta eſſet.

Sequitur hinc ulterius in tractando *Erotiano* ordinem literarum minime attendendum: & urgente neceſſitate etiam emendationes eum violantes admitti debere.

Jam videamus, quantam ſaepe lucem praeferat haec obſervatio ad invenienda loca *Hippocratis*, quae *Erotianus* in Gloſſario ſuo reſpexit.

Ordine ſequuntur apud *Erot.* Ἀρυσθέντι. Ἀπαυρίσκεται. Ἀσκαρίζει. Ultimum *Euſtachio* & *Foeſio* indicibus reperitur Lib. de Nat. Puer. p. 246. 55. ἀσκαρίζει καὶ τοὺς ὑμένας ῥήγνυσι. Priori locum non aſſignarunt, at vero reperitur eodem Lib. p. 244. 50.

ὅταν

ὅταν δὲ ἀρυσθέντι χρόνος ἐγγένηται, ςόμιον γίνεται καὶ θερμὸν ὁρᾶται· Hinc enim Ἀρυσθέντι· ἀντληθέντι, exponit: quo de nemo puto dubitaverit.

Proin & intermedium Ἀπαυρίσκεται hoc Libro quaerendum, quod male ad Lib. IV de Morb. p. 513. 48, retulere. Tu mecum refer ad p. 245. 30. ὅταν μεθήσει ἐς τὸ δένδρεον ῥίζας ἀπ᾽ αὐτοῦ λεπτὰς καὶ πρῶτον ἀπαυρίσκεται ἀπὸ τῆς ἰκμάδος τῆς ἐν τῷ δενδρέῳ ἐνεούσης, ἐν ᾧ ἔγκειται. Bene illa vertuntur: *radices in arborem demittit; primumque arboris humore, in quam inſitus eſt, fruitur.* Ἀπαυρίσκεται igitur hic eadem poteſtate adhibetur, qua ἐπαυρίσκεται ſemel iterumque hoc Libro occurrit: ut p. 241. 55. καὶ τὸ παιδίον ἀπ᾽ αὐτοῦ ἐπαυρίσκεται ὀλίγον: *atque exiguo eius [lactis] puer fruitur.* Verum hinc multum abludit *Erotiani* expoſitio, Ἀπαυρίσκεται· ἀπολλύεται, quod merito ſuſpectum habuit *Foeſius*, ſed haud ſanavit. Ego corrigendum cenſeo: Ἀπαυρίσκεται· ἀπολαύεται: nihil enim facilius fuit, quam ΑΠΟΛΑΥΕΤΑΙ in ΑΠΟΛΛΥΕΤΑΙ corrumpi: & ſic *Erotiani* explicatio optime loco huic quadrabit. Similiter *Suidas*. Ἀπηύρα· ἀφείλετο, ἀπέλαυσεν. Eodem autem modo vox adhibetur loco ſupra citato L. IV de Morb. χωρέει τὸ ποτὸν ἐς τὴν κοιλίην, ἀπὸ δὲ τῆς κοιλίης ἐς τὸ ἄλλο σῶμα ἀπαυρίσκεται: tollenda inde praepoſitio ἐς, & vertendum: *defertur potus in ventriculum, a ventriculo vero reliquum corpus attrahit*, vel *accipit*.

In litera Σ habet *Erotianus:* Συνθεῖν· συντρέχειν: cui Gloſſae locum non aſſignavit *Foeſius:* at ope noſtrae regulae eum facile invenire licet. Vox enim praecedens Σεσήρισμαι legitur Lib. de Fract. p. 774. A. vide quae *Foeſius* in Oecon. monuit: ſequens


Doctor Faustus
Der Geist der Medizin ist leicht zu fassen;
Ihr durchstudiert die gross' und kleine Welt,
Um es am Ende gehn zu lassen,
Wie's Gott gefällt.
Ex Libris Medicis
Alfred Oughton Lee M.D.

63-68
235

Allmaster 1847 [illegible]

ADRIANI HERINGA
MED. DOCT.

OBSERVATIONUM CRITICARUM
LIBER SINGULARIS

in quo paſſim veteres Auctores, Graeci maxime, emendantur.

LEOVARDIAE,

Apud GULIELMUM COULON, Illuſt. Friſiae Ordd. atque Eorumdem Acad. Typographum. cIↃ IↃ CCXLIX.

V I R O

ET NATALIUM SPLENDORE ET MUNERUM PRAECLARE PRO RE PUBLICA GESTORUM DIGNITATE

EXCELLENTISSIMO

THEOTARDO

BARONI AB AYLVA

S. P. D.

ADRIANUS HERINGA.

INſcribere Tibi, VIR ILLUSTRISSIME, auſus ſum huncce, quem vides, ingenioli mei foetum, tenuem illum quidem, nec ſatis dignum, qui tanto nomine ſuperbiat; ſed animos mihi addidit co-

mitas Tua, qua ingenuos quosvis proſequi ſoles, quaeque proin, ſi quid hac in parte peccavi, veniam mihi facile parabit.

Si vero tam felici eſſe contingat, ut nec conſilium meum, nec libellum penitus Tibi improbari videam, erit, quo & ego in praeſentia gaudium percipiam, & in poſterum ad maiora forte erigar tentanda: quoniam enim (quod ille ait,) *Principibus placuiſſe viris non ultima laus eſt*, qui non ſummi faciendum ſit Tuum, VIR EXCELLENTISSIME, iudicium, qui nec ſplendore antiqui generis, quod tot heroas & pacis & belli artibus inclytos produxit; nec munerum geſtorum amplitudine (quorum tamen utroque ſpiritus fere ſumere ſolent homines,) cenſeri voluiſti, niſi ſimul Maiores, ut nobilitate & honoribus, ita & virtutibus aequaſſes: in quas celebrandas ſi excurram, vereor, ne aliis parum pro dignitate dixiſſe videar, Tibi ſane minime gratum facturus ſim, cum

mens

Gl. Alfred B. Lee 880.9
10-16-42 H54

mens, ſuae ſibi virtutis conſcia, ſpernat inanes illas phaleras. Illud ſaltem (quod & propius huc pertinet,) dixiſſe liceat, glorioſum Te duxiſſe numerari inter eos (perpaucos utique,) e patriae huius noſtrae Proceribus, qui cum ipſi Muſarum ſacris initiati ſunt, earum quoque ſe vindices & ſcientiarum hominumque doctorum patronos profitentur: cum ceteri fere ad doctrinae & ſtudiorum nomen nauſeent, iisque mentem excoluiſſe homine libero ferme indignum putent; quorum ſi magis etiam invaleſcat turba, iam brevi omni literarum amore exſtincto, in priſtinam barbariem relabentur poſteri, omnia, quibus illa comitata incedit, mala & vitia magno ſuo cum damno experturi: atque adeo metus eſt, ne & in nos conveniat, quod vere olim de ſui ſeculi hominibus cecinit Romanus vates,

Aetas parentum peior avis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Sed laetiora potius ominemur, atque optemus ut Tuo, aliorumque, qui paria Tecum faciunt, Illuſtrium virorum exemplo, plures ex hoc veterno excitati, magno animo barbariei magis magiſque ingruenti obviam eant, & ſcientias doctoſque fovendo peſtem hanc a noſtra ſaltem Friſia averruncent, ſibique decus immortale pariant.

Tu vero vale, VIR ILLUSTRISSIME, & qui omnes literarum cultores favore Tuo dignari ſoles, me quoque inter eos numerare incipe.

Dabam Leovardiae, Kal. Auguſt. Ann. CIↃ IↃ CC XLIX.

LECTORI

LECTORI BENEVOLO S.

NOn eſt, cur te in introitu longo ſermone morer, CANDIDE LECTOR, ſed ad ipſum potius te opuſculum remitto, *Obſervationes* nempe *Criticas*, quae mihi dum veterum, Graecorum maxime, ſcripta, horis ſubceſivis recolo, ſponte ſubnatae ſunt. Facile equidem praevideo riſu eas excepturos eſſe nonnullos ſubducti ſupercilii homines, qui mirabuntur me ſeriis magis & utilibus (ut vocant,) ſtudiis innutritum ad has Grammaticorum & Criticorum nugas delabi potuiſſe: his cum multa opponere poſſem, non faciam, contentus eos rogaſſe, ut antequam Criticos damnent, quid rei ſit Critice, addiſcere dignentur. Id ſi nolint, per me ſuo licet fruantur judicio, ſed ſimul tamen dictum ſibi putent vetus illud,

> Εὐφημεῖν χρὴ, κἀξίςασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν,
> Ὅςις ἄπειρος τοιῶνδε λόγων, ἢ γνώμῃ μὴ καθαρεύει,
> Ἢ γενναίων ὄργια Μουσῶν μήτ' ἴδε πω μήτ' ἐχόρευσε.

His igitur ſubmotis, Te quicunque ſacrorum noſtrorum particeps ad lectionem libelli mei accedis, rogo ut aequo eum animo evolvas, quo facto, ſi nihil aliud, ſtudium ſaltem meum literas adjuvandi calculo

tuo

tuo adprobabis. Sed erit forte, cui minus adridebit, tam libere me ubique ſententiam dixiſſe, etiam ubi a viris in literis his ſummis diſſentio: ſi quid in eo peccatum eſt, culpam non deprecor, quin potius hoc licuiſſe mihi contendo, qui ſoli addictus veritati egregiorum virorum errores, vel qui tales mihi videbantur, candide & ſimpliciter notavi, nec eo quidquam eorum meritis detractum volui: ſed ſollicite potius cavi, ne quid in viros principes inclementius dicerem, deteſtatus prorſus morem, homine ingenuo indignum, minutorum quorumdam Criticorum, qui convicia in SCALIGEROS, CASAUBONOS, GROTIOS &c. congerendo, viros ſe putant. Tale igitur ſi quid alicubi imprudenti exciderit, id publice hic damno, atque penitus indictum volo.

Praeterea, ſi quae obſervationum mearum iam ab aliis occupatae ſunt, (quarum iam ipſe in Addendis nonnullas auctoribus ſuis reſtitui,) id neſcio me fuiſſe, facile vel mihi adfirmanti fidem adhibebis, vel ab iis qui me norunt ediſcere poteris: nec enim eo me inopiae redactum eſſe, ut emendicatis aliorum plumis ornari neceſſe habuiſſem, docebunt te omnes.

Vale, LECTOR BENEVOLE, & conatibus meis fave.

ADRIANI

ADRIANI HERINGA OBSERVATIONUM CRITICARUM

CAPUT I.

Erotiani & Galeni Gloſſaria Hippocratea. Dan. Clericus notatur. Erotiani Lexicon quo ordine ſcriptum ſit? Plura Gloſſaria a recentioribus turbata eſſe indicatur. Voces e Prognoſtico Hippocratis ab Erotiano deſumtae. Diſcrimen inter Λιπαρὴ *&* Λιπάρη. *Hippocrates tentatur.* Περιεστικόν. *Erotianus & Hippocrates emendantur. Ordo Librorum Hippocratis ab Erotiano obſervatus. Eius Lexicon ſemel iterumque corrigitur.* Ἀπαυρίσκεσθαι. *Hippocrates bis emendatur.* Ξυνθεῖν. Πηρίν.

MEdicorum principem *Hippocratem* nondum ſatis emendate legi, omnes eruditi & agnoſcunt & dolent. Maximum quidem ad eum recte intelligendum & conſtituendum ſubſidium eſſet in iis, qui difficiliora ipſius vocabula data opera explicarunt, quorum-

que longum catalogum texit *Erotianus* in Lexici ſui praefatione: ſed perierunt omnium horum volumina, exceptis ſolummodo *Erotiani* & *Galeni* Gloſſariis ſeu Lexicis. Video tamen a *Dan. Clerico* Hiſtor. Medic. Part. II, L. IV, S. II, c. 2. memorari Gloſſarium quoddam *Hippocratis* Editionibus praefixum, quod nonnulli (teſte Viro Cl.) *Herodoto Lycio* Medico adſcribunt: ipſe autem *Clericus* huicne an alii tribuendum ſit, in medio relinquit. At vero turpiter errarunt Viri Docti. Quippe Gloſſarium illud *Herodoteum* vocatur, non quod *Herodotum* quempiam auctorem agnoſcat, ſed quod explicet vocabula in *Herodoti* Hiſtoriarum libris reperiunda; neque alium in finem *Hippocrati* praemittitur, niſi quod multae harum Gloſſarum apud *Hippocratem* etiam reperiantur: nec mirum, cum Dialectus Jonica utrique communis ſit.

Reſtant igitur, quod dixi, *Erotianus* & *Galenus*, qui diligenter cum *Hippocrate* collati, plurimum ſaepe lucis illi foenerantur, ſaepe ſibi acquirunt. Teſtis *Foeſii* Oeconomia *Hippocratis*, opus aureum, & cum ipſo *Hippocrate* duraturum; ubi ſaepiſſime ſinguli horum triumvirorum feliciter & vere emendantur. Multa tamen (quod in vaſto opere quis miretur?) poſterorum diligentiæ reliquit Vir Magnus perficienda.

Conſtitui itaque paſſim in his Obſervationibus promere ſpecimina eorum quæ ad *Hippocratem* eiusque Gloſſatores illuſtrandos faciunt, quo alii etiam ad utiliſſimum laborem incitentur, & Medicorum patri medicinam faciant.

Fundamenti autem loco pauca praemonenda ſunt de *Erotiani* Lexico; licet enim hodie illud ſecundum

dum ſeriem Alphabeti diſpoſitum videamus, certum tamen habeo, auctorem in eo conſcribendo ordinem ſequutum toto coelo diverſum: nec operam perditurus videor, ſi latius hoc dederim probatum. Plurima enim, quæ hoc evincunt argumenta, in promtu ſunt.

Ac primo quidem, ſi *Erotianus* ordine ſcripſiſſet Alphabetico, non dubito quin eundem tenuiſſet morem quem alii: primo ſcilicet poſuiſſet voces ab **AB** incipientes, dein ab **ΑΓ**, **ΑΔ**, & ſic porro in quavis litera, quod etiam *Galenus* accurate obſervavit. In *Erotiano* autem nihil tale, omnia ſe mutuo ſequuntur *ὕϛερον πρότερον*: immo eſt, ubi eadem vox bis refertur, ut V. G. Ἄλις, quod ridiculum fuiſſet, ſi ordinem literarum in Lexico ſuo ſequutus eſſet Auctor.

Dein multa in hoc Lexico loca, alio id ordine prodiiſſe demonſtrant. Sic V. G. in Ἀτρεκέως ait: *ὁμοίως κἀνταῦθα τῷ ἀληθεῖ ἀντιδιαϛέλλων.* & in Ἀραιά: *ἀλλ' ἐνθάδε μὲν ------ ἀραιὸν λέγει τὸ ἐκ διαϛήματος.* in Γαργαρεῶν: *τὸ ὑπὸ τὴν ὑπερῴαν νῦν λέγει.* in Δίκαιον: *ἐνθάδε μὲν εὔλογον.* & ſic pluribus locis. Jam vero verba illa *ἐνταῦθα, ἐνθάδε, νῦν*, clare monſtrant ordinem in hoc Lexico fuiſſe talem, ut Lectoribus primo intuitu pateret, ad quoſnam *Hippocratis* locos referendae eſſent *Erotiani* explicationes; quod de Lexico *Erotianeo* quo hodie utimur, minime dici poteſt: Saepe enim totus fere *Hippocrates*, etiam fruſtra, evolvendus eſt, ut deſiderata loca reperiamus: unde non eo habitu ab auctore profectum, pronum eſt concludere.

Sed fortiora reſtant argumenta: audiamus igitur, (ut brevis ſim,) ipſum *Erotianum*. Damnat hic

 in

in praefatione ſua eorum inſtitutum, qui vocabula *Hippocratis* ſecundum literarum ordinem expoſuerant, *Epiclem* nominatim & *Glauciam*. Prior enim (quanquam locus Erotiani de eo obſcurior & forte corruptus eſt,) brevitati ſtudens non annotaverat loca vel libros *Hippocratis*, unde Gloſſas ſuas deſumſerat, quod moleſtiam creabat lectori; quo etiam vitio *Galeni* Exegeſis laborat, quippe qui rariſſime loca *Hippocratis*, quae reſpicit, Libro nominato ſignat. *Glaucias* autem cum ubique loca *Hippocratis* ſtudioſe annotaſſet, hinc nimia mole ipſius liber laborabat. Subdit dein, quanam ipſe uſurus ſit methodo: διόπερ ἡμεῖς καθ' ἑκάστην γραφὴν ἐκλεξάμενοι τὰς καταγεγραμμένας λέξεις, διὰ μὲν τοῦ συγγράμματος δηλώσομεν ὁποῖαι τυγχάνουσι κείμεναι, ἐν ὅσαις τε βίβλοις ἱστοροῦνται αἱ μὴ συνήθεις· διὰ δὲ τῆς ἐξαπλώσεως ἐμφανίσομεν πόσα σημαίνουσι. *quare nos per ſingulos libros deligentes infra deſcriptas voces, per Commentarium noſtrum monſtrabimus, quales ſint & quibusnam in libris reperiantur minus uſitatae; per explicationem vero, quid ſignificent, indicabimus.* Forſan tamen in his verbis pro ὁποῖαι legendum ὅτι. Haec autem clariſſime, ni fallor, evincunt, *Erotianum* ordinem literarum in Lexico ſuo condendo minime attendiſſe: ſed ductum Librorum *Hippocratis* ſequutum voces obſcuriores annotaſſe & explicuiſſe eo ordine quo in *Hippocrate* ſe invicem ſequebantur. Quotieſcunque vero ad novum perveniebat librum, eius titulum vocibus inde deſumtis praefixiſſe videtur; quod docent illa, quae in fine praefationis ait: λοιπὸν ἀρξώμεθα ἀπὸ τοῦ Προγνωστικοῦ: *incipiemus igitur a Prognoſtico.* Ordo hic lectori-

bus

bus erat utiliſſimus, qui ſic facillime *Hippocratem* & *Erotianum* invicem contendere poterant.

Sed deinde neſcio quis maleferiatus Lexico huic violentas manus inferre, atque illud ſecundum literarum ordinem diſponere auſus eſt, pulcherrimum procul dubio facinus hoc opinatus. Id tamen laudo in eo, quod non penitus in ordinem Alphabeticum redegerit, ſed tantum excerpſerit primo omnes voces ab Α incipientes, ordine, quo eas in *Erotiani* Gloſſario reperiebat: tum eodem modo eas, quae a Β, Γ, &c. incipiunt: hinc enim illud lucramur commodi; ut quamvis perdito quod ad totum, auctoris ordine, in ſingulis tamen literis eum adhuc ſuperſtitem habeamus, & hinc voces ex eodem Libro excerptae ſe mutuo ſequantur, quod ſaepe ſummi uſus eſt, ut dein latius monſtrabo.

Nec eſt, quod miretur quiſpiam, tantum ſibi in Veterum ſcriptis interpolandis indulſiſſe homines male ſedulos: nec enim in ſolum graſſati ſunt *Erotianum*. Idem expertum eſt Gloſſarium *Herodoteum*, quo de ante dixi; nec enim, prout editur, ordine Alphabetico ſcriptum erat, ſed ad ductum ipſius *Herodoti*: immo ſupereſt adhucdum Codex in Gallia, unde verus illius ordo in integrum reſtitui poteſt. Vide *Montfauc:* Biblioth. *Coiſl.* p. 484. Nec non Gloſſarium *Oppiani*, quod ſecundum Alphabeti ſeriem ediderat *Rutgerſius*; ſed & huic verum ordinem e M. S. Libro reſtituit Cl. *Dorvillius* Miſcell. Obſerv. Vol. IX, p. 100, & ſeqq. *Ammonii* etiam ac *Thomae Magiſtri* opera olim aliter ac nunc diſpoſita fuiſſe ſtatuunt Viri eruditi, validis ſatis rationibus ſubnixi. Utinam cui adeo felici eſſe contingat, ut incidat in *Erotiani* exemplar na-

tivum adhuc ſervans ordinem! Sic multa proculdubio reſtituere, & illuſtrare poſſemus loca, quae iam tanquam totidem folia Sibyllae ſunt: at verendum quam maxime, ne inania ſint haec vota, & omnes noſtri Codices promanarint ex illius Apographo, qui *Erotianum* tam miſere diſcerpſit.

Iis igitur, quae ſuppetunt, adiumentis pro virili & *Hippocrati* & *Erotiano* prodeſſe conabor, atque indicare loca nonnulla, quae *Foeſii* diligentiam effugere: ac primo, ut ea quae hactenus dixi, ulterius illuſtrem, ſubiungam Gloſſas e Prognoſtico, unde initium fecerat *Erotianus*, eo ordine quo apud *Hippocratem* occurrunt, & quem *Erotianus* etiam in genuino opere tenuerat: ſingulis autem praepoſui paginas & lineas Editionis *Foeſii*, qua in citando ſemper utar.

P. 36. 3. Λέγων.
8. Τολμᾶν.
37. 3. Ξυντεκμαίρεσθαι.
ib. Ἐπανέρεσθαι.
5. Λιμῶδές τι ἔσχε αὐτόν.
21. Ὑποφάσιας.
29. Κάμπυλον.
41. Προπετής.
46. Ἀλυσμόν.
38. 7. Πνεῦμα.
19. Ἀπέδειξαν.
20. Εὐπετέστερον.
54. Ἄλλη κοιλίη.
39. 24. Λαπάσσεσθαι.
55. Νείαιρα γαστήρ.
40. 1. Τρύζειν.

12. Λαπαρήν.
21 Φῦσαν.
41. Νεφέλαι.
41. 31. Περιεςικόν.
43. 54. Εὐηθέςατοι.
44. 10. Ἀτρεκέως.
23. Κόσμȣ.
28. Ἀλλοφάσσοντες.
45. 24. Γαργαρεῶνες.
52. Πελάσῃ.
55. Ὀρφνῶδες.
46. 18. Μαρμαρυγαί.
ib. Καρδιώσσειν.
48. Λιβύῃ, Δήλῳ, Σκυθίῃ.

Haec vero nefarius ille huius Lexici interpolator ita in ordinem redegit: Ἀλυσμόν. Ἀπέδειξαν. Ἄλλῃ κοιλίῃ. Ἀτρεκέως. Ἀλλοφάσσοντες. Γαργαρεῶνες. Ἐπανέρεσθαι. Ἐυπετέςερον. Ἐυηθέςατοι. Κάμπυλον. Καρδαμύσσειν. Κόσμȣ. Καρδιώσσειν. Λέγων Λιμῶδές τι ἔσχε αὐτόν. Λαπάσσεσαι. Λαπάρην. Λιβύῃ, Δήλῳ, Σκυθίῃ. Μαρμαρυγαί. Νείαιρα γαςήρ. Νεφέλαι. Ξυντεκμαίρεσθαι. Ὀρφνῶδες. Προπετής. Πνεῦμα. Περιεκτικόν. Πελάσει. Τολμᾶν. Τρύζειν. Ὑποφάσιας. Φῦσαν. quae prima cuiusque literae vocabula ſunt. De pleriſque horum conſulendus *Foeſius*, unum tantum alterumve monendum reſtat.

Ἐυπετέςερον pluribus locis apud *Hippocr.* reperitur: vide *Foeſ.* Oecon. ſed cum & praecedens Ἐπανέρεσθαι & ſequens Εὐηθέςατοι in Prognoſtico legantur, nec hoc alibi quaerendum: iure igitur retuliſſe me puto ad p. 38. 20. ἀπέδειξαν τὸν ἄνθρωπον εὐπετέςερον φέροντα τὸ νόσημα, quod *Foeſium* latuiſſe miror.

Καρδαμύσσειν. Et hanc vocem in Prognoſt. legiſſe *Erotianum* liquet. cum etiam binae ſequentes hoc libro reperiantur. Haec tamen ſola eſt, cui Locum aſſignare nequii, ſive alicubi corrupta lateat, ſive quacunque de cauſa: quod aliis excutiendum relinquo.

Λαπάρην. τὴν πλευράν: exponit, quod & ipſum e Libro hoc depromptum eſſe monſtrat ſequens, Λιβύη, Δήλῳ, Σκυθίη. Reſpexit igitur proculdubio locum quem indicavi p. 40. 12. δεῖ δὲ ἐν παντὶ τῷ νοσήματι λαπαρὴν τὴν κοιλίην εἶναι, καὶ εὔογκον. Verum plane ab hoc loco aliena eſt expoſitio, τὴν πλευράν: nec enim idem eſt λαπαρὴ & λαπάρη: prius adiectivum eſt *mollis* notans; poſterius ſubſtantivum, & πλευρὰν vel κενεῶνα ſignificat: Vide *Foeſ.* Oecon. Nec tamen adeo bardus erat *Erotianus*, ut haec confuderit: ſed putem fere truncam eſſe hanc explicationem, & ea quae auctor de vocum harum differentia notarat, vel librariorum culpa, vel interpolatoris, intercidiſſe.

Νείαιρα γαστήρ. Hoc quoque in Progn. quaerendum, teſtatur ſequens Νεφέλαι. In noſtris tamen editionibus nullibi, quod ſciam, occurrit, etſi aliis in Libris ſaepe adhibeat *Hippocrates*. Sed cum *Erot*. hic in explicatione dicat: ὃ τινες κάτω κοιλίαν προσαγορεύουσι, coniicere coepi pertinere haec forte ad p. 39. 55. τοιαύτης γὰρ ἐούσης τῆς διεξόδου, ἡ κάτω κοιλίη ὑγιαίνοι ἄν. Suſpicor enim *Hippocratem* ſcripſiſſe, ἡ νείαιρα γαστὴρ ὑγιαίνοι ἄν: & cum in margine adſcriptum fuiſſet, ἡ κάτω κοιλίη, id dein pro vero in textum receptum.

Περιεκτικόν. σωτήριον. corrupte ſic legitur apud *Erot*. Περιεκτικὸς enim eſt a περιέχειν, *continere*, ac proin

proin *continens* notat, a qua notione explicatio *Erotiani* plane abit: Corrigendum puto. Περιεςικόν· σωτήριον. Aegri qui a morbo convaleſcunt περιεῖναι, & περιγίνεσθαι, *ſupereſſe*, dicuntur Hippocrati: hinc σημεῖον περιεςικὸν eſt *ſignum hominem ſuperfuturum monſtrans*, unde bene σωτήριον ſeu *ſalutare* exponitur. Sic p. 43. 12. ὑπηρετῆται δὲ περιεςικῶς ὑπὸ τῶν λοιπῶν πάντων τῶν περιεςικῶν σημείων. Locus vero, in quem hic digitum intendit *Erot*. eſt p. 41. 31. πτύελον ξανθὸν . . . . . . ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς νόσȣ πτυόμενον περιεςηκὸν καὶ κάρτα ὠφελέει. Ubi pro περιεςηκὸν lege περιεςικόν.

Πελάσει, quin recte retulerim ad p. 45. 52. nullus dubito; legitur ibi, καὶ ταῦτα ποιέων τῷ Φθινοπώρῳ προσπελάσῃ: ſed notat *Foeſius Galenum* legiſſe πελάσῃ, nec aliter, ut puto, *Erotianus*, apud quem proin corrigo; Πελάσῃ· ἐγγίσῃ. Et ſane ſaepius in *Hippocrate* obſervare eſt; alios compoſita voce ſcripſiſſe, quae alii ſimplici efferebant: ſic eodem hoc Progn. p. 36. 3. *Erotianus* in ſuis reperit λέγων, ubi hodie editur προλέγων. Vide *Foeſium*.

Satis, credo, ex hoc ſpecimine conſtabit de methodo atque ordine ab *Erotiano* obſervatis. Si quis vero diligenter *Erotianum* cum *Hippocrate* contenderit, is videbit eum in Gloſſario ſuo tenuiſſe ordinem Librorum non praeciſe eum, quem in praefatione; ſed Libros ita fere explicuiſſe, ut hic ſubieci. Προγνωςικόν. Προῤῥητικὸν ά, β́. Περὶ χυμῶν. Ἐπιδημιῶν ζ. Περὶ Φύσιος ἀνθρώπȣ. Ἀφορισμοί. Περὶ Φύσιος παιδίȣ. Περὶ τόπων καὶ ὡρῶν. Περὶ Φυσῶν. Περὶ ἱερῆς νόσȣ. Περὶ ὑδάτων. Εἰς δίαιταν. Περὶ τόπων τῶν κατὰ ἄνθρωπον. Περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς. Περὶ τέχνης. Κατὰ ἰητρεῖον. Μοχλικός. Περὶ ἑλκῶν. Περὶ τῶν ἐν κε-

Φαλῆ τραυμάτων. Περὶ ἀγμῶν. Περὶ ἄρθρων. Περὶ πτισάνης. Περὶ ἀφόρων. Περὶ νούσων ά, β'. Γυναικείων ά, β'. Πρεσβευτικός. Ἐπιβώμιος. Recenſentur praeterea ab *Erotiano*, Περὶ τραυμάτων καὶ βελῶν. Περὶ αἱμορροΐδων καὶ συρίγγων. Περὶ τροφῆς. Ὅρκος. Νόμος: quibus locum aſſignare non audeo, immo prior deperditus plane eſt; in editionibus ſaltem *Hippocratis*, nullibi comparet: quo de poſt paucis agam.

Illis quae hactenus obſervavi, hoc addo: in *Erotiano*, ut hodie habemus, ſub litera Δ habetur: Δεινὸν αὐτίτην τὸν ἀπαράχυτον: monſtrum horrendum, informe, vere δεινόν: ſed veriſſima eſt correctio *Foeſii* Οἶνον αὐτίτην legentis. Vide eius Oecon. v. Αὐτίτης: atque idem iam obſervaverat *Auguſt. Gadaldinus*, docente *Euſtachio* in Annotat. ad *Erotian.* cuius uſum debeo favori Cel. *Valckenarii*. Hoc autem novum & certiſſimum ſubminiſtrat documentum, noſtrum non eo, quo iam circumfertur ordine, ſcripſiſſe; ſub litera enim O hoc repoſuiſſet, non ſub Δ: nec quidquam manifeſtius, quam alios hoc patraſſe, cum iam vox Οἶνον in Δεινὸν corrupta eſſet.

Sequitur hinc ulterius in tractando *Erotiano* ordinem literarum minime attendendum: & urgente neceſſitate etiam emendationes eum violantes admitti debere.

Jam videamus, quantam ſaepe lucem praeferat haec obſervatio ad invenienda loca *Hippocratis*, quae *Erotianus* in Gloſſario ſuo reſpexit.

Ordine ſequuntur apud *Erot.* Ἀρυσθέντι. Ἀπαυρίσκονται. Ἀσκαρίζει. Ultimum *Euſtachio* & *Foeſio* indicibus reperitur Lib. de Nat. Puer. p. 246. 55. ἀσκαρίζει καὶ τὰς ὑμένας ῥήγνυσι. Priori locum non aſſignarunt, at vero reperitur eodem Lib. p. 244. 50.

ὅταν

ὅταν δὲ ἀρυσθέντι χρόνος ἐγγένηται, στάσιμον γίνεται καὶ θερμὸν ὁρᾶται· Hinc enim Ἀρυσθέντι· ἀντληθέντι, exponit: quo de nemo puto dubitaverit.

Proin & intermedium Ἀπαυρίσκεται hoc Libro quaerendum, quod male ad Lib. IV de Morb. p. 513. 48, retulere. Tu mecum refer ad p. 245. 30. ὅτως μεθήσει ἐς τὸ δένδρεον ῥίζας ἀπ' αὐτοῦ λεπτάς καὶ πρῶτον ἀπαυρίσκεται ἀπὸ τῆς ἰκμάδος τῆς ἐν τῷ δενδρέῳ ἐνεούσης, ἐν ᾧ ἔγκειται. Bene illa vertuntur: *radices in arborem demittit; primumque arboris humore, in quam inſitus eſt, fruitur.* Ἀπαυρίσκεται igitur hic eadem poteſtate adhibetur, qua ἐπαυρίσκεται ſemel iterumque hoc Libro occurrit: ut p. 241. 55. καὶ τὸ παιδίον ἀπ' αὐτοῦ ἐπαυρίσκεται ὀλίγον: *atque exiguo eius [lactis] puer fruitur.* Verum hinc multum abludit *Erotiani* expoſitio, Ἀπαυρίσκεται· ἀπολλύεται, quod merito ſuſpectum habuit *Foeſius*, ſed haud ſanavit. Ego corrigendum cenſeo: Ἀπαυρίσκεται· ἀπολαύεται: nihil enim facilius fuit, quam ΑΠΟΛΑΥΕΤΑΙ in ΑΠΟΛΛΥΕΤΑΙ corrumpi: & ſic *Erotiani* explicatio optime loco huic quadrabit. Similiter *Suidas*. Ἀπηύρα· ἀφείλετο, ἀπέλαυσεν. Eodem autem modo vox adhibetur loco ſupra citato L. IV de Morb. χωρέει τὸ ποτὸν ἐς τὴν κοιλίην, ἀπὸ δὲ τῆς κοιλίης ἐς τὸ ἄλλο σῶμα ἀπαυρίσκεται: tollenda inde praepoſitio ἐς, & vertendum: *defertur potus in ventriculum, a ventriculo vero reliquum corpus attrahit*, vel *accipit*.

In litera Σ habet *Erotianus:* Συνθεῖν· συντρέχειν: cui Gloſſae locum non aſſignavit *Foeſius:* at ope noſtrae regulae eum facile invenire licet. Vox enim praecedens Σεσήριγαι legitur Lib. de Fract. p. 774. A. vide quae *Foeſius* in Oecon. monuit: ſequens

quens Στρωτῆρα Lib. de Artic. p. 783. D. unde liquet τὸ Συνθεῖν, vel Libro de Fract. vel de Artic. quaerendum eſſe. Ac pertinet omnino ad priorem p. 775. C, ubi legitur: ἐι δὲ ἀναγκάζοιο μὲν ἐμβαλεῖν, ἐλπίζοις δὲ ἐμβάλλειν, καὶ μὴ πολλὴ ἡ παράλλαξις ᾖ τῦ ὀςέυ, καὶ μὴ ξυνδεδραμήκοιεν οἱ μῦες, Φιλέυσι γὰρ ξυνδεῖν, ἡ μόχλευσις καὶ τύτοισι μετὰ τῆς κατατάσιος εὖ ἂν ξυλλαμβάνοιτο· Suſpectum *Foeſio* in his verbis eſt τὸ ξυνδεῖν, nec iniuria; quod vero reſcribere tentat ξυντρέχειν, id optime quidem ſenſum *Hippocratis*, non autem veram ſcripturam reſtituit: lege igitur ex *Erotiano*, Φιλέυσι γὰρ ξυνθεῖν: & habebis ipſam divini ſenis manum.

In litera Π ordine ſequuntur Πιπερίφ. Πήνιρά. Παλύνων. Prius legitur Lib. 1 de Morb. Mul. p. 614. 10: poſterius ibidem p. 623. 52. notante *Foeſio*. De medio ſic *Erot*. Πηνιρά· τὸν ὄσχεον Φησὶν οὕτω καλεῖσθαι Ἀντίγονος ὁ γραμματικὸς, παρὰ τὸ ὡς ἐν πήρᾳ Φησὶ καὶ ἐξ ἐλάΦοιο. καὶ πηνάρα θοραίην Corruptiſſima haec: ſed optime *Euſtachius* & *Foeſius* corrigunt: Πηρῖνα· τὸν ὄσχεον Φησὶν ὕτω καλεῖσθαι. Ἀντίγονος ὁ γραμματικὸς, παρὰ τὸ ὡς ἐν πήρᾳ. ὡς καὶ Νίκανδρος ἐν Θηριακοῖς Φησί. Ἠὲ καὶ ἐξ ἐλάΦοιο ταμὼν πηρῖνα θοραίην. Conſulenda omnino Oecon. *Foeſii*. Sed, quod primarium erat, non indicarunt locum *Hippocratis*, ubi legitur Πηρῖνα: ego nullus dubito, quin is ſit p. 622. 13. εἴδης νεκρῆς τὺς κόνικας τρίψας, καὶ ἐκπιέσας τὸν χυλὸν, καὶ χελώνης θαλασσίης περίνεον κατακαύσας, τρίψας ἐγχέαι ἐις τὸ αἰδοῖον. Pro περίνεον *Erotianus* hic reperit πηρῖνα, nec aliter Galenus, Πηρῖνα· τὸν περίναιον, explicans: quae Galeni interpretatio margini adſcripta textui corrumpendo anſam dediſſe videtur, quod & alibi accidit.

C A-

CAPUT II.

Antiquorum ſcribendi ratio ſaepe mendarum cauſa. Stephanus Byzantinus, Apollonius Rhodius & Quintus Calaber emendantur. Praepoſitiones ſequentibus vocibus adhaeſerunt aliquando. Orpheus & Calaber corriguntur. Ὄτρυς *&* Ὀτρυεὺς. *Fragmentum Veteris Pythagorei emendatur. Antoninus Liberalis tentatur.* Γαλινθιάδια *feſti nomen. Tzetzes notatur. Bina Heſiodi fragmenta reſtituuntur. Pauſanias & Scholiaſtes Apollonii correcti.* Γηρυονηΐς *opus Steſichori. Dio Caſſius & Fulgentius emendantur.*

Cum Veteres in ſcribendo voces ab invicem non diſtinguerent, hinc ſaepe in M. S. S. coniunctae remanſere voces, quae in binas fuerant ſegregandae, & contra. Jam olim in his dubitatum aliquando. Sic in *Hom.* Iliad. Β, v. 586. alii legebant:

Οἵ τε Λάαν εἶχον, ἠδ' οἳ Τύλον ἀμφενέμοντο.

alii vero coniunctis binis vocibus, ἠδ' Οἴτυλον ἀμφενέμοντο. Ideo haec adduco, ut emendetur *Stephanus* v. Λὰ, ubi ita partem *Homerici* verſus citatam video:

Οἵ τε Λάαν εἶχον, οἶδ' Οἴτυλον,

ſed

ſed omnino legendum, ἠδ' Οἴτυλον: nec enim alias dubium illud de lectione obtinere poſſet. Verum ad alios pergo.

Apollon. Rhod. L. II. v. 1112.

> Ἔνθα δ' ὑπαινεσίῃσι θεῶν, πίσυρές περ ἐόντες
> Δούρατος ὠρέξαντο πελωρίου.

Non placet, ut molliſſime dicam, ὑπαινεσίῃσι illud; licet enim vertatur, *Diis approbantibus*, id tum demum approbabo, cum ſimile videro exemplum. Interim contendam legendum.

> Ἔνθα δ' ὑπ' ἐννεσίῃσι θεῶν, κ. τ. λ.

phraſi aptiſſima & *Apollonio* familiari. Sic paulo poſt v. 1170.

> Νῦν δ' ἔσσασθε πάροιθεν ὑπ' ἐννεσίῃσι δ' οἴω
> Ἀθανάτων ἐς χεῖρας ἐμὰς χατέοντας ἵκεσθαι.

Forte tamen vulgatum quis defendet e Lib. III, v. 817. Ἥρης αἰνεσίῃσι μετάτροπος: verum & ibi corrigendum puto ἐννεσίῃσι. Nihil autem frequentius quam praepoſitiones ὑπὸ, ἐπὶ, &c. male ſequentibus adhaeſiſſe vocabulis. Hinc etiam apud *Quintum Calabrum* L. III, v. 354. legerim.

> Πᾶσα δαρδάπτουσι λύκοις ὑπὸ δμηθέντα.

ubi iam editur ὑποδμηθέντα.

Sed & apud *Orpheum* in Argonaut. v. 296. lego

> Ὡς δή οἱ κλέος ἐσθλὸν ἐπ' ἐσσομένοισιν ὄπαζεν.

non

non ut vulgo ἐπεσσομένοισιν: eadem menda v. 625. eius Poematis inſedit ubi legendum,

Βωμὸν ἐπιςέψαντες ἐπ' ἐσσομένοισι πυθέσθαι
Πεισματίην.

verum v. 608, bene editum eſt. Peius etiam corruptus v. 452. ubi pro *καὶ ἐσσομένοις μερόπεσσιν*, lege *ἐπ' ἐσσομένοις.*

Apud eundem Poëtam v. 391. legitur

Αὖταρ ἐπ' εἰς αὐλὴν εἰσήλθομεν ἠεροειδῆ.

Et hic male diſtinctas voces eſſe puto, ſed medicinam adhibendam plane contrariam. Coniungendo itaque binas voculas, una etiam litera mutata legerim

Αὖταρ ἔπειτ' αὐλὴν εἰσήλθομεν ἠεροειδῆ.

quod verum eſſe confido.

Sed redeo ad *Q. Calabrum:* is L. XII, v. 131, de Graecis equum ligneum fabricaturis, ait:

Οἱ μὲν γὰρ τέμνεσκον ὑποκριθέντι σιδήρῳ
Δοῦρά τε, καὶ σανίδας διεμέτρεον.

Quid quaeſo eſt ὑποκριθέντι illud? *Rhodomannus* corrigit ὑποκριθέντι, quo quidem metrum iuvatur, nihil vero ſenſus. Ne longus ſim, *Calaber* dederat, puto, ΥΠΟΚΡΙΟΕΝΤΙ, quod Librariorum lapſu in ΥΠΟΚΡΙΘΕΝΤΙ abiit. Corrige igitur:

Οἱ μὲν γὰρ τέμνεσκον ὑπ' ὀκριόεντι σιδήρῳ.

Pars enim ſecabant aſpero (vel *duro*) *ferro.*

Ὄκρις

"Οκρις a *Galeno* in Gloſſis *Hippocrateis* exponitur, ἐξοχὴ προμήκης: hinc proprie de verticibus montium dicitur, atque a Graecis ad Latinos tranſiit. Vide *Feſtum.* Hinc ὀκριόεις, *acutas prominentias habens, aſper.* Vide *Foeſ.* in Oeconom. *Hippocrat.* Verum plerique libri praeferunt ὀκρυόεις. Ita paſſim *Homerus, Apoll. Rhod.* L. II. v. 739. & ipſe *Quintus* L. I, v. 537. ἀνὰ μόθον ὀκρυόεντα: & Lib. III, v. 637.

Πᾶσα δ' ἄρ ὀκρυόεσσα πέτρη, ποταμῶν τε ῥέεθρα·

Vide & *Oppian.* Cyneget. L. II, v. 452. Eodem tamen in Libr. v. 598.

Οὐκ ἐρέω κρυερὸν γένος ὀκριόεντος ἐχίνε.

& ſane analogum magis eſt ὀκριόεις; nec dubito quin aliquando alterum huius locum occupaverit: quod tamen damnare penitus, tot ſubnixum teſtimoniis, non ſuſtineo. Verum ut ut ſit, optime ὀκριόεις convenit loco *Calabri*; cum enim per metaphoram omnia *dura, aſpera,* ac *horrida,* ὀκριόεντα vocentur, iure etiam ferrum, ſive ſerra intelligatur, ſive ſecures aliave inſtrumenta, σίδηρος ὀκριόεις dicitur.

Mala haec vocum diſtinctio in cauſa etiam fuit, cur Doctiſſimus *Meibomius* minus aſſequutus ſit veram Lectionem in verſu *Cleobulinae Lindiae,* qui inter Opuſcula Mytholog. &c. *Galei,* in Fragmento cuiusdam Pythagorei p. 720, ſic effertur

"Ανδρ' εἶδον κλέπτοντα καὶ ἐξαπατῶντα βίᾳ. ὡς
Καὶ τὸ βίᾳ ῥέξαι τȣ̃το δικαιότατον.

Legendum procul dubio, coniungendo quae divulſa ſunt, ac ne litera quidem mutata

"Ανδρ'

Ἄνδρ εἶδον κλέπτοντα καὶ ἐξαπατῶντα βιαίως·
Καὶ τὸ βίᾳ ῥέξαι τȣ̃το δικαιότατον.

In eodem Fragmento p. 721 legitur: *καὶ τἄλλα καὶ τώϋτό.* Recte *Meibomius* quod ad ſenſum legit, *κατὰ τώϋτό.* Sed & illa, Dorico more iungenda ſunt, ac corrigendum *κаττωϋτό.*

Hinc etiam coniicio reſtituendum eſſe *Antoninum Liberal.* c. 29 in fine: *ταῦτα νῦν ἔτι τὰ ἱερὰ Θηβαῖοι Φυλάττȣσι, καὶ πρὸ Ἡρακλέȣς ἑορτῇ θύȣσι Γαλινθιάδι πρώτῃ.* Male legitur *πρὸ ἑορτῇ*, cum debeat *πρὸ ἑορτῆς*; ſed praeterea omnia ſic reſcribo: *καὶ πρὸ Ἡρακλέȣς ἑορτῆς θύȣσι Γαλινθιάδια.* Librarii enim male diſtinxerant, *θύȣσι Γαλινθιάδι ά*: putantes nempe *ά* eſſe notam numeri, unde poſtea pro eo reſcripſere *πρώτῃ.* Dicitur vero *Γαλινθιάδια*, ut *Διάσια*, *Διονύσια*, &c., de feſtis & ſacrificiis iis Diis ſacris.

Pertinet huc quoque, quod *Tzetzes* ad *Lycophr.* v. 22. ſcribat: *Φρίξος δὲ λαβὼν Χαλκιόπην τὴν Αἰήτȣ, γεννᾷ Ἄργον, Μελίαν, Κάτιν, Φρόντιν, Σῶρον, καὶ Ἕλλην.* Peſſime haec habent: cum enim quinque hic enumerentur Phrixi filii, *Apoll. Rhod.* L. II, v. 1159, quatuor tantum habet: ita enim ibi Argus:

Τῷδε Κυτίσωρος πέλει ȣ̃νομα, τῷδέ τε, Φρόντις,
Τῷ δὲ, Μέλας· ἐμὲ δ' αὐτὸν ἐπικλείοιτέ κεν Ἄργον.

Nec aliter *Scholiaſtes* ad v. 1125 eiusdem Libri: & *Valer. Flacc.* L. v, v. 461. & *Hygin.* Fab. 3, niſi quod *Cylindrus* ibi legatur pro *Cytiſoro.* Vide & eum Fabb. 14, & 21. ac *Apollod.* Lib. I. Hinc liquet apud *Tzetzem* pro *Μελίαν* corrigendum eſſe *Μέλαν*: reliqua vero, etſi monſtroſiſſima, mutanda non putem. Uſus fuerat *Tzetzes* codice corrupto,

ubi ſc. Librarii ſcripſerant, Ἄργον, Μέλαν, Φρόντιν, Κάτιν, Σῶρον: recte feciſſet binos poſteriores in unum contrahendo, ac emendando Κυτίσωρον: verum peccatum auxit, & Φρόντιν illis interpoſuit, adeoque effecit, ut non emendare eum, ſed notare debeamus.

Gravis etiam hac de cauſa menda inſedit fragmentum *Heſiodi*, quod producit *Theo* ad *Aratum*: reperitur vero in Editione *Clerici* inter Fragm. v. 183.

Καί τε διερχόμενος ἠπειγμένος ἐςὶ δράκων ὥς.

Illud enim διερχόμενος male e binis vocibus coaluit: quin totum verſum ita mecum reſtitue.

Καί τε δι' Ὀρχομενῦ εἰλιγμένος εἶσι, δράκων ὥς.

Probabis hanc emendationem, ubi inſpexeris eorundem fragmentorum v. 40, ubi idem verſus e *Strab.* L. IX, p. 292, profertur; unde & illud videbis, *Heſiodum* ibi agere de Cephiſſo fluvio, qui multis anfractibus, ſerpentis inſtar per Orchomenum labebatur. Bina igitur iſta fragmenta in unum locum contrahenda ſunt.

Jam vero, cum huc delapſus ſim, aliud etiam Aſcraei poetae fragmentum perſanare conabor, maxime quoniam eadem labe contactum eſt. Habetur id v. 71, & ſeqq. hoc modo.

Ἕλληνες δ' ἐγένοντο θεμιςοπόλοι βασιλῆες
Δῶρός τε Ξοῦθός τε καὶ Αἴολος ἱππιοχάρμης.
Αἰολίδαι δὲ γένοντο θεμιςοπόλοι βασιλῆες
Κρηθεὺς ἠδ' Ἀθάμας καὶ Σίσυφος αἰολομήτης,
Σαλμωνεὺς ἄδικος, καὶ ὑπέρθυμος περ . ηρί.

Bini priores cum parte tertii occurrunt apud *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 284, in Edd. Antiquis. Tres vero poſteriores apud *Schol. Pindar.* ad Pyth. Od. IV. Bene igitur in unum coniunxere: immo *Potterus* e M. S. S. *Lycophronis* & ipſe poſtremos recuperavit, ita ſc. edens.

Ἕλληνος δ' ἐγένοντο θεμιςοπόλȣ βασιλῆος
Σαλμωνεύς τ' ἄδικος, καὶ ὑπέρθυμος Περιήρης,
Δῶρός τε, Ξȣ̃θός τε, καὶ Αἴολος ἱπποχάρμης.
Αἰολίδαι δ' ἐγένοντο θεμιςοπόλοι βασιλῆες,
Κρηθεὺς, ἠδ' Ἀθάμας, καὶ Σίσυφος αἰολομήτις.

Melior hic in multis ſcriptura, quam in antea citatis. Sed cum verſus quem ſecundo loco edidit *Potterus* in M. S. *Seld.* ultimo loco appareat, ut e Notis diſcere eſt, non video quam ob cauſam eum ordinem turbarit: maxime quia ſua diſpoſitione pervertit omnem horum heroum genealogiam. Nec enim Salmoneus filius fuit Hellenis, ſed Aeoli, ut praeter *Apollod.* L. 1, c. 7. *Hygin.* Fab. LX. *Schol. Pindar.* l. c. alii etiam docent. Sed optime habet, quod e M. S. edidit ὑπέρθυμος Περιήρης. Fuit enim & Perieres ex Aeoli liberis; vide *Apollodor.* l. c. *Pauſan.* L. IV, c. 2, & alios: peſſime igitur eum apud *Scholiaſtem Pindari* deformarunt in περὶ κηρί. Jam vero egregium *Heſiodi* locum non dubito quin ex vero reſtituerim, ſic legendo:

Ἕλληνος δ' ἐγένοντο θεμιςοπόλοι βασιλῆες
Δῶρός τε, Ξȣ̃θός τε, καὶ Αἴολος ἱπποχάρμης.
Αἰολίδαι δ' ἐγένοντο θεμιςοπόλοι βασιλῆες
Κρηθεὺς, ἠδ' Ἀθάμας, καὶ Σίσυφος αἰολομήτις,
Σαλμωνεύς τ' ἄδικος, καὶ ὑπέρθυμος Περιήρης.

Sed nec alia de cauſa graviter corruptus eſt locus *Pauſaniae* L. VIII, c. 3, ubi ita legitur: Παλλάντιἐ μὲν δὴ καὶ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος ἐν Γηρυόνῃ Διῒ ἐποιήσατο μνήμην. Scire aveo quisnam ſit hic Γηρυόνης Ζεὺς; nec enim eum apud alios reperiſſe memini: miror utique doctiſſimum *Kuhnium* hoc concoquere potuiſſe; cum certiſſime hic monſtri quid alatur.

Puto *Pauſaniam* dediſſe ΕΝ ΓΗΡΥΟΝΗΙΔΙ, quod debuiſſent legere, ἐν Γηρυονηΐδι: ſed librarii male ι τῷ η ſubſcripſere, & ſic vulgatum effinxerunt; ι tantum addito. Γηρυονηῒς vero eſt poema, quo de rebus ad Geryonem pertinentibus agitur, ut Ἰλιὰς, Θηβαῒς, Ἡρακληῒς Piſandri, Aeneïs, &c. Neſcio an a pluribus veterum advocetur *Steſichori* Γηρυονηΐς; niſi quod *Scholiaſtes Apoll. Rhcd.* ad L. I, v. 211, ait: Στησίχορος δὲ ἐν τῇ γυριονίδι, καὶ νῆσον τινὰ ἐν τῷ ἀτλαντικῷ πελάγει σαρπηδονίαν φησί. Ubi itidem reſcribo, Στησίχορος ἐν τῇ Γηρυονηΐδι, vel Γηρυονΐδι, quoniam recte etiam Γηρυονὶς dici poteſt. Ex fragmentis vero, quae reſtant, *Steſichori*, facile apparet eum deſcripſiſſe Herculis expeditionem adverſus Geryona; unde omnia ea loca ad Geryoneida huius poetae retulerim.

Addo locum *Dion. Caſſii* L. XLVIII, p. 382. Ἐγένετο μὲν καὶ ἐνιαυρίοις τοῖς παρθίνοις κίνησις. Peſſime corruptum eſt τὸ ἐνιαυρίοις, pro quo *Xylander* Ἐπιδαυρίοις legebat, *Palmerius* Exerc. p. 256, maiori ſpecie ἐνιαύσιος, ut intelligatur motus bellicus, qui per annum duravit. Neutrum tamen horum verum exiſtimo, nec dubito, quin ΕΝΙΑΥΡΙΟΙΣ ex ΕΝΙΛΥΡΙΟΙΣ depravatum ſit: unde iam nemo non videt vocabulum hoc in bina ſeparandum, & totum locum ſic legendum: Ἐγένετο μὲν καὶ ἐν Ἰλλυρίοις τοῖς Παρθίνοις

κίνησις:

κίνησις: turbatum etiam eſt in Parthinis Illyriis. Parthini enim, quamvis *Ptolemaeus* Macedoniae transſcribat, gens fuere Illyrica; Vide *Appian.* Illyr. *Steph.* v. Πάρθος, & alios. Haec autem emendatio, ſi tantum aliis, quantum mihi placuerit, certiſſimam eam vocare haud verear.

Sed quoniam paulo ante *Heſiodi* fragmentis immoratus ſum, en locum foediſſime deturpatum *Fulgentii* Mythol. L. III, c. I. *Proetos Pamphyla lingua ſordidus dicitur, ſicut Heſiodus in Bucolico carmine ſcribit dicens:* PEPRIGROSIS TA FULVE ULACTIS MENES EMORUM, *id eſt, ſordidus uvarum bene calcatarum ſanguineo rore.* Nihil hic *Munckerus*, niſi quod verba *Heſiodi* contaminatiſſima e M.S. Leidenſi ita proferat: *Pritos iſta flueu tactis mene ſemorum.* Quid hic praeſtiterit nuperus editor, videre non licuit; ſed manum huic loco admovit Cel. *J. Gronovius* Exerc. de Dodone p. 35, qui recte ſane damnat *Caſaubonum*, ſic reſcribentem verſum *Heſiodi.*

Προῖτος ἐϋστιβέων βοτρύων δρόσῳ αἱματόεντι

quae verſionem quidem Latinam exprimunt, ſed a veſtigiis veteris ſcripturae plane abeunt. Ipſe *Gronovius* nulla verſionis ratione habita, emendat

Βρίθωσι σταφυλῆς εὐσάκτης μῆνες ἔνωροι.

& ſatis iactanter verum ſe reſtituiſſe gloriatur; ſed validae reſtant cauſae, quae cohibent, quo minus aſſentiar, & emendationem eam probem.

Scio equidem, ſatis ineptum auctorem eſſe *Fulgentium:* attamen, niſi eum plane delirum fingere

velimus, neceſſe eſt in verſu *Heſiodi* conſpici vocem Προῖτος, cuius ergo eum adducit: immo & illud ex perpetuo *Fulgentii* more certum eſt, verba Graeca verſioni exacte reſpondere debere; ubique enim in Graecorum locis, quos citat, verſionem Latinam ad verbum fere ſubiicit. Ergo, donec alius certiora docuerit, ex collatis lectionibus edita, & M. S. elicio: *Pritoſiſtafulueulactismeneſemorum:* haec ſi Graecis exarentur literis, & parum adiuventur, dabunt: Προῖτος ἐκ σταφυλῆς εὐλακτισμένης αἱμόῤ-ῥου, vel αἱμοῤῥοίας; quae iam optime verſioni ſubiectae reſpondent: Notandum tantum εὐλακτισμένης hic notare *bene calcatae*, adeoque λακτίζειν quod alias *calcitrare* ſignificat, hic pro πατεῖν ſumi. Interim obſervandum in Graecis illis minime verſum hexametrum reperiri poſſe: forte Bucolica *Heſiodi*, (niſi tamen corruptum auctoris nomen,) alio carminum genere ſcripta erant, ut Lyrica *Alcmanis*, *Pindari*, &c. quin, cum in aliis Editionibus legatur, *in Bucolico ludicro*, fateor aliquando me cogitaſſe, an forte legendum ſit, *in Bucolico Lyrico*; quod tamen minus eſſe neceſſarium lubens largior.

C A-

C A P U T III.

Pollux aliquoties emendatur. Νεογνός. *Variae lectiones ſaepe in textum irrepſerunt. Herodotus emendatur.* Ἐπαντιλογεῖν. Κακηγορεῖν. Θυτήριον *aſteriſmi nomen.* Χίμετλα. *Hipponax apud Tzetzem corrigitur. Pollucis lectio antiqua defenditur.* Ἀντίτομα. *Vinum Ariuſium. Niconis Comici fragmentum reſtituitur.* Καταμωκᾶσθαι. *Cleobis & Bitonis imagines. Pauſanias bis tentatur. Ariſtophanis fragmentum corrigitur.*

P*ollucem* ſicubi illuſtrare poſſim, fecero procul dubio operae pretium. L. II. ſ. 8, de infante recens nato ait: ἄμεινον δ' αὐτοῦ τὸ παρ' Ἡροδότῳ νεόγονον. ἀλλὰ καὶ τοῦτο Ἰωνικόν. Nullum eſt dubium, quin pro νεόγονον ſit reſcribendum νεογνόν: hoc enim revera Jonibus familiare eſt. Solum produco *Hippocr.* Aphor. Lib. III. 24. τοῖσι μὲν σμικροῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδίοισιν, ἄφθαι, ἔμετοι. Nec aliter ipſe, quem noſter advocat, *Herod.* L. II, c. 2. παιδία δύο νεογνὰ ἀνθρώπων τῶν ἐπιτυχόντων διδοῖ ποιμένι τρέφειν. Apud *Homer.* etiam Hymn. in Merc. v. 405.

Πῶς ἐδύνω δολομῆτα δύω βόε δειροτομῆσαι
Ὧδε νεογνὸς ἐὼν καὶ νήπιος.

Vide & *Lycophr.* Alex. v. 503, & alios. Eſt quidem νεογνὸν ex νεόγονον contractum, verum poſterius inveniſſe non memini.

Eodem Lib. ſ. 44, de membranis cerebrum veſtientibus. περιειλήφασι δὲ αὐτὸν (ἐγκέφαλον) μήνιγγες δύο. ἡ μὲν ἔνδοθεν ἐρυθροτέρα, ἡ δὲ ἔξωθεν ϛερεωτέρα. M. S. *Jungermanni* ἐυρυθροτέρα habuit, pro quo emendare mallem ἐλαφροτέρα: ſic veritati haec propiora erunt: namque revera interior cerebri Meninx, Pia mater Anatomicis dicta, exteriori, ſeu Dura matre tenuior & levior eſt. Atque ipſe *Pollux* hoc poſcere videtur, cum opponit ἐλαφροτέρα, & ϛερεωτέρα.

Poſtea ſ. 70, de tunicis oculorum quaedam ex Anatomicis excerpſit, non tamen ſummo cum iudicio: inter cetera ait: δεύτερος ῥαγοειδὴς, ἢ ῥοδοειδὴς, ὅς ἐϛι δασὺς, αἱματώδης, χαροειδὴς, ἢ χοροειδὴς, ἐκτετρημένος. Facile videbit quisquis Anatomes non plane rudis eſt, confundi hic tunicam Uveam & Choroidem, quod tamen condonemus Grammatico. Nemo vero, quod quidem ſciam, tunicam Choroideam χαροειδῆ vocavit, unde expellenda puto bina verba, χαροειδὴς, ἢ: maxime quoniàm *Falkenburgius* pro χαροειδὴς, in Codice ſuo invenit χοροειδής. Quod enim *Kuhnius* pro alterutro legendum coniecit χορδοειδὴς, id, pace Viri egregii dixerim, nullius pretii eſt. Lubens etiam antecedentia ea, ἢ ῥοδοειδὴς, obelo configerem, quippe ex varia tantum, eaque vitioſa, lectione nata. Saepius hoc in *Polluce* obſervare eſt: V. G. L. v. ſ. 89, legitur, ὄρτυγας τρυλίζειν, γρυλίζειν. Prius verbum τρυλίζειν e M. S. S. in textum invexit Cl. *Lederlinus*: recte quidem, ſed expellere ſimul debuiſſet τὸ γρυλίζειν, utpote ad coturnices nihil attinens, ſed ad porcos relegandum. Eodem modo L. VII, ſ. 96, ubi iam ſic leg mus, τρυφοκαλάσσηριν, γρύφωμα, λάσειριν; binae illae poſteriores voces utique e textu exulare debuiſſent,

ſent, monſtroſe tantum ex praecedenti repetitae. Hinc etiam L. 1, ſ. 246, ubi habetur: τριβόλων, κνιδῶν, ἀσπαλάθων, κονίζης, κνυίδων, θάμνων: obelo configerem τὸ κνυίδων; cum enim cetera pleraque plurali numero efferantur, puto aliquem pro κονίζης in margine correxiſſe κονίζων, quod dein ſic mutatum in textum irrepſit. Attamen eo loco pro κονίζης legere malim κονύζης, ſic enim ab omnibus vocatur ea herba. Sed redeo ad propoſitum.

L. 11, ſ. 107. τὰς δὲ ἑκατέρας τῆς γλώττης κοιλότητας, χηραμὺς καλοῦσιν. Haec vera credam, cum quis docuerit, quaenam ſit utraque illa linguae cavitas: interim dum hoc fiat, legam: τὰς δὲ ἑκατέρας τῆς γλώττης κοιλότητας, & intelligam utrumque cavum, unum ſuperius linguam inter & palatum; alterum inferius, a lingua cum maxilla inferiori formatum.

L. 11, ſ. 120. Ἀντιφῶν δὲ, ἀπαρτιλογία, ὥσπερ καὶ Ἡρόδοτος. οὗτος δὲ καὶ ἐπαλιλλόγησε. Ultimum verbum apud *Herodotum* non reperitur, ſed eius loco ἐπανηλόγησε. Neutrum Graecum mihi videtur, ac neſcio, quomodo *Leopardus* & *Budaeus Herodotum* ex *Polluce* emendare potuerint. Melius videri queat, quod exhibent M. S. S. *Pollucis*, ἐπαλληλόγησεν, *quaſi a verbo* ἐπαλληλογεῖν; ut ait *Jungermannus*. Verum nec hoc probaverim; ſi enim ἀλληλὸς in compoſitionem ingreditur, dicendum utique eſſet ἐπαλληλολογεῖν: ut brevis ſim, ſolus divinus eſt aureus ille *Falkenburgii* Codex ἐπαντιλογήσει oſtendens: unde emendandum ἐπαντιλόγησε, atque hoc tam *Herodoto*, quam *Polluci* reſtitui iubeo. Legamus itaque in hoc: οὗτος δὲ καὶ ἐπαντιλόγησε: in illo vero:

Κροῖσος δέ οἱ ἐπαντιλόγησε πᾶσαν τὴν ἑαυτȣ̃ διάνοιαν. Locus exſtat L. I, c. 90.

L. III, ſ. 138, inter maledicendi verba refert: ψέγειν, λοιδορεῖν, λοιδορεῖσθαι, κατηγορεῖν, κακολογεῖν. κ. τ. λ. Non convenit hic κατηγορεῖν, verbum quippe non convitiandi, ſed incuſandi tantum, inter quae iam ſupra eadem hac ſectione relatum eſt, φαίνειν, κατηγορεῖν, ἐνδείκνυσθαι, γράφεσθαι. Emendandum itaque κακηγορεῖν, κακολογεῖν, quod fideiuſſore opus non habet. Si tamen eum deſideraveris, dabo ipſum *Pollucem*; qui ab his verbis paulo poſt deducit verbalia, λοιδορία, ψόγος, κακολογία, κακηγορία.

L. IV, ſ. 74. Λίβυες μὲν οἱ Σκηνῆται τȣ̃τον εὗρον. Pro Σκηνῆται Cod. *Falkenburgii* legit Κελευίται, unde an boni quid erui queat neſcio. Habet quidem *Ptolomaeus* in Africa interiori unam alteramve gentem, nominis fere ſimilis. V. G. L. IV, c. 6, Καλεῖται, ſed ignobiliores illi ſunt: malo igitur vulgatum retinere, dummodo emendetur Σκηνῖται. Multae enim Σκηνιτῶν gentes in Africa.

L. IV, ſ. 159. inter aſtra recenſet Ὄφιν, Ὀφιοῦχον, Στέφανον, ἀςέρα Σείριον. Poſt Στέφανον *Falkenburgius* in ſuo Codice invenerat θητέριον: laude ſane digniſſimus eſt librarius, qui cum exaraverat librum, quod omnia quae inveniebat prava aeque ac integra caſte ac fideliter exhibuerit, quorum pleraque ceteri peſſimo conſilio reſecuere: ſi vero hic pro θητέριον emendetur Θυτήριον, id tutiſſime textui inſeri poterit. Θυτήριον inter aſtra celebratur ab Aſtronomis omnibus. E Graecis nominaſſe ſuffecerit *Arat*. Phaenom. v. 402.

Αὐ-

Αὐτὰρ ὑπ' αἰθομένῳ κέντρῳ τέρμος μεγάλοιο
Σκορπίȣ, ἄγχι νότοιο θυτήριον αἰωρεῖται.

Aram vocant Latini. Vide *Hygin*. Poet. Aſtron. c. 39. *Scholiaſtem Germanici*, alioſque.

L. IV, ſ. 202. Χίμετλα ſeu perniones deſcribit: meminit eorum praeter alios *Hipponax* in Choliambis quos ſervavit nobis *Tzetzes* ad *Lycophr*. v. 855.

Οὔτ' ἀσκέραισι τȣ̀ς πόδας δασέιῃσιν
Ἔκρυψας, ὡς μή μοι χίμετλα γίγνηται.

Leve mendum priorem verſum inſedit; pro ἀσκέραισι quippe legendum ἀσκέρῃσι, quomodo M. S. *Seldeni* diſerte exhibet.

L. IV, ſ. 39. ἐκ χάλκȣ Δημονησίου. Negligi haud debuiſſet, egregiam emendationem ſuo etiam Marte inventam a Cel. *L. Holſtenio* in Not. ad *Steph. Byzant*. p. 97. Luculenter haec illuſtrat *Jungermannus*, nec ullatenus audiendus eſt *Kuhnius*, dum ex M. S. S. lectione effingere tentat χάλκου δὴ Μυονησίου.

L. V. ſ. 132. ſalutaria pharmaca vocari dicit, ἀλεξιφάρμακα, παιώνια, ἀντίδοτα, λυτήρια. Sic iam legimus; ſed ἀντίδοτα illud a *Kuhnio* eſt, cum ante legeretur ἀντίτομα: cur autem hoc e textu eiiceretur, cauſa erat plane nulla. *Heſych*. quem recte adducit & emendat in Notis Cl. *Lederlinus*: Ἀντίτομον· Φάρμακον ἀντιπαθὲς ὅπερ ὁ πιὼν ȣ̓ βλάπτεται ὑπό τινος. Quod veterem lectionem ſatis firmat. Sed videndus omnino *Heſychii* ſoſpitator Rev. *Alberti* in Miſc. Obſ. Vol. IV, p. 99. ubi *Pindari* quoque auctoritate, Pyth. IV, v. 394. hanc vocem ſtabilit. Reſtituatur itaque *Polluci*.

L. VI.

L. VI. ſ. 15. inter vina recenſetur Χῖος. καὶ ὁ τȣ́του ἄριςος, Ἀρίςειος, Ἀριȣ́σιος. Vini Ἀριςείȣ apud veteres nulla ſit mentio. Hinc *Jungermannus* coniicit Καρύςεος: Caryſtii enim vini meminit *Athen.* L. I. Sed cum Caryſtus fuerit urbs Euboeae, illud vinum non potuit eſſe Chiorum optimum: puto igitur id rurſus accidiſſe, de quo iam ſupra egi, vitioſam nempe lectionem ſimul cum vera textum occupaſſe, atque lego, καὶ ὁ τȣ́τȣ ἄριςος Ἀριȣ́σιος. Ariuſium vinum Chio inſula oriundum fuiſſe, ſatis docent notae ad hunc locum.

L. VI, ſ. 99, notat μάνην eſſe poculi genus, atque advocat teſtem *Niconem* in Citharoedo, cuius haec verba ponit. Πατριῶτιδα μάνην, λαβὲ κεραμεοῦν ἀδρὸν, χωρȣ̃ντα κοτύλας πέντε ἴσως. Pleniora haec exſtant apud *Athen.* L. XI, c. 12, ut notant Commentatores: ſic nempe,

Καὶ πάνυ τὶς εὐκαίρως προπίνων Φησὶ πατριῶτα,
Μάνην δὲ εἶχε κεραμȣ̃ν ἀδρόν.
Χωρȣ̃ντα κοτύλας πέντ' ἴσως ἐδεξάμην.

Facile haec in ſenarios redigi ait *Kuhnius:* legit itaque

Καὶ πάνυ τὶς εὐκαίρως προπίνων Φησὶ,
Πατριῶτα, μάνην δέχȣ κεραμȣ̃ν
Ἀδρὸν, χωρȣ̃ντα κοτύλας πέντε ἴσως.
Ἐδεξάμην.

Sed ut verum fatear, nullum in iis ſenarium reperio; nec multum feliciora ſunt *Salmaſii* & *Jungermanni* tentamina. Ego ſic fere putem emendandos hos verſus, atque ad metrum redigendos:

Καὶ

Καὶ πάνυ τὶς εὐκαίρως, προπίνω, Φησί μοι,
Πατριῶτα· μάνην δ' εἶχε κεραμεοῦν, ἁδρὸν,
Χωροῦντα κοτύλας πέντ' ἴσως. ἐδεξάμην.

Jam liquido apparent *Niconis* ſenarii, quos ſic verterim

Et valde opportune quidam mihi dicit; Propino
Popularis: (manem vero tenebat figulinum, magnum,
Capientem cotylas forte quinque.) accepi, &c.

Lib. VI, ſ. 200. irridendi verba recenſens ait: **Τάχα δ' ἂν εἴη τῆς αὐτῆς χρείας τὸ κατακωμᾶσθαι, κατειρωνεύεσθαι, διασύρειν, κ. τ. λ.** Pro **κατακωμᾶσθαι** M. S. *Falkenb.* habet **καταμυκᾶσθαι**, mendoſe quidem, ſed quod una litera mutata dabit verum **καταμωκᾶσθαι.** *Suidas.* **Καταμωκώμενος· χλευαζόμενος.** *Heſych.* **Καταμωκᾷ· καταγελᾷ.** Quod igitur alio loco legitur, **κατακωμᾷ· καταγελᾷ·** id forſan vitioſis, quibus uſus eſt *Heſychius*, libris adſcribendum: niſi in interpolatores culpam reiicere mavelis.

L. VII, ſ. 61. **τὴν δὲ ὀνομαζομένην τήβεννον, καὶ κλεοβίνικον, ἐν Ἄργει Φορεῖν Φασι. τηβεννίδα δ' αὐτὴν καλεῖν ἀξιοῦσιν.** Peſſime haec corrupta ſunt; ſed facem accendit luciddiſſimam M. S. *Falkenburgii*, praeferens, **τήβεννον τὰς μὲν περὶ βήτων καὶ κλεόβιν εἰκόνας ἐν Ἄργει Φορεῖν Φασι:** unde ſic reſcribendus eſt totus locus: **τὴν δὲ ὀνομαζομένην τήβεννον τὰς μὲν τῶν περὶ Βίτωνα καὶ Κλέοβιν εἰκόνας ἐν Ἄργει Φορεῖν Φασι.** *Tebennum vero dictam Bitonis & Cleobis imagines Argis geſtare ferunt.* Nota eſt Cleobis & Bitonis hiſtoria, & ſagaciter *Jungermannus* Cleobis hic mentionem fieri coniecit. Vide eius Notas. Argis vero fuiſſe horum

rum fratrum imagines, teſtatur *Pauſan.* L. II, c. 20. Πλησίον δέ εἰσιν ἐπειργασμένοι λίθῳ Κλέοβις καὶ Βίτων, αὐτοί τε ἕλκοντες τὴν ἅμαξαν, καὶ ἐπ' αὐτῇ ἄγοντες τὴν μητέρα ἐς τὸ Ἡραῖον. Has itaque imagines Tebenno veſtitas fuiſſe, hinc diſcere licet. Non poſſum quin hic in tranſitu adſcribam locum *Pauſaniae* ex initio capitis modo citati. Παρεντίδα Κρεύγαντι εἰκόνα ἀνδρὸς πύκτε τρόπαιον ἐπὶ Κορινθίοις ἀνασαθὲν *. ἄγαλμά ἐςι καθήμενον Διὸς Μειλιχίε. Ita corruptiſſime editur; ſed optime praeſtantiſſimus *Kuhnius* emendat: Παρέντι δὲ Κρεύγαντος ἐ. ἀ. π. τ. ἐ. Κ. ἀ. καὶ ἄγαλμά ἐςι κ. τ. λ. addendo tantum pro aſteriſco lacunae indice, voculam καὶ, quod tamen admodum neceſſarium haud videtur, veſtigia enim viri Cl. legendo, absque ulla fere mutatione ita reſcribo totum locum. Παρέντι δὲ Κρεύγαντος εἰκόνα ἀνδρὸς πύκτε, τρόπαιον ἐπὶ Κορινθίοις ἀνασαθὲν, ἄγαλμά ἐςι Διὸς Μειλιχίε. Quae ſic verto. *Praetergredienti vero Creugantis pugilis ſimulacrum, tropaeum de Corinthiis erectum, excipit ſignum Jovis Milichii.* Sic intelligendo ſimulacrum Creugantis erit ipſum tropaeum; forte enim in pugna contra Corinthios ſtrenue rem geſſerat Creugas ille, unde eius ſtatuam tropaei loco dedicarunt. Capite etiam praecedenti 19, *Pauſanias* ait: καὶ Ἑρμῆς, ἐς λύρας ποίησιν χελώνην ἠρηκώς. Pro ultimo hoc verbo reſcribere malim εὑρηκώς. Mercurium enim teſtudinem mortuam forte inveniſſe, atque inde lyram fabricatum eſſe, notius eſt, quam ut multis probetur. Unicum conſule *Homer.* Hymn. in Merc. v: 24, & ſeqq. Sed tempus eſt ad *Pollucem* revertendi.

■ L. IX, ſ. 63. Ἔςι δὲ καὶ τὸ διώβολον ἐν Αἰολοσίκωνι Ἀριςοφάνες, Ὅπερ λοιπὸν μόνον ἦν ἐν τῇ γνάθῳ, διώβολον γένη-

γένηταί μοι. Neſcio an tractare debuerim locum hunc poſt Incomparabilem illum *Hemſterhuiſium:* ſi tamen ipſe Vir ſummus meum factum haud damnaverit, reliquos nil curo. Notat *Falkenburgii* M. S. poſt *γένηταί μοι* addidiſſe vocabulum monſtroſum *ἰδικολλοικὸν*, de quo hic ſuſpiciones meas proferre liceat. Nihil frequentius in M. S. S. quam confundi *υ* & *οι*, itidem *η* & *ι*, ex ſono poſterioribus ſeculis fere ſimili: id loco huic corrumpendo occaſionem dediſſe coniicio: quod ſi detur, vocabulum corruptum iam facile ſecedet in binas voces *ἠδη κολλυκον*, vel ut corrigendum puto, *ἤδη κόλλυβον*: hoc teſtimonio *Ariſtophanis* addendum cenſeo, quod iam nulla fere mutatione, una tantum alterave vocula traiecta, ita conſtituendum coniicio.

Ὅπερ μόνον μοι λοιπὸν ἦν ἐν τῇ γνάθῳ
Διώβολον, ἐγέννησεν ἤδη κόλλυβον.

Quod ſolum mihi reliquum erat in ore
Diobolum, iam lucratum eſt collybum.

Senſus fragmenti praecipue pendet, (quod etiam Cel. *Hemſterh.* obſervat.) a voce *γεννᾷν*. *Γίνεσθαι* enim dicitur uſura, quae ſummae creditae tanquam productum accedit: *γεννᾷν* ipſa ſumma foenori appoſita; atque hinc *τόκος* dicitur foenus, quaſi partus ſummae creditae. Vide locum *Theophr.* Char. Eth. c. 7, ab *Hemſterhuſio* in notis emendatum. Vide & *Poll.* L. III, ſ. 85. ubi cum ait, *τόκȣς ἐκλέγων*, forſan etiam in *Theophraſto* ferendum, *καὶ τȣ̀ς τόκȣς ἀπὸ τȣ̃ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν.* & ſic paſſim *Φόρȣς ἐκλέγειν*, *tributa exigere*, ut *Arrian.* L. III, c. 16. Is igitur, qui hic ab *Ariſtopha-*

ne

ne inducitur, dicit, ſe diobolum ſuum in foenore poſuiſſe, eumque iam produxiſſe collybum. **Κόλλυβος** enim vel **κόλλυβον**, eſt nummus minutus, ut *Poll.* poſt ſ. 72. *εἴη δ' ἂν καὶ κόλλυβον, λεπτόν τι νομισμάτιον.*

CAPUT IV.

De pagis Atticis agitur. An eiusdem tribus pagi vicini invicem fuerint? Sponius & Cellarius notantur. Inſcriptiones veteres corriguntur. Λευκονόη, Κονθυλίδαι, Βερενικίδαι *pagi. Stephanus emendatur.* Ἑκαλὴ *pagus.* Λαμπτρεῖς *an* Λαμπρεῖς *ſcribendum ſit disquiritur?*

DE pagis Atticis paucula hic obſervare lubet. Eos in decem Tribus fuiſſe diviſos, ſed quorum numerus dein binis auctus eſt, ex veterum monumentis conſtat. Jam vero doctorum nonnulli crediſſe videntur, omnes eiusdem Tribus pagos ſibi invicem vicinos fuiſſe, adeoque diſtinctas conſtituiſſe regiones. Ita ſane *Sponius* Tract. de Pag. Att. coniicit Brauronem Marathoni vicinam forte ad eandem quoque Tribum pertinuiſſe: & Vir egregius *Ch. Cellarius* Geogr. Ant. L. 11, c. 13, de Phyles, pagi Attici, ſitu disputans, poſtquam ex *Stephano* oſtendit eam Oeneidis tribus fuiſſe, ſic pergit. *Ex quo illud dubium oritur, an fuerit prope Deceleam in orientali tractu Atticae. Oeneis enim, cuius Acharnae erant, in occaſum magis vergebat.* Utinam vera foret haec ſententia! ſic enim multum promoveri poſſet Geographia

graphia Atticae: Cum V. G. Sunium fuerit pagus Leontidis tribus, ſequeretur reliquos etiam huius tribus pagos haud longe a Sunio remotos fuiſſe, & ſic locorum ſitus melius quam hactenus finiri poſſet.

At vero nullo plane fundamento nititur haec opinio; quippe conſtat eiusdem tribus pagos longiſſime ſaepe ab invicem diſtitiſſe, vicinos fuiſſe qui ad diverſas tribus pertinebant. Sic Decelea, Azenia & Eleuſis fuere tribus Hippothoontidis, ſed ſitu diverſiſſimae: Decelea nempe Euboeam verſus ac fines Boeotiae: Azenia ad mare Athenas inter & Sunium: Eleuſis longe hinc diſſita in confiniis Atticae & Megaridis. Contra vero pagi propinqui fuere Oenoe, Probalinthos, Tricorythos, Marathon, Tetrapolin ita dictam conſtituentes: ex his autem Oenoe pertinuit ad tribum Hippothoontida; Probalinthos ad Pandionida; Tricorythos ad Aeantida; Marathon ad Leontida.

Liquebit hoc clariſſime etiam ex pagis qui in ora ſiti fuere ab Athenis Sunium verſus, & quos *Strab.* L. IX. p. 274, hoc ordine recenſet. **Μετὰ δὲ τὸν Πειραιᾶ, Φαληρεῖς δῆμος, ἐν τῇ ἐφεξῆς παραλίᾳ. εἶτ' Ἁλιμούσιοι, Αἰξωνεῖς, Ἁλαεῖς οἱ Αἰξωνικοὶ, Ἀναγυράσιοι, Θορεῖς, Λαμπτρεῖς, Αἰγιλιεῖς, Ἀναφλύστιοι, Ἀζηνιεῖς.** Ex his Phalerenſes fuere tribus Antiochidis, vel Aeantidis: Alimuſii Leontidis: Aexonenſes & Halarum Aexonenſium incolae Cecropidis: Anagyraſii Erechtheidis: Thorenſes Antiochidis: Lamptrenſes Erechtheidis: Aegilienſes & Anaphlyſtii Antiochidis: Azenienſes, ut iam dictum, Hippothoontidis. Quae omnia ex *Stephano*, *Harpocratione*, aliisque veterum conſtant, & oſtendunt, diviſionem illam in tribus absque ullo ſitus reſpectu factam: im-

C mo

mo aliunde conſtat eius uſum tantum fuiſſe in ſacris, iudiciis, magiſtratibus eligendis, aliisque publicis rebus.

Plura quae de pagis his moneri poſſent, in praeſens miſſa facio: occaſione tamen invitante, obiter unam alteramve Inſcriptionem apud *Sponium* reſtituere conabor. Invenit ille Salamine ſequentem

ΔΙΟΝΥΣΙΑ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΜΙΛΗΣΙΑ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΤΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΕΥΚΟΝΘΕΩΣ
ΓΥΝΗ

Unde novum pagum fabricatus eſt, cui nomen ſit **Εὐκονθεύς**: non ſatis feliciter, meo quidem iudicio. Niſi enim plane fallor, corruptum eſt vocabulum, ac pro ΕΥΚΟΝΘΕΩΣ legendum ΛΕΥΚΟΝΟΕΩΣ. Prima litera vetuſtate detrita videtur: tum Ο ſpeciem τῦ Θ praebuiſſe. **Λευκονόη** enim fuit pagus Leontidis tribus, patria Metonis famoſi illius Aſtronomi, ut diſcimus e fragmento *Phrynichi* comici veteris.

Μέτων ὁ Λευκονοεὺς ὅδ' ὁ τὰς κρήνας ἄγων.

Λευκονοεὺς etiam exſtat apud *Steph.* v. **Φολόη**. Sic enim ibi legendum pro **Λευκωνοεύς**. Pellantur itaque **Εὐκονθεῖς** loco, quem praeter fas occuparunt.

Ceterum ſimile mendum inſediſſe puto aliam Inſcriptionem apud *Spon.* in **Ἀγγελὴ** citatam: ubi inter alia habentur.

. . . ΟΝΟΥΛΙΔΑ
ΧΑΙΡΕΑΣ ΜΕ
ΛΗΣΙΠΠΟΥ

Prius

Prius vocabulum pagi nomen corruptum eſt; nec dubito quin legendum ſit ΚΟΝΘΥΛΙΔΑΙ. Κονθύλη, ut e *Meurſio* patebit, pagus erat tribus Pandionidis, cuius Πρυτάνεις hac Inſcriptione recenſentur. Fateor τὸς δημότας, dici Κονθυλεῖς; at vero quemadmodum Αἰθαλίδαι & Αἰθαλεῖς, ſic etiam Κονθυλίδαι & Κονθυλεῖς obtinere potuit.

Mutilus quoque eſt alius lapis apud *Spon.* in Σημαχίδαι, cuius hoc initium.

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ ΚΑΙ Ο
ΔΗΜΟΣ ΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΗΝ ΜΕΝΝΕ...
...ΕΡΝΕΙΚΙΔΟΥ ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΜΥΗΘΕΙΣΑΝ
ΑΦ ΕΣΤΙΑΣ ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΗ ΑΝΕΘΗΚΕ

Ea quae aevi iniuria detrita ſunt, ſic reſtituenda iudico: ΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΗΝ ΜΕΝΝΕΟΥ ΒΕΡΕΝΕΙΚΙΔΟΥ ΘΥΓΑΤΕΡΑ. Βερενικίδαι enim nomen eſt pagi, quo de vide *Meurſium.*

Non poſſum quin hic operam dem loco *Stephani* v. Ἀγγελή, ubi ait: ὀξύνεται δὲ κατὰ δύο τρόπους, ὅτι δήμου ὄνομα, ὡς τὸ Περγασὴ, καὶ Καλή. Ex ſolo hoc teſtimonio *Meurſius* in pagorum ordinem recepit Καλὴν, adiuvante etiam *Sponio*, qui Caecilium rhetorem hinc oriundum facit; ſed certiora de Caecilio illo diſces a *Berkel.* ad *Steph.* v. Καλὴ ἀκτή: unde videbis Καλὴν ἀκτὴν nihil huc facere. *Stephani* vero locum corruptum puto, ac legendum, ὡς τὸ Περγασὴ, καὶ Ἑκαλή. Fuit enim pagus Atticae Ἑκαλὴ, quanquam male plerumque notetur Ἑκάλη. Vide *Steph.* in v. Male igitur & Καλὴ inter pagos recenſetur: nec potiori iure locum obtinent Ἀχραδοῦς, Ἔννα, Ἐρεχθιὰ, & plures alii.

Finiam capitulum hoc, poſtquam dixero **Λαμπτρεῖς**, quos ſupra e *Strabone* memoravi, **Λαμπρεῖς** vocari apud *Suidam*, aliosque Veterum: ſed ΛΑΜΠΤΡΕΙΣ ubique in Inſcriptionibus *Sponii*, caſtiſſimis utique antiquae ſcripturae indicibus & apud *Harpocrationem*: cum praeterea & libri alicubi exhibeant **Λαμπριεῖς** vel **Λαμπιρεῖς**, & ſic literam adiiciant, deliberandum puto, an non lapidum auctoritas praeferenda ſit.

CAPUT V.

Leugarum in Galliis uſus. In Tabula Peutingeri quoque Leugas notari demonſtratur. Cluverius notatur. Tabula Peutingeriana & Itinerarium Antonini ſaepius illuſtrantur & emendantur. In Itinerario librarios pro Leugis ſaepe dediſſe M. P. demonſtratur.

NEglectum adeo iacere Geographiae veteris ſtudium, ſaepe indignabundus miror: maxime cum tot & tanta reſtent perficienda atque e tenebris eruenda. Hoc unica, ſed ſatis luculenta obſervatione oſtendere conabor.

In Galliis diſtantias olim dimenſas fuiſſe, non ut in reliquo Imperio Romano per Millia Paſſuum, verum per Leugas, (quarum ſingulae aequantur paſſibus cIↃ D, ſeu ſesquimilliari,) dudum eſt quod Viri docti docuerint. Vide Cel. *Weſſeling*. ad *Antonin*. Itiner. p. 251, & quem ille advocat *N. Bergerium* Viar. Milit. L. III. c. 37, & 38. Facit huc praeprimis locus Tabulae *Peutingerianae*, ubi Lugduno adſcribitur: *Lugduno caput Galliarum, uſ-*

que

que hic lēgas. Pro poſtremis legendum: *usque huc leugas:* quae notant in interiori Gallia leugarum uſum obtinere, ſed a Lugduno Italiam verſus M. P. Sed an hoc ſolum indicare voluit Auctor Tabulae? Cur non etiam notavit in Graecia ſtadiorum uſum eſſe, in Parthia & Aegypto ſchoenorum? aliam proin ipſius mentem fuiſſe puto, atque iis verbis, *usque huc leugas*; docuiſſe non tantum Leugarum in Galliis uſum, ſed vel maxime, ſe quoque diſtantias locorum ibi per Leugas ſignaſſe: ne ſc. lectores M. P. & Leugas confunderent.

Novum hoc pleriſque videbitur; id enim pro certo receptum eſt, non niſi M. P. in Tabula notata eſſe: & praeclarus ille *Bergerius*, qui feliciter Leugas in Itiner. *Antonini* reſtituit, de Tabula *Peutingeri* audacter pronunciat, in omnibus eius numeris intelligenda eſſe M. P. Vide eum Viar. Milit. L. III, c. 10. §7. Ut igitur coniecturam meam ſtabiliam & aliis approbem; breviter loca quaedam Tabulae & Itinerarii invicem comparabo. In Itinerar. p. 360 legitur:

Cabillono		
Auguſtodunum	*M. P. XXXIII.*	*Leugas XXII.*
Sidoloucum	*M. P. XXVII.*	*Leugas XVIII.*
Aballone	*M. P. XXIIII.*	*Leugas XVI.*
Auteſiodorum	*M. P. XXXIII.*	*Leugas XXII.*
Eburobrica	*M. P. XVIII.*	*Leugas XII.*
Tricaſis	*M. P. XXXIII.*	*Leugas XXII.*

Eadem in Tab. *Peuting.* ita habentur:

Cabillione	
Aug. Dunum	*XXI.*

Sidotoco	*XVIII.*
Aballo	*XVI.*
Auteſſio Duro	*XXII.*
Eburobrige	. . . .
Aug. Bona	*XVIII.*

Nomina in Tab. corrupta & abbreviata facile ex Itinerario in integrum reſtitui poſſunt: ſed, quod caput rei eſt, liquet hinc, numeros Tabulae cum M. P. in Itinerario adſcriptis convenire ne ſemel quidem; cum Leugis vero amice conſpirare: unde revera etiam Leugas in Tab. notatas eſſe concludo.

Idem liquet ex Itiner. p. 367, quo de itinere ſatis oſtendit Cel. *Weſſeling.* numeros notatos Leugas eſſe: ubi inter alia haec habentur.

Brivodurum	
Belca	*M. P. XV.*
Cenabum	*M. P. XXII.*
Salioclita	*M. P. XXIIII.*
Luticia	*M. P. XXIIII.*

quae plane conveniunt cum his Tabulae:

Brivoduro	
Belca	*XV.*
Cenabo	*XXII.*
Luteci	*XLVII.*

quia igitur Itinerarii numeri hic exhibiti Leugae ſunt, (quas Librarii falſo in M. P. mutarunt,) Leugae etiam erunt illi, quos Tabula ſignat.

Tertium addo locum ex Itiner. *Anton.* p. 372.

A

A Treveris Agrippina	*Leugas*	*LXVI.*
Beda vicus	*Leugas*	*XII.*
Auſava vicus	*Leugas*	*XII.*
Egorigio vicus	*Leugas*	*XII.*
Marcomago vicus	*Leugas*	*VIII.*

Leugas hic notari conſentiunt omnes M. S. S. notante *Weſſelingio*. Jam vide, quam exacte conſpiret Tabula.

Aug. Treſvirorum	
Beda	*XII.*
Auſava	*XII.*
Icorigium	*XII.*
Marcomagus	*VIII.*

Vel ſolus hic locus ſatis docet Tabulam his locis Leugas notare; ſed Viri docti, quos adeo notabilis conſenſus latere non poterat, abiere in cogitationes plane contrarias, pro certo ſc. habentes Tabulae numeros M. P. eſſe: hinc *Cluverius* Germ. Ant. L. II. p. 65. in Itinerario pro Leugis ſubſtituit M. P. maxime quoniam Leugis retentis iuſto longius fiat ſpatium Treveros inter & Agrippinam. Fateor, ſi computemus more *Cluverii* aliorumque, qui M. P. aequant minuto gradus terreſtris: ſic enim Leugae LXVI efficient gr. I. min. 39: quod directam diſtantiam earum urbium longe ſuperat. Sed cum Cl. *Iſlaeus* oſtenderit M. P. LXXV, vel circiter aequari gradui terreſtri, (vide Comm. Acad. Reg. A. 1714, p. 175.) Leugae LXVI vix ultra gr. I. min. 19 aſſurgent. Si iam cogitemus iter hoc non linea recta procedere, ſed verſus laevam deflectere, id non adeo male cum dictarum urbium diſtantia conve-

 niet.

niet. Fateor tamen, vel numerum LXVI capiti itineris praefixum, vel eos qui poſterioribus manſionibus apponuntur, corruptos eſſe, ut ex illorum diſſenſu liquet; quae aliis relinquo excutienda.

Illud tantum addo, argumenta e diſtantiis locorum petita, valide pro noſtra militare ſententia. Sic V. G. in Tabula legitur: *Agripina. XVI. Noveſio:* ſed diſtantia illa XVI M. P. longe excedit, immo XXIIII M. P. aequat: numerus igitur Tabulae notat XVI Leugas, quae id intervallum plane explent.

Juliacum Tabula per XVIII ab Agrippina removet; ſed intervallum id XVIII M. P. longe amplius eſt: ſi vero Leugas intelligas, iam XXVII M. P. quae Leugae XVIII efficiunt pulchre dictarum urbium diſtantiae convenient.

Sic etiam Geſoriacum a Caſtello Menapiorum disiungit in Tabula numerus XXIIII: ſi igitur ibi intelligantur M. P. exſurgunt nondum 20 minuta gradus terreſtris; cum tamen Bononia (quae hodie Geſoriaci locum occupat,) & Caſſellae in probatiſſimis mappis Acad. Regiae per 29 min. diſtent. Numerus igitur is nequaquam M. P. ſed Leugas notat: XXIIII enim Leugae 29 minuta tantum non exhauriunt.

Plurima talia addere poſſem, ſed ea quae produxi, ſufficere credo, ad ſententiam meam firmandam.

Pro certo igitur habeo, omnes numeros Tabulae ad Galliam pertinentes Leugas notare; fines vero, ubi iterum M. P. adhibere incipit, deſignare non adeo facile eſt. Optandum foret, ut omnibus illis locis lectorem monuiſſet, quod in Lugduno videmus: & forte pluribus locis adſcriptae fuerunt olim tales notae, ſed quae deſcriptorum incuria vel

ſo-

ſocordia intercidere. Id tamen ex *Antonin.* Itin. p. 238, & 251, patet; Leugarum uſum incepiſſe a Finibus, Arborem Felicem inter & Vindoniſſam. Incepiſſe etiam a Lugduno docet locus Tabulae iam ſaepius adductus, nec non *Anton.* p. 359, & *Ammian. Marcell.* L. xv, c. 11. De Toloſa idem conſtat ex Itiner. Hieroſol. p. 551. Sed quouſque verſus Hiſpaniam ſeſe extenderit illarum uſus, mihi liquidum non eſt: nec quidquam hic iuvat Tabula priori ſui parte trunca.

Magna vero eſt obſervationis huius utilitas in Geographia Galliae, Belgicae praeſertim illuſtranda & reſtituenda. Hinc enim apparebit verum eſſe illud, quod iam alii notarunt, in *Antonini* Itinerario Librariorum negligentia ſaepe Leugas in M. P. mutatas eſſe, omiſſis penitus numeris quibus M. P. notabantur.

Sic p. 363. Itiner. ubi habetur: *Iter a Durocortoro Divodurum usque M. P. LXII*, vel ſola diſtantia, quae M. P. LXII longe excedit, Leugas hic intelligendas docet. Idem verum eſt de ſequenti itinere p. 364, ut docet conſenſus Tabulae & Itinerarii in diſtantiis locorum: numerant enim a Fano Minervae ad Caturigis XXV, Leugas nempe; inde Naſium IX: a Tullo Scarponnam X: in reliquis exemplarium vitio non plane conſentiunt. De itinere p. 366 idem oſtendit Cel. *Weſſeling.* ut ſupra iam indicavi.

Jure etiam Vir Summus idem coniecit de itinere p. 375. *A. Colonia Traiana Coloniam Agrippinam M. P. LXXI.* Atque hoc admiſſo, totum illud iter in vado erit; nec opus habebimus, cum *Cluverio*, *Altingio* aliisque numeros vitii incuſare: maxime

cum Tabula in diſtantiis a Coriovallo Agrippinam usque penitus conſpiret. Sic enim Itinerar.

Coriovallum	
Juliacum	*M.P. XII.*
Tiberiacum	*M.P. VIII.*
Colonia Agrippina	*M.P. X.*

eadem Tabula ita exhibet:

Cortovallio	
Juliaco	*XII.*
Agripina	*XVIII.*

Quin & idem tenendum de itinere p. 377. *A Caſtello Colonia M. P. CLXXII.* Namque & ibi plerique numeri fere conſentiunt; aliqui tamen deſcriptorum culpa nimium quantum diſſident: quod enim in Tab. habetur: *Camaraco. XL. Hermomacum. VIII. Baca conervio:* ibi pro *XL* levi manu refingendum *XI:* ſic Camaracum & Bagacum diſtabunt per Leugas XIX, quod ab XVIII, quas Itinerarium ſignat, parum abeſt: quin lubens in Itinerario pro XVIII legevim XVIIII, quae paſſim confunduntur. Novum vero haec mihi argumentum ſuppeditant; quippe XIX M. P. immane quantum deficiunt a diſtantia Camaracum inter & Bagacum; certiſſime igitur Leugae intelligendae ſunt, non M. P. In illis etiam, quae ſequuntur non conſentiunt; Itinerarium enim XXII numerat Bagacum inter & Geminiacum: Tabula vero XXVIII, quod equidem verius puto: quippe Leugae XXVIII ducunt a Bagaco usque ad oppidulum cui nomen *Gemptines*, quod nomen e *Geminiaco* ortum coniicio.

Ad-

Adſcribo unum adhuc Itinerarii locum p. 379.

Iter a Taruenna Durocortoro M.P.CIII. Sic	
Nemetacum	*M.P. XXII.*
Camaracum	*M.P. XIIII.*
Auguſta Veromanduorum	*M.P. XVIII.*
Contra Aginnum	*M.P. XIII.*
Auguſta Sueſſonum	*M.P. XIII.*
Fines	*M.P. XIII.*
Durocortoro	*M.P. XII.*

Conſentit in omnibus fere Tabula, ita hoc iter exhibens:

Teruanna	
Nemetaco	*XXII.*
Cameraco	*XIIII.*
Aug. viro. Muduon	. . . .
Aug. Sueſſor.	*XXV.*
Durocortoro.	*XXI.*

Nomina locorum corrupta, & numerus qui excidit facile ex Itiner: reſtitui poſſunt; unde etiam ultimus Tabulae numerus XXI in XXV mutandus eſt. Utrobique vero Leugas intelligendas eſſe, non M. P. docet, tum Taruennae & Durocortori diſtantia, quae CIII M. P. longe maior eſt: tum vel maxime Itiner. *Antonini* p. 362. ubi Sueſſones a Durocortoro diſtinguuntur per M. P. XXXVII. Leugas XXV: Unde liquet, eo quod prae manibus eſt itinere, Librarios perperam M. P. loco Leugarum obtrudere.

CAPUT VI.

Hippocrates ſaepius emendatur & illuſtratur. Galenus corrigitur. Ἰδίειν. *Apollonii Sophiſtae Lexicon emendatur. Theophraſti lectio defenditur. De Hippocratis Orthographia nonnulla.* Ὀργὴ & Εὐόργητος. *Hippocratis lectio vindicatur.* Στεγνὸς. *Scholiaſtes Thucydidis corrigitur.* Ὀλάδης. Λισσός. *Lycophron tentatur. Epigramma Leonidae correctum.* Ὀργὴ & ὁρμὴ *confuſa a librariis. Thucydidis locus reſtitutus.*

IN *Hippocratis* Lib. de Aer. Aq. & Locis paucula quae notavi hic referre lubet. Haud procul initio, p. 281. C. haec habentur. ἀεικός ἐςι γίγνεσθαι, ἢν μήτις ταῦτα πρότερον εἰδὼς πρόφρων τὶς ἦ. Suſpecta mihi iſta ſunt: primo enim male editur μήτις, quod *neminem* notat, & ſcribendum diviſim μή τις: ut extare video in *Lindani* Edit. dein cui bono eiusdem praenominis τις repetitio, πρόφρων τὶς ἦ: hoc ſane genius Linguae reſpuere videtur. Coniicio forte *Hippocratem* dediſſe, ἢν μή τις ταῦτα πρότερον εἰδὼς προφροντίσῃ. Ut ſc. ſit a προφροντίζω, *praemeditor*, & *diligenter expendo:* quod verbum etſi necdum obvium habuerim, analogiae tamen haud repugnat. Verterem ergo: *quae facile contingunt, niſi quis ea antea ſciens praemeditatus fuerit.*

P. 282. l. 42. Φθίσιές τε γίνονται συχναὶ ἀπὸ τῶν τοκετῶν, ὑπὸ γὰρ βίης ῥήγματα ἴσχουσιν καὶ σπάσματα. Neſcio an ſatis ſana ſit vox ultima, quam *vulſiones* vertunt. Quid ſi reponatur σχάσματα? *Galenus* quippe σχάσαι inter alia ἀμύξαι exponit, i. e *lacerare*, quan-

quanquam Medicis ſaepius *ſcarificare* notet. ſic **σχάσματα** eſſent *lacerationes*, quod melius illi quod praegreſſum eſt, **ῥήγματα** convenit. Sed aliorum eſto iudicium.

P. 283. 47. **σπλῆνας μὲν ἀιεὶ μεγάλους εἶναι καὶ μεμυωμένους.** Optime *Foeſius* obſervat, huc reſpicere *Galen.* in Exeg. ſcribentem. **Μεμολυσμένους. ἔνιοι μὲν τοὺς κατεψυγμένους, ἔνιοι δὲ τοὺς ἐσκιῤῥωμένους καὶ λιθώδεις φήθησαν.** Verum quod *Galenum* ex *Hippocrate* emendare vult, non laudo; niſi enim fallor, uterque corruptus eſt: adeoque utrobique coniicio legendum, **μεμυλωμένους**, a **μυλόω**, quod *induro* notat. Hinc eſt **Ἐμυλώθη**, quod *Galen.* exponit **ἐσκληρύνθη.** *Erot.* vero **ἐτυλώθη**, qui addit: **Μύλον γὰρ καλοῦσιν οἱ ἰατροὶ τὸν ἐν τῇ ὑστέρᾳ γινόμενον σκίῤῥον.**

P. 285. 21. **ὁκόταν δὲ εἰς σκιὴν ἀφίκηται, ἅπαν τὸ σῶμα ὁμοίως διΐει.** Vertitur: *cum vero ad umbram pervenerit, tum corpus aequaliter ſudore diffluit.* Verum non agitur hic de intenſo adeo ſudore, ut corpus inde diffluat: unde malim legere; **ἅπαν τὸ σῶμα ὁμοίως ἰδίει**: *totum corpus eodem modo ſudat.* **Ἰδίειν** enim antiquiores dixere pro **ἱδροῦν.** Exſtat hoc apud ipſum *Hippocr.* de Morb. Mul. L. 1, p. 606. 22. **κρέσσον δὲ διουρέειν καὶ ἰδίειν.** Vide *Foeſ.* Oecon. Semel etiam *Homerus* uſus teſte *Apollonio* Sophiſta in Biblioth. *Coiſl.* p. 460, qui addit: **ἐν δὲ τῇ ἀρχαίᾳ κωμωδίᾳ πλειστάκις τὸ ἴδιόν ἐστιν εὑρεῖν ἐπὶ τὸ ἱδροῦσθαι.** Sed pro **ἴδιον** ibi corrigo **ἰδίειν**. Locus autem *Homeri* eſt Odyſſ. Υ. 204.

Ἴδιον ὡς ἐνόησα, δεδάκρυνται δέ μοι ὄσσε.

Quin & reperitur apud *Theophr.* Hiſt. Plant. L. v, c. 10. **διὸ καὶ τὰ ἀγάλματά φασιν ἰδίειν ἐνίοτε.** Male id coniecturis tentarunt *Scaliger* & *Bodaeus*, cum

iam

iam de veritate vulgati conſtet. Quod vero ſoli, ut dixi, antiquiores hoc verbum adhibuiſſent, a *Luciano* in Lexiphan. p. 822, cum aliis tanquam obſoletum traducitur, *καὶ νῦν βαδίζω τε ὀδυνηρῶς, καὶ ἰδίω θαμὰ, καὶ μαλακιῶ τὸ σῶμα.*

Ib. l. 28. *τὸ μὲν θολερὸν αὐτέε καὶ νυκτοειδὲς ἐκκρίνεται καὶ ἐξίϛαται, καὶ γίγνεται ἠὴρ καὶ ὀμίχλη.* Referenda huc eſt *Erotiani* gloſſa: **Νυκτοειδὲς. ἀντὶ τῦ μέλαν.** quod *Foeſio* non obſervatum miror.

P. 286. 39. *ὅτι τὸ παχύτατον καὶ χολωδέϛατον αὐτέε μένει καὶ συϛρέφεται.* Legendum omnino θολωδέϛατον, quod etiam M. S. a *Servino* adhibitus, praeferebat. quin & *Lindanus* in textum ſuum recepit, ut alias multas lectiones partim bonas, partim malas. Dein vel cum *Foeſio* & *Galeno* legendum ϛρέφεται, vel dicendum variam hic in exemplaribus etiam antiquis lectionem fuiſſe. Immo fateor placere hanc lectionem prae illa *Galeni:* quippe ϛρέφεται ab ipſo exponitur per ἐνοικεῖ, quod a μένει vix differt. Συϛρέφεσθαι vero plus notat, conglomerari ſc. & in unum colligi; quod aptum ad generationem calculi exprimendam. Verterem itaque: *cum quod craſſiſſimum ac maxime turbidum eſt, ibi maneat ac colligatur.* Firmat hanc lectionem, quod paulo ante dixerat: *τὸ δὲ παχύτατον καὶ θολωδέϛατον ξυϛρέφεται καὶ συμπήγνυται:* niſi tamen & ibi ϛρέφεται legerit *Galenus.* Interim ſemel hic notare liceat Orthographiam, qua in *Hippocrate* edendo uſi ſunt; quae ubique inconſtans plane eſt. Ita hic paucis lineis interiectis vides ξυϛρέφεται & συϛρέφεται. l. 27, legitur συγκαίει. P. 294. 12. συμπήξει, ſed l. 18. ξυμπήξει P. 287. 42. ξυνίϛαται. l. vero 46, συνίϛαται. Et tamen vix dubium eſt, quin ipſe *Hippocrates* ubique

bique eandem dederit ſcripturam; unde auctor ſum, ut in ſequentibus, ſi quae futurae ſunt, Senis noſtri editionibus, vera eius manus revocetur, omnia ea per ξ ſcribendo: ita antiqui omnes, *Herodotus*, *Thucydides*, *Sophocles*, &c. ac mutanda omnia quae per σ reperiuntur. Vide etiam *Suidam* in ξύν, & ξυμπάθειαι. Millies hoc in noſtro erratum. Nec in aliis melius ipſi conſultum: aliquando edi videas σμικρὸς, aliquando μικρὸς, ut p. 282. 42. ἕως μικρὰ ἦ. ſed ibi manifeſtum eſt τὸ σ a praecedenti voce abſorptum eſſe, & reſtituendum tam hic, quam ubique σμικρὰ, ne Joniſmum noſtri in Soloeciſmum mutemus. Ita eodem hoc libro cum paſſim bene edatur πόλιες & πόλιας, tamen p. 281. 39. & p. 282. 45, male habetur πόλεων: atque eadem pagina, l. 54, πόλαι, cum procul dubio πολίων & πόλι reliquerit *Hippocrates*.

Nec non illud ab Joniſmo recedit, quod p. 643. 51, edatur ἀφηλικεςέραι, & p. 1235. F. ἀφηλικεςέρη, cum Jones eas aſpirationes in medio haud ament: hinc reſcribendum ἀπηλικεςέραι, ut *Herodotus* dicere amat, & ſic p. 288. 11, & alibi legendum ἀπικνέονται, non ἀφικνέονται. Verum ut iam indicavi ſingulis paginis plura huius generis menda reſtant, quae omnia notare taedioſum eſſet, nec adeo magnae utilitatis: in editiones autem poſthac non recipienda talia: & iamdiu eſt quod peccarint hic librarii; ut inde liquet quod *Galenus* in Exegeſi ſub litera Σ recenſeat: Συλλοχιας· Σύναγμα· Συναρθμῶται, & multa alia, quae omnia per Ξ exaranda eſſe iam monui. Nec dubito, quin plurima horum e M. S. S. reſtitui poſſint: namque in Libb. de Fractis & Articulis Codex *Mediceus* ſaepe Joniſmum *Hippocratis*, ab

aliis

aliis ſuſque deque habitum, ſervavit. Unam hic alteramve paginam examinare lubet. Lib. de Artic. p. 794, E. legitur ἀπωθεῖν: ſed corrigendum ἀπωθέειν.

Ibid. F. ὠθεῖν. L. ὠθέειν cum M. S. *Medic.*
παρωθεῖν. L. παρωθέειν. M. S. male πρωθεεῖν.
συνωφελοίη. L. ξυνωφελοίη e M. S.
G. προσεπιδεῖν. L. προσεπιδέειν e M. S.
συνειλεγμένον. L. ξυνειλιγμένον e M. S.

P. 795. A. σημεῖον. L. σημήϊον e M. S.
C. συνειλημμένον. L. ξυνειλιγμένον e M. S.
συγκάμπτοντα. L. ξυγκάμπτοντα e M. S.
συμπίπτειν. L. ξυμπίπτειν.
D. σύν. L. ξύν.

Hinc etiam Libro, qui iam prae manibus eſt, ut unicam tantum p. 285, examinem,

l. 8. γίνεται. L. γίγνεται, ut paſſim.
12. κεῖνται. L. κέονται.
14. παραῤῥεῖ. L. παραῤῥέει.
17. ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. L. ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ. & ſic etiam l. 25. reſcribendum.
28. προσκεῖνται. L. προσκέονται.
31. πολύ. L. πουλύ.
40. θέρους. L. θέρεος.
54. δεῖσθαι. L. δέεσθαι.

Sed iam nimius ſum: unde miſſum facio taedioſum hunc laborem.

Ibid. l. 45. ἧσσον γὰρ τὰς φλέβας ξυγκαίει συναυαίνει. Ultimum verbum quin eiiciendum ſit, nullus dubito; ξυγκαίει in margine quis expoſuerat συναυαίνει, unde dein in textum irrupit: niſi tamen in *Foeſii* Edit. interciderit coniunctio. *Lindanus* enim exhibet, ξυγκαίει καὶ ξυναυαίνει: ſed crediderim locum ab eo interpolatum.

P. 228. 23. *καὶ ἰσημεριναὶ νομιζόμεναι εἶναι ἀμφότεραι, μᾶλλον δὲ αἱ μετοπωριναί.* Ἰσημεριναὶ, *aequinoctia* reddunt: ſed illa Graecis dicuntur *ἰσημερίαι*, & ſic omnino reſcribendum. Ἰσημερινὸς vero *aequinoctialis* eſt.

Ib. l. 40. *καὶ τὰ ἔθνεα τῶν ἀνθρώπων ἠπιώτερα, καὶ ἐνεργότερα.* Pro ἔθνεα melius cum *Galeno* ἤθεα legetur. Sed non video quomodo mores eorundem hominum poſſint eſſe ἤπιοι & ἐνεργοὶ, hoc eſt, *mites*, & tamen *efficaces*, quae me iudice pugnant. Cum igitur quidam M. S. S. legant εὐεργότερα, non dubito quin emendandum ſit εὐοργητοτέρα. *Galen.* in Exegeſ. Εὐοργητοτέρα· εὐτροπώτερα. Ὀργαὶ γὰρ οἱ τρόποι. quae huc omnino pertinent. Vere autem notat *Galenus*, ὀργὰς eſſe *mores*, vel potius *animi affectus*, ac plus ſemel ea notione hoc libro occurrit. Ita p. 283. 3. λαμπρόφωνοί τε οἱ ἄνθρωποι, ὀργήν τε καὶ ξύνεσιν βελτίους εἰσὶν τῶν πρὸς βορέην. nec non p. 290. 34. ἀφ' ὅτων εἰκὸς τὴν ὀργὴν ἀγριοῦσθαι· *Heſych.* Ὀργὴ, τρόπος, μανία, θυμός. Idem. Εὐόργητος, ὁ τῇ ὀργῇ εὖ χρώμενος. *Suidas.* Εὐοργήτως. ἀντὶ τοῦ εὐτρόπως. ὀργὴ ὁ τρόπος παρὰ Θουκυδίδῃ. Exſtat ὀργὴ hac notione apud *Thucyd.* L. I. c. 140. Καίπερ εἰδὼς τοὺς ἀνθρώπους οὐ τῇ αὐτῇ ὀργῇ ἀναπειθομένους τε (forte τοῦ) πολεμεῖν, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ πράσσοντας Conſule ibi Scholiaſtem & praeprimis Cl. *Waſſium.* Eodem Lib. c. 122. ἐν ᾧ (πολέμῳ) ὁ μεν εὐοργήτως αὐτῷ προσομιλήσας, βεβαιότερος· ὁ δὲ ὀργισθεὶς περὶ αὐτὸν οὐκ ἐλάσσω πταίει. Ubi, quod maxime ad *Hippocratem* facit, unus Codex mendoſe εὐεργήτως habebat. Nec aliter capiendum hoc *Herod.* L. VI, c. 128. διεπειρᾶτο αὐτέων τῆς τε ἀνδραγαθίης, καὶ τῆς ὀργῆς παιδεύσιός τε καὶ τρόπου. Vide etiam *Foeſ.* Oecon. v. Ὀργᾷν, ubi e Veteri ſcholio, neſcio unde hauſto, *Alcmanis* verſum pro-

D fert.

fert. Εὐόργητος itaque eſt is, qui facilibus ac mitibus moribus eſt praeditus, quod optime convenit cum ἤπιος.

P. 290. 16. τῷ ἠέρι χρώμενοι οὐ λαμπρῷ, ἀλλὰ χνοώδει τε καὶ διερῷ. Quamvis recte *Foeſium* conieciſſe puto, *Erotianum* hic legiſſe λιβρῷ pro διερῷ, malim tamen retinere vulgatum, quod ſatis appoſitum: & potuit vicinitas τῶν ΔΙΕΡΩΙ & ΛΙΒΡΩΙ librarios fallere, vel & ipſum *Erotianum*. Magis mihi ſuſpectum χνοώδει, quod antecedit; & forte corrigendum: ἀλλ' ἀχλυώδεϊ τε καὶ διερῷ. Interpres ſane, *caliginoſo & maxime humido*, vertens, ita legiſſe videtur. *Lindanus* more ſuo ſatis audacter edidit γνοφώδει. Melius longe habet, quod paulo poſt l. 20. certiſſimam *Servini* emendationem αὔρης pro αὐτῆς in textum recepit.

Ibid. l. 40. ἔτι δὲ πρὸς τούτοισιν, τῶν τοιούτων ἀνθρώπων ἀνάγκη ἐρημοῦσθαι τὴν γῆν ὑπό τε πολεμίων καὶ ἀργίης, ὥστε καὶ εἴτις φύσει πέφυκεν ἀνδρεῖος καὶ εὔψυχος, ἀποτρέπεσθαι τὴν γνώμην ἀπὸ τῶν νόμων. Si in pluribus M. S. S. legeretur ἡμεροῦσθαι τὴν ὀργὴν, id lubens acciperem, cum *Zuingero* & *Foeſio*, ſed id forte ex coniectura tantum ortum: praeterea importuna tum eſt vox πολεμίων. Nec video cur adeo diſplicuerit hominibus eruditis vulgata lectio. Id agit *Hippocrates*, ut probet eos qui unius dominatui parent, minus eſſe ſtrenuos ac navos iis, qui in republica degunt. Hi enim quicquid efficiunt, id ſibi ipſis lucrantur: illi non niſi damna ſibi, lucra, ſi qua ſunt, dominis acquirunt. Nihil igitur mirum ſi deſides fiant hi homines, atque eo nomine ab hoſtibus contemnantur, qui pro lubitu eorum regiones infeſtant: ſed & ipſi culturam agrorum negligunt, quod non ſibi

ſed

ſed dominis merant: atque hoc eſt, quod dicit eorum terram deſolari ab hoſtibus & a deſidia. Sic igitur totum locum verto, ſenſu quantum mihi videtur, maxime idoneo. *Sed praeterea, talium hominum regionem deſertam reddi neceſſe eſt, & ab hoſtibus & a deſidia, ut adeo etſi quis natura ſit fortis & magnanimus, mens tamen eius deterreatur a Legibus:* i. e. retineatur a virtute ſua exercenda, quia domino tantum utilis eſſe poteſt, non ſibi. Verum hoc loco quin pro ἀνάγκη, ἀράβη legerit *Erotianus* vix dubito. Exponit quippe; Ἀράβη· ἡ βλάβη. Id autem vel hunc vel alium vicinum locum reſpicere liquet ex ordine quo voces refert: antecedens enim Ἄναλκες legitur eadem hac pagina, l. 38. ſequens Ἀργὰ, p. 292. 18, ut mox monſtrabo: intermedio igitur loco quaerendum τὸ Ἀράβη, quod donec certius diſcam huc refero, & puto *Erotianum* legiſſe: ἔτι δὲ πρὸς τούτοισιν τῶν τοιούτων ἀνθρώπων ἀράβη, ἐρημοῦσθαι τὴν γῆν κ. τ. λ. *Praeterea & illud damni his accedit hominibus, ut vaſtetur eorum regio &c.* ſenſu ſatis commodo: attamen vulgatum retinere malo.

P. 291. 15. παιδίοις γὰρ ἐοῦσιν ἔτι νηπίοις, αἱ μήτερες χάλκεον τετεχνημένον ἢ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ διάπυρον ποιέουσαι, πρὸς τὸν μαζὸν τιθέασι τὸν δεξιὸν, καὶ ἐπικαίεται. Pertinet ad hunc locum *Erotiani* Gloſſa. Χαλκεῖον· χαλκοῦν ἀγγεῖον ἢ ἄρμενον. Sed *Euſtachius* Χαλκίον legit, quod praefero. Emendo itaque apud *Hippocr.* αἱ μήτερες χαλκίον τετεχνημένον ἐπ' αὐτῷ τούτῳ διάπυρον ποιέουσαι: *matres inſtrumentum ad hoc ipſum paratum & igne candefactum mammae dextrae apponunt, &c.*

Ibid. l. 22. πλὴν ὅτι οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ θέρμου εἰσὶ βεβιασ-

μένοι, οἱ δὲ ἀπὸ τῦ ψυχρῦ. Malim ὑπὸ τῦ ψυχρῦ, quemadmodum ὑπὸ τῦ θερμῦ.

Ibid. l. 32. ταῦτα δὲ καὶ ϛενὰ πρὸς ὕδωρ, καὶ πρὸς χιόνα, καὶ πρὸς τὰ πνεύματα. Agit de domiciliis Scytharum in curribus conſtructis. Sed quid eſt ϛενὰ πρὸς ὕδωρ? video equidem verti, *in anguſtum coarctati adverſus aquarum iniurias:* ſed & id video ſatis abſurdum eſſe. Nihil certius, quam legendum eſſe ϛεγνὰ πρὸς ὕδωρ. Debes emendationem Viro ſummo *T. Hemſterh.* ad *Ariſtoph.* Plut. p. 369. Στεγνὸς contracte dicitur pro ϛεγανὸς, *tectus.* Sic igitur corrigenda verſio: *illa vero tecta ſunt adverſus pluvias, nives, ac ventos.* Adverbium ϛεγανῶς pro *occulte* eſt apud *Thucyd.* L. IV, C 100. ἡ δὲ πνοὴ ἰῦσα ϛεγανῶς ἐς τὸν λέβητα: ubi Scholiaſtes notat: Στεγανῶς· ταυτὸν εἰπεῖν, διὰ ϛεγανῦ σώματος: ſed pro ultimo corrigo ϛόματος.

P. 292. 17. τὰ εἴδεα αὐτῶν παχέα ἐϛὶ καὶ σαρκώδεα, καὶ ἄρθρα καὶ ὑγρὰ καὶ ἄτονα. Ineptum hic eſt τὸ ἄρθρα, nec male ἄναρθρα coniiciunt: malim tamen corrigere ἀργά: ita legiſſe *Erotianum* certum habeo; cum enim exponit: Ἀργά· ἀγύμναϛα ἢ λευκά: non alium quam hunc locum ob oculos habuit. Alii hoc forte in margine explicuerant νωθρὰ, quod dein in aliquibus Codicibus textum inſedit, vera eiecta lectione. *Lindanus* textum pro lubitu refingens edidit: καὶ [τὰ] ἄρθρα ὑγρὰ καὶ ἄτονα.

P. 295. l. 4. τὰ δὲ ὕδατα κρηναῖά τε καὶ ϛάσιμα πίνουσι καὶ ὀδώδεα. Non dubito quin a mala manu ſit ultimum hoc; ac pro ὀλώδεα irrepſerit: nihil facilius confuſione τῶν Λ & Δ. Hinc male ſcripſere ΟΔΩΔΕΑ pro ΟΛΩΔΕΑ. Huc igitur referenda *Galeni* Gloſſa, Ὀλώδεα· θολερὰ ἢ μέλανα. Nec enim vox

ὀλώ-

ὑλώδεα in vulgatis libris ullibi, quantum ſciam, legitur, unde & *Foeſius* in Oecon. locum illi aſſignare nequiit.

Ibid. l. 4. καὶ ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα τῆς γαςρὸς ἀτηρέα εἶναι καὶ σπληνός. Quidam M. S. S. πρὸς γαςρὸς, non τῆς γαςρὸς, teſte *Foeſio.* Unde reſcripſerim: καὶ ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα πρὸς γαςρὸς ἀτηρὰ εἶναι καὶ σπληνός: *neceſſe eſt has pernicioſas eſſe ventri & lieni. Heſych.* Ἀτηρὸν, βλαβερόν. Vide etiam *Suidam* in Ἀτηρότατον.

Ibid. l. 6. ὁκόσοι δὲ ὑψηλήν τε οἰκέουσι χώρην, καὶ λείην, καὶ ἀνεμώδεα. Pro λείην quidam Codices habent, teſte *Foeſio.* λισσήν: & hoc omnino reſtituendum: λεῖος enim eſt *planus*, quod pugnat cum eo quod praegreſſum eſt, ὑψηλήν: λισσὸς vero eſt *laevis, glaber*, & hinc dicitur de locis arboribus deſtitutis, montanis aeque ac campeſtribus. Dubito an non hoc vocabulum reſtituendum ſit *Lycophroni* Alex. v. 836, ubi iam legitur:

Δισσάς τε πέτρας, κέπφος αἷς προσήλατο
Δαιτὸς χατίζων.

Agit de ſcopulis, quibus Andromeda affixa fuit; ſed eos praeciſe duos fuiſſe, legiſſe haud memini: & Scholiaſtes ait tantum, παρά τινας πέτρας, numerum non definiens; hinc fere malim: Λισσάς τε πέτρας. Sed hoc ut incertum, ita certius videtur corrigendum eſſe Epigramma *Leonidae* Tarentini apud *Salmaſ.* Exerc. *Plin.* p. 765; ubi ita poeta

Εὐάγρει λαγόθηρα, καὶ εἰ πετεεινὰ διώκειν
Ἰξευτὴς ἥκεις τῇδ᾽ ὑπὸ δισσὸν ὄρος.

ubi itidem reſcribo, τῇδ᾽ ὑπὸ λισσὸν ὄρος.

 Ibid.

Ibid. l. 7. εἴη ἂν εἴδεα μεγάλα, καὶ ἑωϋτοῖς παραπλήσια, καὶ ἀνορθότερα· καὶ ἠπιώτεραι αἱ γνῶμαι. Licet aliter hic legiſſe videatur *Galenus*, dubito tamen, an non is aliquando de verbis minus ſollicitus *Hippocratis* ſenſum tantum, memoria ſubminiſtrante expreſſerit. Hic ſaltem noſtrorum librorum lectionem lubens retinuerim, dummodo mecum ἀνανδρότερα reſcribas pro ἀνορθότερα, ut intelligatur habitus corporis imbecillior, mollior, minus maſculus, quod *Galenus* per ἀνανδρότεραι expreſſit, ſed ad ſequentia refert.

Ibid. l. 11. καὶ τὰ ἤθη καὶ τὰς ὀργὰς αὐθάδεις τὲ καὶ ἰδιογνώμονας. Ex *Galeno* corrige αὐθαδέας, unde iterum liquet Joniſmi neglectum librariis adſcribendum, quem ipſe noſter religioſe ubique ſervaverat. Sed quod *Foëſ.* notat *Galenum* pro ὀργὰς legiſſe ὁρμὰς, non putem: Verum & apud *Galenum* ὀργὰς emendo. Vide quae ſupra ex eo notavi ad p. 288. 40. Ὀργὴ autem & ὁρμὴ ſaepe a Librariis confuſa ſunt. Apud *Thucyd.* L. III. c. 82. Ubi legitur: ὁ δὲ πόλεμος .... καὶ πρὸς τὰ παρόντα τὰς ὀργὰς τῶν πολλῶν ὁμοιοῖ: male unus & alter M. S. ὁρμὰς exhibent. Contra vero L. v. c. 70. ubi habetur: Ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ ξύμμαχοι, ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωρῦντες, Λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως: nullus dubito reſcribere ὁρμῇ χωρῦντες, quod confirmant Codices nonnulli *A. Gellii* notante *Hudſono.* Praeſentem itaque locum ita dederat *Hippocrates:* καὶ τὰ ἤθεα καὶ τὰς ὀργὰς αὐθάδεάς τε καὶ ἰδιογνώμονας: quae verba etiam paulo poſt repetuntur.

C A-

CAPUT VII.

Hippocrates aliquoties emendatus & illuſtratus. Ὀπήτιον. *Erotiani Gloſſae locus adſignatur.* Πόνος καταιγίζων. Ἀχλυώδεες ὀφθαλμοί. *Cancri* ἀκρόπλοοι. Κύλα *de cavitatibus ſub oculis, &* κυλοιδιᾷν. Γάγγλια. *De veterum, potum in pulmones delabi credentium opinione nonnulla.* Φάρυγγος *&* Λάρυγγος *differentia.* Ἀχρεῖα.

PErgam nonnulla *Hippocratis* loca, hinc inde prout ceciderit decerpta, examini ſubiicere.

Epidem. L. v, p. 1153. D. infortunium ſutoris cuiusdam his verbis narrare incipit: Ὁ σκυτεὺς κάσσυμα κεντῶν ὁ ἐπὶ τῷ πιτύῳ, ἐκέντησεν αὐτὸν ἐπάνω τοῦ γόνατος ἐς τὸν μηρὸν, καὶ ἔβαψεν ὡς δάκτυλον. Teſtatur *Foeſius* M. S. S. nonnulla pro ἐπὶ τῷ πιτύῳ exhibere ἐν τῷ ὀπιτίῳ. Ipſe hic haeſiſſe videtur, & ad oppidum Pityuntem confugit, quaſi hic ſignaretur locus, quem ſutor ille incolebat. Sed vero propior eſt lectio Manuſcriptorum, (quam in ſuis reperit quoque *Servinus*;) ea enim paululum adiuta, dabit: Ὁ σκυτεὺς κάσσυμα κεντῶν, τῷ ὀπητίῳ ἐκέντησεν αὐτὸν ἐπάνω τοῦ γόνατος ἐς τὸν μηρὸν, καὶ ἔβαψεν ὡς δάκτυλον. *Subula* ſc. qua ſutores in perforando corio utuntur Graecis ὀπήτιον dicitur. Ita enim diſertis verbis *Suidas:* Ὀπήτιον· τὸ σουβλίον τὸ τὰς ὀπὰς ἐμποιοῦν. Quippe σουβλίον eſt diminutivum a σοῦβλα ſeu *ſubula*, per quam vocem in Gloſſis Graeco-Latinis exponitur. Extat ὀπήτιον quoque apud *Polluc.* L. x, ſ. 83, ubi vide Cel. *Hemſterhuiſ.* nec non L. vii, ſ. 83, ubi

recte ὀπήτια corrigunt docti pro ὀπήτεια. Affine eſt τὸ ὄπεας, quo de *Hemſterh*. l. c. utrumque autem deſcendit ab ὀπὴ, *foramen*; ut *Suidas* quoque verbis ſupra adductis docet. Vertendus igitur erit locus *Hippocratis: Sutor ſoleam perforans, ſubula ſe ipſe pupugit in femore ſupra genu, & usque ad digiti altitudinem eam immerſit.*

Eodem Lib. p. 1155. F. ſequens narratur hiſtoria: Ὁ Ἐνιήτης ἐν Δήλῳ ἀκοντίῳ πληγεὶς ὄπισθεν τȣ͂ πλευρȣ͂ κατὰ τὸ ἀριςερὸν μέρος, τὸ μὲν ἕλκος ἄπονος. τρίτῃ δὲ γαςρὸς ὀδύνη δεινή. ȣ̓χ ὑπεχώρεε. κλυσθέντι δὲ κόπρος ἐς νύκτα. ȣ̓ κόπος διαλιπών. ἕδρη εἰς τȣ̀ς ὄρχιας. τετάρτῃ καὶ ἥβην καὶ κοιλίην πόνος κατεῖχε. ζῶν ἀτρεμέειν οὐκ ἠδύνατο. χολώδεα ἤμεσε κατακορέα. ὀφθαλμοὶ, οἷοι τῶν λιποθυμεόντων. μετὰ τὰς πέντε δὲ ἐτελεύτησε. θέρμη λεπτή τις παρῆν. Repetuntur haec, ſed lectione aliquoties diverſa, L. VII. p. 1218. B. unde primo pro Ἐνιήτης legendum Αἰνιήτης, ut recte ibi edidit *Foeſius*, quamvis teſtetur libros habere Γενιήτης. Eſt autem Αἰνιήτης, Jonice pro Αἰνιάτης, quod *Galen*. in Exegeſi agnoſcit, neglecto Auctoris Dialecto. Paulo poſt ibi legitur ἐς τȣ͂πισθεν τȣ͂ πλευρȣ͂, & dein τὸ μὲν ἕλκος ἄπονον; quod praefero. Sed maioris momenti eſt, quod pro ὀδύνη δεινὴ Lib. VII legatur ὀδύνη σμικρή: ubi haereo plane, nec quid eligendum ſit, pro certo affirmaverim. Puto tamen verius eſſe τὸ δεινή; cum enim ex progreſſu hiſtoriae liqueat, hominem brevi vehementiae mali ſuccubuiſſe, graviſſima quoque fuiſſe omnia ſymptomata coniicere licet. Poſt ex L. VII legere malim κλυσθέντι δὲ ἐς νύκτα. κόπρος ἦν. At illud quod ſequitur, καὶ ὁ πόνος διέλιπεν, pugnat rurſus cum iis quae L. V leguntur, ȣ̓ κόπος διαλιπών: unde refingendum videtur, ὁ κό-

κόπος διαλιπὼν, vel ſi mavis διέλιπεν. Sed oculos maxime feriunt ea quae ſequuntur: ἕδρη εἰς τὰς ὄρχιας. pro quibus L. VII habetur, ἕδρη ἔξω ἐς τὰς ὄρχιας. Peſſime hoc aliqui vertunt: *ſedes extra in ſcrotum prolapſa eſt:* quod an unquam factum ſit, vel fieri poſſit, ipſi viderint. Notat autem *Foeſ.* p. 1156, & in Oeconom. v. Ὄσχεον, veterum exemplarium lectionem ibi eſſe, ἐς τὰς ὄσχιας. Ὄρχιας igitur ab ipſius interpolatione eſt: ſed debuerat omnino reſcribere τὰς ὄρχιας, ut L. v. Ego vero dubito, an non aliud quid lateat, & reſcribendum ſit, ἕδρη ἔξω ἐς τὰς ὀσφύας. Sic vero legendo ἕδρη erit intelligendum non de ano, eiusque prolapſu, ſed de ſede doloris, ſe maxime in lumbis figente: quod probabile admodum propter viciniam vulneris. Sequitur dein: τετάρτη καὶ ἥβην καὶ κοιλίην πόνος κατεῖχε ζῶν ἀτρεμέειν οὐκ ἠδύνατο, ſed legendum certiſſime e L. VII. τετάρτη καὶ ἐς ἥβην καὶ κοιλίην πόνος καταιγίζων. ἀτρεμέειν οὐκ ἠδύνατο. Vox ſc. καταιγίζων librariis ignota, in κατεῖχε ζῶν abiit; quod vidit *Lindanus*, & in textu repoſuit veram lectionem, melius profecto, quam quod antecedentia ſic refingit: ἕδρη [ἔξιεν] ἐς τὰς ὄρχιας τετάρτη. Ceterum ad binos hos locos referri poteſt *Erotiani* Gloſſa: Πόνος καταιγίζων· ἀντὶ τοῦ σφοδρῶς ἐμπίπτων. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς Καταιγίδος, ἥτις ἐστὶ βιαία καὶ αἰφνίδιος ἀνέμου ἔμπτωσις. Pertinet autem revera ad Lib. v, ut liquet ex vocabulis quae ſequuntur apud *Erotianum*, Πτοιώδεσι, quod legitur Epidem. L. VI, p. 1170. E. Πόνοι, quod habetur Ibid. p. 1190. B. & Περιμάδαρα ἕλκεα, quod pertinet ad eundem Lib. p. 1199. C. Cum igitur Πόνος καταιγίζων haecce praecedat, liquet *Erotianum* id Lib. v reperiſſe. Vide quae Obſerv. Cap. I dixi. Denique

L. VII legitur: χολώδεες ὀφθαλμοὶ, καὶ οἷοι τῶν λιποθυμεόντων: ubi prior vox certiſſime corrupta eſt, & hinc forte Lib. V excidit. Notat *Foeſ.* meliores libros habere χλοώδεες, quod tamen nec ipſum probaverim; corrigendum puto: ἀχλυώδεες οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ οἷοι τῶν λιποθυμεόντων: quippe ἄχλυς notat *caliginem oculis offuſam:* hinc ἀχλυώδεις ὀφθαλμοὶ ſunt *oculi tenebricoſi*, ac naturali ſuo vigore ac ſplendore orbati. Vide *Erot.* in Ἀχλυῶδες, & *Foeſ.* Oecon. in Ἄχλυς. Facile vero ἀχλυώδεες in χλοώδεες abire potuit, detrita prima litera, ob α antecedentis vocis finale. Donec igitur certiora diſcam, totum locum ita conceperim: Ὁ Αἰνιήτης ἐν Δήλῳ ἀκοντίῳ πληγεὶς ἐς τοὔπισθεν τῆ πλευρῆ κατὰ τὸ ἀριςερὸν μέρος. τὸ μὲν ἕλκος ἄπονον. τρίτῃ δὲ γαςρὸς ὀδύνη δεινή. οὐχ ὑπεχώρεε. κλυσθέντι δὲ ἐς νύκτα, κόπρος. ὁ κόπος διέλιπεν. ἕδρῃ ἐς τὰς ὀσφύας. τετάρτῃ καὶ ἐς ἥβην καὶ κοιλίην πόνος καταιγίζων. ἀτρεμέειν οὐκ ἠδύνατο. χολώδεα ἤμεε κατακορέα. ἀχλυώδεες οἱ ὀφθαλμοὶ, οἷοι τῶν λιποθυμεόντων. μετὰ τὰς πέντε δὲ ἐτελεύτησε. θέρμη λεπτή τις παρῆν.

Praedict. L. II, p. 95. E. Τοῖσι δὲ γέρεσι τῶν μὲν τοιετοτρόπων φυμάτων, ἐδὲν ἐπιγίνεται. οἱ δὲ καρκῖνοι οἱ κρυπτοὶ καὶ οἱ ἀκρόπαθοι γίνονται. Cancros in binas dividit claſſes, κρυπτὲς ſc. quod eadem hac pag. explicatur per ὑποβρυχίες, *altius demerſos:* & ἀκροπάθες, qui igitur, cum prioribus opponantur, ſunt cancri exteriora magis obtinentes. Sed ſuſpecti admodum ſunt Cancri illi ἀκρόπαθοι; illa enim vox Graeca vix videtur, nec uſquam (quantum ſcio,) occurrit, niſi ſemel adhuc Lib. de Superfoet. p. 263. 49. ſed qui locus nec ipſe citra vitii ſuſpicionem eſt, cum ibi M. S. S. legant ἀκρόπλοος: atque id omnino tam hic quam illic reponendum. Lege itaque: οἱ

δὲ

δὲ καρκῖνοι οἱ κρυπτοὶ καὶ οἱ ἀκρόπλοοι γίνονται. Ita legit proculdubio *Galenus*, qui in Exegeſ. ait. Ἀκρόπλοα· τὰ ἐπιπολαίως, οἷον ἐπ᾽ ἄκρου ἐμπλέοντα. οὕτως δὲ καὶ οἱ ἀκρόπλοοι. Duplicem ibi, ut vides, locum notat, in quorum altero legitur ἀκρόπλοα, in altero vero ἀκρόπλοοι. priorem iam indicavit *Foeſius* in Oecon. exſtat nempe Lib. I de Morb. p. 351. 38. poſterior non diverſus eſt ab eo, quem hic tractamus. Fraudi vero fuit librariis ſimilis plane literarum ductus in ΑΚΡΟΠΛΟΟΣ & ΑΚΡΟΠΑΘΟΣ.

Epidem. L. VII, p. 1211. C. καὶ τὰ κύκλα τῶν ὀφθαλμῶν ἐπᾴδει. Probat τὰ κύκλα *Foeſius* in Oecon. & dicit κύκλα Jonice eſſe pro κύκλους: verum hoc eſſe lubens concedo: namque Scholiaſtes *Apollon. Rhod.* ad Lib. III. v. 137. notat: Ἰωνικῶς δὲ τὰ κύκλα ἀντὶ τοὺς κύκλους. ὡς λύχνα καὶ δίφρα. Et plurima talia reperiuntur apud *Homerum*, *Nicandrum* aliosque. Sed deſidero aliquem, qui κύκλα τῶν ὀφθαλμῶν dixerit: hunc donec repererim emendare liceat τὰ κύλα τῶν ὀφθαλμῶν. Κύλα vel ut ſaepius apud *Hippocr.* legitur κοῖλα, ſunt cavitates ſub oculis. *Heſych.* Κύλα· τὰ ὑποκάτω τῶν βλεφάρων κοιλώματα, τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς μῆλα, τὰ ὑπώπια. Hinc κυλοιδιᾷν, quaſi τὰ κύλα οἰδεῖν, dicitur is, cui tument illae partes. Conſule omnino *Foeſ.* Oecon. v. Κοῖλα. & Commentatores ad *Polluc.* L. II, ſ. 66. ubi *Jungermannus* obſervat. M. S. pro κύλον, habuiſſe κύκλον, eodem errore, quem in *Hippocratis* loco commiſerunt. Unicum tantum locum adiicio e Lib. II de Morb. Mul. p. 642. 49. καὶ τὰ κοῖλα τῶν ὀφθαλμῶν ἐπανοιδέει; quae emendationem noſtram haud parum firmant; ſed & ibi malim κύλα reſcribere: ac parum abeſt, quin id ubique pro κοῖλα ſubſtituendum putem, ubi de oculis ſermo eſt.

Epi-

Epidem. L. II, p. 1002. c. *ἄταρ καὶ τὰ ὑπὸ δέρμα ἀφιςάμενα ἐς τὸ ἔξω φύματα, οἷον ταγγαὶ, καὶ τὰ ἐκπυοῦντα, ἢ ἕλκος, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐξανθήματα, ἢ λόποι, καὶ μάδισις τριχῶν, ἀλφοὶ, λέπραι, ἢ τὰ τοιαῦτα, ὅσα ἀποςάσιες μέν εἰσιν ἀθρόως ῥεύσασαι, καὶ μὴ ἡμιῤῥόπως, καὶ ὅσα ἄλλα εἴρηται.* Satis mihi moleſtiae creavit inuſitatum plane vocabulum *ταγγαί*: namque ea quae *Foeſius* huc attulit, nihil ad rem faciunt. Ait quidem eſſe vocem raram, qualis *φῆρεα* & *γογγρῶναι*: ſed cum utramque explicaverit *Galenus* in Exegeſi & alibi, vix credo eum omiſſurum fuiſſe inſolitum hoc vocabulum. Dum igitur alii certiora proferant, mihi coniectura locum tentare liceat: puto ſc. primum elementum a fine evanuiſſe, quo repoſito, ΤΑΓΓΑΙΑ proveniet; unde iisdem ſervatis ductibus emendo ΓΑΓΓΛΙΑ: atque hoc ab *Hippocrate* profectum eſſe, mihi equidem valde probabile videtur: longe melius ſaltem loco praeſenti convenit, quam monſtroſum illud *ταγγαί.* *Γάγγλια* ſunt tubercula circa nervos ſubter cutem oriri ſolita. Vide *Foeſ.* Oecon. & *Polluc.* L. IV, ſ. 197. *Γάγγλιον, ἀπόςημα ἄπονον, ὑπὸ λευκῷ καὶ νευρώδει χιτῶνι. ἔνεςι δ' αὐτῷ ὑγρὸν ἀθηρῶδες, ἢ τριχία, ἢ ἑλμίνθια.* Ita enim legendum cum *Jungermanno.* Hinc talia tubercula *γαγγλιώδεα* vocat Hippocr. L. de Artic. p. 806. A. Ceterum illa, quae ſequuntur, *ὅσα ἀποςάσιες μέν εἰσιν ἀθρόως ῥεύσασαι καὶ μὴ ἡμιῤῥόπως*, ea & ipſa mihi ſuſpecta ſunt, nec dubito quin mendum foveant. Opponuntur hic *ἀποςάσιες ἀθρόως ῥεύσασαι*, *abſceſſus repentino fluxu formati, & cum impetu:* atque *ἀποςάσιες ἡμιῤῥόπως ῥεύσασαι*, qui igitur debent eſſe *abſceſſus lente ac pedetentim generati:* verum id non exprimit *ἡμιῤῥόπως*, quod vertunt, *dimidiato & ſemi-*

mirepente confluxu. Tentaveram legere ὁμοῤῥόπως, *continuo atque aequali impetu*; quod necdum diſplicet: verum aliorum eſto iudicium.

Lib. de Cord. p. 268. 26. πίνει γὰρ ἄνθρωπος τὸ μὲν πολλὸν, ἐς νηδύν: ὁ γὰρ ϛόμαχος ὁκοῖον χῶνος, καὶ ἐκδέχεται τὸ πλῆθος, καὶ ἄσσα προσαιρούμεθα. πίνει δὲ καὶ ἐς Φάρυγγα· τιτθὸν δὲ οἷον καὶ ὁκόσον ἂν λάθοι διὰ ῥύμης ἐσρυέν. Veteres plerique opinabantur ex alimentis quae homo aſſumit, cibum in ventriculum delabi, potum vero in pulmones: ſufficiet unum produxiſſe *Alcaei* verſum adductum tum ab aliis, tum ab *Athen.* L. IX, c. 8. p. 430.

Τέγγε πλεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄϛρον περιτέλλεται.

Plura hac de re vide apud eos quos citat *Foeſ.* in Notis ad hunc locum, *Macrobium* inprimis Saturn. L. VII, c. 15. Auctor autem huius libelli de Corde, id falſum eſſe probe vidit, & paulo poſt experimento demonſtrat: ne tamen nimis a vulgi opinione recederet, concedit aliquam tamen, licet minimam potus portionem in pulmones deferri. Sed locus non ſemel a librariis male habitus eſt. Pro χῶνος vocabulo nihili, recepi *Foeſii* emendationem χῶνος. Sequitur paulo poſt: πίνει δὲ καὶ ἐς Φάρυγγα: quod verum eſſe nequit; Φάρυγξ eſt caput oeſophagi, quem ϛόμαχον vocat hic auctor: & qui ad ventriculum ducit. Cum vero ante dixerit, maximam potus partem in ventriculum pervenire, quomodo hic tanquam diverſum ſubiicere poteſt, πίνει δὲ καὶ ἐς Φάρυγγα? Recte igitur putem *Lindanum* λάρυγγα edidiſſe pro Φάρυγγα. Λάρυγξ nempe dicitur caput aſperae arteriae ad pulmones tendentis. Ultima quoque peſſime corrupta; pro ῥύμης *Foeſius* optime

time ῥωγμῆς legebat: unde iam haec ita reſcripſerim: κίνει δὲ καὶ ἐς λάρυγγα, τυτθὸν δε, οἷον καὶ ὁκόσον ἂν λάθοι διὰ ῥωγμῆς ἐσρυέν. Facile τιτθὸν naſci potuit e τυτθὸν, quod notat *minutum quid*, & *minimum*. Senſus itaque totius loci erit ſequens. *Demittit enim homo potum maximam partem in ventriculum: ſtomachus enim eſt inſtar infundibuli, atque excipit pleraque omnium eorum, quae aſſumimus. Demittit tamen & potus [aliquantum] in laryngem, ſed perparum; tale nempe tantumque, ac latenter per rimam delabipoteſt.*

De Vict. L. III, p. 372. 28. πόνος δὲ ὐδεὶς ἐν τῷ σώματι Φανερός. ἀχροία δὲ αὐτῷ ἔνεςι. Parum huic loco conveniens videtur τὸ ἀχροία, pro quo M. S. S. Regii exhibent ἀχρίη: utramque lectionem comparans, emendandum puto ἀχρεῖα, quod notat gravitatem quandam, ac laſſitudinem ſpontaneam; ut omne corpus ſit quaſi iners pondus, atque omni labori ineptum. Sic Lib. de intern. Aff. p. 553. 11. Καὶ ἀπὸ τῦ βάρεος ἀσθενείη. καὶ ἀκρησίη τῶν σκελέων καὶ τῶν χειρῶν. ἀχρεῖα γὰρ μάλιςα γίνεται οἱ. Verte igitur: *dolor quidem nullus manifeſtus in corpore: ſed inertia quaedam ipſi ineſt.* Videſis *Foeſii* Oeconom. v. Ἀχρεῖον, & Ἀκρασίαι, quippe hoc idem fere notat ac Ἀχρεῖα, ut ex loco mox adducto, & aliis pluribus apud *Foeſium* patet.

CA-

CAPUT VIII.

Philoſtratus aliquoties correctus. Γίγγαι gens Africae. Ὠκεανὸς de mari externo dici. Γεγωνεῖν. Apollonii Sophiſtae Lexicon correctum. Aliud Lexicon Bibliothecae Coiſlinianae leviter emendatum. Philoſtratus tentatus. Roſae ex Adonidis ſanguine ortae. Philoſtratus ex Homero illuſtratur. Δῖον promontorium Cretae.

PHiloſtrato operam hanc inſumere decrevi. Is in vita *Apollon.* Thyan. L. v, c. I fretum Herculis deſcribens, atque montes ab eo columnas Herculeas vocatas, ait: καὶ τὴν μὲν τῆς Λιβύης ἄκραν, ὄνομα δὲ αὐτῇ Ἄβιννα, λέοντες ὑπερνέμονται, περὶ τὰς ὀφρῦς τῶν ὀρῶν, ἃ εἴσω ὑπερφαίνεται, ξυνάπτουσαν πρὸς Γαιτούλους καὶ Τίγγας, ἄμφω θηριώδη καὶ Λιβυκὰ ἔθνη. παρατείνει δὲ ἐσπλέοντι τὸν Ὠκεανὸν μέχρι μὲν τῶν ἐκβολῶν τοῦ Σάληκος, ἐννακόσια ςάδια. Vox ξυνάπτουσαν in hac oratione nihil habet, quorſum referatur, niſi ad τῆς Λιβύης ἄκραν: ſed vero, quo modo promontorium Abinna in mediterraneam ad Gaetulos pertinere poteſt? hoc dum diſcam, emendabo ξυνάπτοντα, ut ad ὄρη pertineat. Ulterius vero legendum eſt, ξυνάπτοντα πρὸς Γαιτούλους καὶ Γίγγας. Namque Gingae non Tingae ſunt gens Africae. Ab *Agathemero* L. II. c. 5, inter gentes occidentales Afras numerantur, Δαρμῖναι, Μελανογαιτοῦλοι, Γίγγοι, Νιγρῖται. Iidem ſane ſunt Γίγγοι & Γίγγαι: verum id miror, apud *Ptolemaeum* nullibi reperiri hanc gentem, cum tamen *Agathemerus* totum quod adduxi, caput, e *Ptolemaei* Geographia

phia concinnaverit: nec dubito quin lateant alicubi, a librariis aliud nomen aſſumere iuſſi. Ceterum fluvius quem *Philoſtratus* hic Σάληκα vocat, non diverſus videtur ab eo, qui *Sala* dicitur *Plin.* L. v, c. I, *Melae* L. III c. 10, & *Ptol.* L. IV, c. I, quod poſtea obſervatum etiam vidi à *Weſſeling.* ad *Anton.* p. 7. Liquet igitur falli Cl. *Olearium*, cum per Ὠκεανὸν intelligit *mare mediterraneum:* nam verba ἐσπλέοντι τὸν Ὠκεανὸν μέχρι τῦ Σάληκος, clare oſtendunt hic mare exterius innui: & plane dubito, an unquam quis niſi poeta mare interius Ὠκεανὸν dixerit. Infert quidem vir doctiſſimus in praecedentibus Oceanum opponi τοῖς ἔξω πελάγεσι, ſpectans ſc. verba, noſtrum, quem tractamus, locum praecedentia, τὸν Ὠκεανὸν ἐς τὰ ἔξω πελάγη φέρουσι: ſed certum habeo mendam iis inoleviſſe, quam ſuſtuleris legendo εἰς τὰ ἔσω πελάγη, ſic enim plana erunt omnia. immo L. VI, c. I, clare exterius mare Ὠκεανὸν vocat.

L. v, c. 9. de hiſtrione agit, quem Hiſpani ob novitatem rei non ſine metu videbant; tum adiungit: ἐπεὶ δὲ ἐξάρας τὴν φωνὴν, καὶ κεχανὼς ἐφθέγξατο, φυγῇ οἱ πλεῖστοι ᾤχοντο. Ita iam legimus ex coniectura Cl. *Olearii*, cum antea ederetur γεγονὼς non κεχανώς: at mallem ſane virum doctiſſimum a textu abſtinuiſſe, namque vulgata lectio levi correctione dabit verum γεγωνώς. Γεγωνεῖν enim & γεγωνίσκειν notat *alta & clara voce eloqui* vel *clamare.* Heſych. Γεγωνώς· μεγαλόφωνος: plura hinc inflexa vide apud eundem. Utitur hoc verbo *Pindar.* Pyth. Od. IX, v. I.

Ἐθέλω χαλκάσπιδα Πυθιονίκαν
Σὺν βαθυζώνοισιν ἀγγέλλων Τελεσι-
κράτη Χαρίτεσσι γεγωνεῖν,

Olymp.

Olymp. Od. III, v. 17

Ἅ τε Πίσα με γεγωνεῖν, τᾶς ἀπὸ
Θεύμοροι νίσσοντ᾽ ἐπ᾽ ἀνθρώπϑς ἀοιδαί.

Nec non Od. II, v. 8

Θήρωνα δὲ τετρaορίας
Ἕνεκα νικαφόρϑ
Γεγωνητέον ὀπί.

Homer. Il. Θ, v. 227

Ἤϋσεν δὲ διαπρυσίον, Δαναοῖσι γεγωνώς.

Vide & Epigramma *Cteſibii* apud *Athen*. L. XI, quod emendat *Salmaſ.* in Exerc. *Plin.* p.m. 449: ac *Philoſtr.* Heroic. c. II, § 2, & *Dionyſ.* Perieg. v. 249. Atque ut plures iam omittam habent eam vocem *Moeris* quoque Atticiſta, & *Apollonius* in Lexico Homerico apud *Montfauc.* Biblioth. *Coiſl.* p. 458. Γέγωνε, *ἐφώνει. ἐνίοτε δὲ τάσσει τὴν λέξιν ἐπὶ τϑ͂ μεγάλου καὶ δυναμένϑ μέχρι πολλϑ͂ ἐξακούεσθαι. τόσσον γὰρ ἔην βώσαντι γεγωνεῖν.* quod Hemiſtichium eſt ex Iliad. M. v. 337, ubi tamen editur: *ἀλλ᾽ ὕπως οἱ ἔην βώσαντι γεγωνεῖν.* Unde emendandum puto *Apollonium*. In alio Lexico apud eundem p. 470 legitur: Γεγωνὸν, *ἐξάκϑςον βοῆσαι*: ſed legendum Γεγωνεῖν.

In Vit. Sophiſt. L. II, c. 12, adducitur fragmentum *Pollucis* de Proteo ubi inter alia haec habentur: *καὶ ἐς λέοντα θυμϑ͂ται, καὶ ἐς σῦν ὁρμᾷ, καὶ ἐς δράκοντα χωρεῖ, καὶ ἐς πάρδαλιν ἄττει.* Vocem *χωρεῖ* e M. S. reſtituit *Olearius*, quae e prioribus editionibus exciderat; an tamen ita reliquerit *Pollux* perquam dubito: reliquis enim animalibus adiungitur actio na-

turae ipſorum propria, atque id in dracone quoque obſervaverat proculdubio. Sed vero illud χωρεῖ plane humi ſerpit, nec draconi magis, quam cuicunque alii animali convenit. Conieci legendum forſan, καὶ ἐς δράκοντα χορεύει, *atque in draconem [verſus] ſaltat*. Cum enim dracones alatos & velociſſimos deſcripſerint veterum aliqui, verbum χορεύειν hic non male convenire videtur. Sed quidquid ſit de hac conieſtura, non omittendum *Pollucem* haec expreſſiſſe ex *Homer*. Odyſſ. Δ. 567. ubi ſic Poeta de Proteo:

Ἀλλ' ἤτοι πρώτιςα λέων γένετ' ἠϋγένειος,
Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς·
Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.

Apud *Philoſtr*. Junior. Icon. XI. initio, de Argo navi dicitur: Ἡ δὲ ἐκπταίσασα τῷ ποταμῷ ναῦς ὑπὸ πολλῷ τῷ ῥοθίῳ τῆς εἰρεσίας. Ita iam vulgatur, antea erat ἐκπταίσασα τῷ ποτῷ; & bene quidem ποτῷ mutarunt in ποταμῷ: ſed minus bene, meo quidem iudicio, dicitur ναῦς ἐκπταίειν cum flumen enavigat: ἐκπταίειν potius dici poſſet navis, quae a propoſito curſu aberrat. Puto igitur emendandum potius ἐκπλέυσα τῷ ποταμῷ, vel quod malim, τοῦ ποταμοῦ.

Inter Epiſtolas *Philoſtrati*, illa quae eſt numero XXVII roſarum encomium continet; ubi inter alia haec verba occurrunt. Ὑάκινθος μὲν οὖν λευκῷ μειρακίῳ, πρέπει δὲ Νάρκισος μέλανι, ὡς καὶ μειράκιον τὸ πάλαι ἦν ἄνθος, ῥοδὸν δὲ πᾶσιν καὶ Φάρμακον καὶ μύρον. Sic iam edi videmus, cum antea eſſet. Νάρκισος μέλανι, ῥόδον δὲ πᾶσιν, ὡς καὶ μειράκιον παλαιὸν, καὶ ἄνθος, καὶ Φάρμακον καὶ μύρον. Cauſa cur ea mutaverit Vir doctiſſimus, videtur praecipue, quod putaverit roſae

non

non convenire *μειράκιον παλαιόν*: contra vero de Narciſſo notae ſunt poetarum fabulae. Sed vero & aliqui veterum roſas ex Adonidis ſanguine effuſo natas perhibent. Inter hos ſane eſt *Bion* ita ſcribens Idyll. I. v. 63.

Αἶ αἶ τὰν Κυθέρειαν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις·
Δάκρυον ἁ Παφίη τόσον ἐκχέει, ὅσσον Ἄδωνις
Αἷμα χέει. τὰ δὲ πάντα ποτὶ χθονὶ γίγνεται ἄνθη,
Αἷμα ῥόδον τίκτει, τὰ δὲ δάκρυα τὰν ἀνεμώναν.

Nec alia fuit *Philoſtrato* mens: huc namque certiſſime reſpicit, cum infra Epiſt. XXIX, roſas vocat *Ἀδώνιδος ὑπομνήματα*, *Adonidis monumenta*: hinc etiam ſatis recte roſa dici poteſt olim iuvenis fuiſſe, nec opus erit *Philoſtrati* verba tam violenter tranſponere: legendum puto: *Ὑάκινθος μὲν οὖν λευκῷ μειρακίῳ πρέπει, Νάρκισσος μέλανι, ῥόδον δὲ πᾶσιν, ὡς καὶ μειράκιον τὸ πάλαι, καὶ ἄνθος, καὶ φάρμακον, καὶ μύρον. Hyacinthus quidem candidum puerum decet, Narciſſus nigrum: roſa vero omnes, ut ſcilicet puer olim, & flos, & medicamen & unguentum.* Poſſet quoque legi: *ὡς καὶ μειράκιον πάλαι ὄν.*

Heroicorum c. II, § 9. *ὅτε δὴ ὁ Αἴας λέγεται, ταῖς ἀγέλαις ἐμπεσὼν, διαφορῆσαι σφᾶς, οἷον κτείνων τοὺς Ἀχαιούς.* Verbum *διαφορῆσαι* non admodum huic loco convenit: nec enim diſſipavit tantum pecudes Aiax, ſed occidit, ut ſequentia monſtrant: *οἷον κτείνων τοὺς Ἀχαιούς.* Quid ſi unica literula adiecta *διαφθορῆσαι* legatur? a verbo Jonico *διαφθορέω* pro *διαφθείρω.* Firmant hanc coniecturam ea quae praecedunt: *Φθορὰς δὲ, ὁπόσαι περὶ τὰς ἀγέλας γίγνονται, πάσας ἐξ Αἴαντος ἥκειν φασίν.*

 In

In Vita Apollon. L. IV, c. 34, de Lebenaeo Aeſculapii templo ait: *Καὶ γὰρ τέτραπται πρὸς Λιβυκὸν πέλαγος, κατὰ γοῦν τὴν Φαιςὸν, ἔνθα τὴν πολλὴν ἀνείργει θάλατταν ὁ μικρὸς λίθος.* Obſcurum mihi diu viſum fuit, quiſnam eſſet hic *μικρὸς λίθος*; notat equidem *Olearius* ita vocari ipſum promontorium, parvum ſi cum aquis circumfuſis comparetur, ſed vel ſic obſcurum manebat; donec inciderem in verba *Homer.* Odyſſ. Γ, v. 295.

Ἔνθα νότος μέγα κῦμα ποτὶ σκαιὸν ῥίον ὠθεῖ,
Ἐς Φαιςόν· μικρὸς δὲ λίθος μέγα κῦμ' ἀποέργει.

Hunc locum expreſſit *Philoſtratus*, & malim fere *ἀπείργει* apud eum reponere pro *ἀνείργει*: ſaepe enim loca *Homeri* ipſis verbis ſervatis orationi ſuae immiſcet: Liquet tamen hinc veram eſſe Cl. *Olearii* expoſitionem, & reſpici promontorium, quod *Homerus* priori verſu *σκαιὸν ῥίον* vocat. Explicat *Heſychius*. *Σκαιέριον, χαλεπόν, ἀκρωτήριον*; ſed legendum, ut optime Cel. *Valkenarius* in Obſerv. Miſcell. Vol. VIII, p. 272, emendavit, *Σκαιὸν ῥίον· χαλεπὸν ἀκρωτήριον.* quod vero de hoc promontorio poſt addit *Philoſtratus*, id leonis ſpeciem praeferre, patet illud eſſe, quod *Ptolem.* L. III, c. 17, *Λέων ἄκρα* dicitur Mataliam inter & Lebenam, adeoque falli *Olearium*, cum ait aliis *κριῦ μέτωπον* vocari hoc promontorium: *Ptolemaeo* enim *κριῦ μέτωπον* in occidentali inſulae latere recenſetur, *Λέων* in auſtrali, magno a ſe invicem intervallo. Huius autem meminit etiam *Philoſtr.* in Fragm. p. 913, ubi agit de montibus a natura ad animalium ſimilitudinem formatis: *οἷον τῆς αὐτῆς ὁ ἐν Λήμνῳ Δράκων, καὶ ὁ ἐν Κρήτῃ Λέων, καὶ ἡ Βόκρανος ἡ πρὸς Χίῳ.*

CAPUT IX.

Manilius aliquoties vel emendatur, vel defenditur. Jugere *de tibiarum ſono. Poetarum loca ob idem vocabulum parvo intervallo repetitum non facile mutanda eſſe.* Dotes ſaltus *pro arte ſaltandi.* Thracia & brachia *a librariis confuſa. Indiam cancro ſubiectam eſſe, non geminis.*

EX illis, quae ad *Manilium* obſervavi, paucula hic proponam. Poeta hic L. IV. v. 152, ſeqq. de iis, qui ſub geminis oriuntur ita canit in editione *Bentleii.*

Mollius e geminis ſtudium eſt, & mitior aetas;
Per varios cantus, modulataque vocibus ora,
Et graciles calamos, & nervis inſita verba,
Ingenitumque ſonum: labor eſt etiam ipſa voluptas.
Arma procul, lituosque volunt, triſtemque ſenectam:
Otia & aeternam peragunt in amore iuventam.

Quod v. 155 habetur, *Ingenitumque* a *Scaligero* eſt, qui ita correxit auctoritate M. S. Gemblacenſis cum ante legeretur *Ingentemque.* Sed quid ſi aliud forte hic lateat? Cogitavi aliquando legendum eſſe *Jugentemque ſonum:* nec adhucdum diſplicet. *Jugere* proprie dicitur de clangore milvorum, ſed hinc ad tibias acutum clangentes transfertur. Vide ſummum *Scaligerum* ad *Manil.* p. 428, & *Voſſ.* in Etymologico. Artem vero tibiis canendi cum cantu, calamis, ac fidibus coniungi aequum omnino eſt, atque idem facit *Manilius* alio loco, quem mox producam. Ceterum male procedere videtur v. 157.

Otia & aeternam peragunt in amore iuventam.

Debuit enim dicere, *Otio peragunt iuventam:* ſed ſic durior erit eliſio vocalis longae ante brevem, *Otio &:* tum etiam, quid eſt *aeternam iuventam?* anne immortales ſunt, & aeterna fruuntur iuventa illi qui geminorum ſidere naſcuntur? Non putem eam *Manilii* mentem fuiſſe, & forſan ita dederat hunc verſum cum praecedenti:

Arma procul lituosque volunt, triſtemque ſenectam,
Atque odia: alterno peragunt in amore iuventam.

Cum *odia* in *otia* abiiſſet, ad metrum fulciendum verſum ulterius turbarunt. *Alterno* vero hic erit, *mutuo*; ut ſaepe apud *Manilium*.

Appono iam eum quem promiſeram locum e Lib. V. 329:

Hinc venient vocis dotes citharaeque ſonantis,
Garrulaque in modulos diverſa tibia forma,
Et quodcumque manu loquitur, flatuve movetur.

Vides hic, tibiam cum aliis inſtrumentis muſicis recenſeri, quod pondus aliquod coniecturae noſtrae addit. Verum & ille locus nondum ſatis expeditus videtur: Codex Gemblacenſis legit.

Hinc venient vocis dotes boreaeque ſonantis,
Garrula quae modulos diverſa tibia forma

Voſſianus pro *boreaeque* habet *horeaeque*. Fateor equidem egregiam eſſe *Bentleii* emendationem *citharaeque*, & fortaſſe veram. Sed puto tamen aliud quid latere ſub *boreaeque*: diſplicet *Voſſii auraeque*, & quod Vir doctus in Miſcell. Obſerv. Nov. T. I.

p. 116.

p. 116. coniicit *eboriſque*. Proxime ad veterum librorum ſcripturam acceſſeris legendo.

Hinc venient vocis dotes, choreaeque ſonantis
Garrula quae modulo diverſo tibia format.

Hinc inquit, *venient dotes vocis & choreae, ſonantis*, (i. e. *canentis*) ea, *quae tibia diverſo modulo format*. Ut *formare* hic ſit *praecinere*, & modos monſtrare. Ad tibiarum cantum choros ſaltaſſe & ceciniſſe notum eſt.

Redeo ad Lib. IV. ubi v. 180, ita edidit *Bentleius*

Hic labor, hoc ſtudium, poſtes ornare ſuperbos
Pellibus, & captas domibus praefigere praedas.

In *Scaligeri* editione, *Hoc habet, hoc ſtudium:* nec aliter puto M. S. S. habuiſſe, de quibus ſilent plane. Interrogat *Bentleius:* Quid repones? an *Hic labor, hoc ſtudium?* an *Hoc opus, huc ſtudium?* Equidem neutrum Vir magne, quod utrumque nimis a vulgato abeat. Quin credo potius *Manilium* ſcripſiſſe

Hoc avet, hoc ſtudium eſt; poſtes ornare ſuperbos
Pellibus, &c.

Avet & *habet* facillime confundi potuere, atque hoc admiſſo, *eſt* tanquam ſupervacuum eiecere.

Eodem Lib. v. 217.

Scorpios armatae metuendus cuſpide caudae

ita *Bentleius*, cum vetus lectio ſit:

Scorpios armata violenta cuſpide cauda

Jure reprehendit hanc lectionem, & ingrata illa ὁμοιοτέλευτα, *armata*, *violenta*, *cauda*. Sed quis ferat, quod *metuendus* reponat pro *violenta*: maxime cum nulla urgeat neceſſitas: quod enim v. 234, iterum occurrat *violenta* non curo, quippe qui videam & *Manilium* & alios ſaepe minori intervallo easdem voces repetere, qualia loca, ſi ceterum ſenſus conſtet, non facile attentaverim. Conſule hac de re Cl. *Schraderum* Animadv. ad *Muſaeum* c. XIII. Videtur itaque, ut eo redeam, praeſens locus non magna mutatione ita reſtaurandus:

Scorpios armatus violenta cuſpide caudam,
Qua, ſua cum Phoebi currum per ſidera ducit,
Rimatur terras, & ſulcis ſemina miſcet,
In bellum ardentes animos, & Martia corda
Efficit.

Sic L. v. 342, de Jove ait

Nec prius armavit violento fulmine dextram.

Pergo ad L. IV. 425.

Sic etiam caeli partes variantur in aſtris.
Ut ſignum a ſigno, ſic a ſe diſcrepat ipſum;
Momentoque negat vires, auramque ſalubrem.

Auramque a *Bentleio* eſt. *Scaliger victumque* ediderat e Gemblacenſi. Lipſienſis & Venetus praeferunt *utrumque*, quod a vero parum abeſſe puto. Corrigo enim

Momentoque negat vires utcumque ſalubres.

Ait *Manilius* ſignorum vires pro diverſo ſitu reſpectu caeli, aliisque circumſtantiis multum mutari: hinc

hinc ſaepe noxias fieri vires ſigni alioqui utilis & faventis, quod ulterius explicat ſequentibus.

Quodque per has geritur partes, ſine fruge creatur;
Aut cadit, aut multis ſentit bona mixta querelis.

Ibid. v. 444.

Lanigeri pars quarta nocet, nec ſexta ſalubris.
Septima par illi ac decima eſt, decimaeque ſecunda.

Poſterior verſus antea ita legebatur.

Septima pars illi a decima, decimaeque ſecunda.

Senſu plane nullo vel incommodo. Egregie *Bentleius: Septima par illi, ac decima.* Sed quid illud quod ſequitur, *decimaeque ſecunda?* anne hoc *duodecimam* notat? ſic etiam *decimae tertia* idem eſſet ac *decima tertia*, cum tamen tertiam decimae partem potius notet. Reſcribo igitur:

Septima par illi, ac decima, a decimaque ſecunda.

Secunda a decima eſt XII. Sic v. 462.

Septima poſt decimam luctum, & viceſima portat,

Et v. 469.

Erigones nec pars prima eſt, nec ſexta, nec una
Ad decimam, nec quarta, nec octava utilis unquam.

Facillime vero praepoſitio *a* ob eliſionem cum praecedenti *decima* coaluit.
Pergo ad v. 528.

Nec triſte ingenium, ſed dulci tincta lepore

Corda creat; vociſque bonis citharaeque ſonantis
Inſtruit, & dotem cantus cum pectine iungit.

Poſteriora apud *Scaligerum* ita feruntur

& dotes alto cum pectore iungit.

Veriſſime *Bentleius* pro *pectore* reſtituit *pectine:* pro *dotes alto* M. S. S. habent *dotes ſaltus.* Hinc *Scaliger* coniiciebat *dotes ſalium:* vel aliter, *dotes laeto:* obiicit *Bentleius*, ita nihil novi prioribus addi. Fateor; ſed quid quaeſo, novi additur, ſi ipſius amplectamur lectionem? anne *cantum cum pectine iungere* aliud eſt, quam *vocis citharaeque bonis inſtructum eſſe?* Longe itaque melius erit veterum librorum lectioni acquieſcere, ac totum locum ita conſtituere:

vociſque bonis citharaeque ſonantis
Inſtruit, & dotes ſaltus cum pectine iungit.

Dotes ſaltus notat artem ſaltandi, ut *vocis dotes*, loco antea citato, artem cantandi. Et recte eam cantui citharaeque addit *Manilius*, cum ſaltatio εὔρυθμος aeque ad Muſicos pertineat atque iſta. Vide quae paulo ante ad locum e L. v. dixi. Si quis autem poetae adſcribere recuſat frequentiorem ſibilum literae *s* in *dotes ſaltus*, legat is per me licet, *dotem ſaltus*, ego tamen prius retineo.

V. 755. & ſeqq.

Euxinus Scythicos pontus ſinuatus in arcus
Sub geminis te, Phoebe, colit poſt brachia fratris;
Ultimus & colit hos Ganges & decolor Indus.

Ar-

Ardent Aethiopes cancro, cui plurimus ignis:
Hoc color ipſe docet.

Locus difficilis admodum & tenebricoſus. In primo verſu miror caſtiſſimas *Bentleii* aures non offendiſſe ὁμοιοτέλευτα illa, *Euxinus*, *pontus*, *ſinuatus*, *arcus*, quae ſonum valde ingratum efficiunt: & ſi haec ita reliquit *Manilius*, dormitaſſe eum, omnino confitendum eſt. Sed quid ſibi vult ſequens verſus?

Sub geminis te, Phoebe, colit poſt brachia fratris:

aut quid omnino notat, *colere aliquem poſt brachia fratris?* Nullus dubito, quin corruptum ſit τὸ *brachia:* reponendum forte

Sub geminis te, Phoebe, colit; poſt Thracia fratrem.

Pro *Thracia* in M.S.S. ſaepe reperitur *Thrachia:* ita & hic exaratum fuiſſe videtur, ſed prima litera a librariis minus attentis in *b* mutata, *brachia* prognatum eſt. Coniecturam hanc iuvat, quod *Manilius* in tota hac tractatione, ubi ſingulis ſignis regiones (quibus imperant,) aſſignat, nullibi Thraciae meminerit; nec tamen probabile hanc ſolam a poeta omiſſam, qui omnes fere alias recenſet: nullibi vero melius collocari poterat quam hic. Si enim Euxinus ad geminos pertinet, nihil mirum, Thraciam etiam illi vicinam, eidem ſigno ſubiectam eſſe. Sequitur iam verſus omnium peſſime habitus, quem ita concipiunt membranae

Ultimus & ſolidos Ganges & tranſcolit India cancer.

Integer hic pes abundat; hinc *Scaliger* expellit vocem

cem *Ganges.* *Huetius* τὸ *& trans*: *Bentleius* ultimum *cancer*, qui praeterea verſum ita immutat:

Ultimus & colit hos Ganges & decolor Indus.

Illorum coniecturas non tango, ſatis a *Bentleio* confixas; verum nec ipſe feliciter hic rem geſſit: quod enim τὸ *cancer* ortum coniicit ex aſteriſco in margine, qui pro cancri nota librario impoſuerit, parum probabile eſt, cum plurimum differant aſteriſcus & nota cancri. Id etiam quod ait, ſequentem verſum oſtendere nihil hic de cancro dici, non videre me fateor: immo contra putem abſurda haec fore ſi ad geminos referantur: quis enim credat Gangem & Indos ſubiectos eidem ſigno, cui frigida Ponti littora? ad cancrum omnino pertinent Indi: *hoc* (ut cum *Manilio* loquar), *color ipſe docet.* Cum nempe in Cancro ſolſtitium peragat ſol, ac tum temporis maxime urat hemisphaerium boreale, hinc poeta cancro adſignat regiones maxime fervidas, Aethiopiam nempe atque Indiam, quarum incolae ſolis radiis peruſti colore ſuo cancri in ſe imperium monſtrant. Ut brevis ſim vix dubitem, quin ita ſcripſerit *Manilius*

Ultimus & colit hos Tanais. Colit India cancrum.

Videtur in veteri libro obſcure ſcripta, vel aevo detrita fuiſſe vox *Tanais:* hinc alius librarius legit ibi *Ganges*, maxime quoniam mox ſequeretur *India:* alius ex iisdem ductibus *& trans* effinxit: dein ex librorum comparatione utraque lectio adſcripta eſt. Optime vero Tanais coniungetur cum Ponto Euxino, in quem mediante Maeotide effluit. En itaque totum locum, prout eum emendandum cenſeo.

Euxi-

Euxinus Scythicum pontus ſinuatus in arcum
Sub geminis te, Phoebe, colit; poſt Thracia fratrem:
Ultimus & colit hos Tanais. Colit India cancrum;
Ardent Aethiopes cancro, cui plurimus ignis:
Hoc color ipſe docet.

Quorum ſenſus ſatis liquidus: nec ulteriori explicatione indiget: forte tamen ſub *ſolidos* aliud quid latet, quod iam non exputo: neque enim placet admodum *colit* ter in binis verſibus repeti.

V. 917, ſeqq. de Deo ait

ſeque ipſe inculcat & offert,
Ut bene cognoſci poſſit, pateatque videndus,
Qualis eat, doceatque ſuas attendere leges.

Ita *Bentleius:* libri veteres pro *pateatque videndus* legunt *doceatque videndis.* Hoc ortum procul dubio ex *videntis* pro *videntes:* ſequenti verſu M. S. Voſſianus habet *cogatque* pro *doceatque.* Lego igitur

ſeque ipſe inculcat & offert
Ut bene cognoſci poſſit; doceatque videntes
Qualis eat, cogatque ſuas attendere leges.

V. 927.

Parvula ſic totum perviſit pupula caelum:
Quoque vident oculi, minimum eſt, cum maxima cernant.

Malim ferme

Quoque vident oculi, minimum eſt, cum maxima cernat.

Ut

Ut ad *Quoque* referatur, ad pupillam nempe: ſi vero vulgatum retinere quis maluerit, non valde obnitar.

CAPUT X.

Orpheus aliquoties emendatus. Phaſis epitheta ἐραννὸς *&* καλλιρέεθρος. *Tomarus vel. Tmarus mons.* Τομαριὰς Φηγός. Περιμήκης *de tauro.* Λίμνη *&* λιμὴν *confuſa.* Πάρα *pro* πάρεσι. *Poetas memorare ſolere fluvios ad quos heroes naſcebantur.* Ἄμφρυσος *&* Ἄμβρυσος.

ARgonauticis, quae ſub *Orphei* nomine circumferuntur, maculas nonnullas eluere conabor. V. 258 & ſeqq. ipſe Orpheus navem Argo ita alloquitur:

Αἰὲν ἐμῆς ἐνοπῆς, καὶ γὰρ πάρος ἔκλυες ἤδη,
Ἡνίκα δένδρε' ἔθελγον ἐν ὑλήεντι κολώνῃ,
Πέτρας τ' ἠλιβάτους· καί μοι κατὰ πόντον ἔβαινες
Οὔρηα προλιποῦσα, ἐπίσπεο δ' αὖτε θαλάσσης
Παρθενίης ἀτραπούς. σπέρχου δ' ἐπὶ πᾶσιν ἀμείβειν
Ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ καὶ θεσκέλῳ ὀμφῇ
Δὴ τότ' ἐπιβρομέουσα τομαριὰς ἔκλυε Φηγὸς,
Ἥν οἱ ὑποτροπίην Ἄργος θέτο νηῒ μελαίνῃ

Sermo, ut dixi, ad navem Argo dirigitur, quam hortatur, ut heroas trahentes ſponte in mare ſequatur; incipit itaque: Αἰὲν ἐμῆς ἐνοπῆς, quod equidem plane non intelligo: nec enim licet conſtruere, ἔκλυες αἰὲν ἐμῆς ἐνοπῆς: quorſum enim tum pertineret τὸ καὶ γὰρ? Non dubito quin legendum ſit

Αἴ

Ἄϊ' ἐμῆς ἐνοπῆς, καὶ γὰρ πάρος ἔκλυες ἤδη
Ἡνίκα δένδρε' ἔθελγον ἐν ὑλήεντι κολώνῃ·

Audi meam vocem, namque & anthea iamfeciſti
Cum arbores mulcerem [cantu] in ſylvoſis collibus.

Ἄϊ' ſc. eſt pro ἄϊε, a verbo ἀΐω, *audio*. Indicat vero ligna e quibus fabricata erat Argo, iam priusquam e montibus caederentur lyra ſua allectas: adeoque rogat, ut iam iterum ſibi pareant. Notiſſima ex poetis Orphei hiſtoria. Sed ſequitur paulo poſt

ἐπίσπεο δ' αὖτε θαλάσσης
Παρθενίης ἀτραπούς· σπέρχε δ' ἐπὶ πᾶσιν ἀμείβειν
Ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ.

Quid, quaeſo, eſt ἐπὶ πᾶσιν ἀμείβειν? id nec ipſam Argo, quam citharoedus noſter alloquitur, intellexiſſe putem. Ne longus ſim, legendum eſt certo certius

ἐπίσπεο δ' αὖτε θαλάσσης
Παρθενίης ἀτράπους· σπέρχε δ' ἐπὶ Φᾶσιν ἀμείβειν.

Phaſis fluvius erat optatus terminus, quem contingere ſperabant Argonautae: audiamus ipſum Jaſonem v. 84

Ἀξείνε πόντοιο μυχοὺς καὶ Φᾶσιν ἐρυμνὸν
Νηῒ σὺν Ἀργῴῃ πελάσαι, δεῖξαί τε θαλάσσης
Παρθενίης ἀτραπούς ἐπιήρατον ἡρώεσσιν.

Qui locus emendationem noſtram haud parum adiuvat; ne igitur ingrati ſimus, & ipſi laboranti ſuccurramus: nec enim dubito quin mendoſum ſit illud quod priori verſu habetur Φᾶσιν ἐρυμνὸν: tale epi-

pitheton fluvio non convenit, & multo melius erit reſcribere

Ἀξείνου πόντοιο μυχοὺς καὶ Φᾶσιν ἐραννὸν
Νηῒ σὺν Ἀργῴῃ πελάσαι

Teſtimonium dicat iterum ipſe poeta v. 788.

Ὄφρα κε μειλίξαιτο κιὼν ἐπὶ ῥεῖθρον ἐραννὸν
Φᾶσιν δινήεντα, σὺν ἐνδαπίῃς μέγα νύμφαις.

Et quemadmodum hic ἐραννὸς, ita καλλιρέεθρος dicitur v. 755.

Ἵκτο δ' ὑπὸ πνοιῆς ἀνέμου πλησίςιος Ἀργὼ
Ὄρθριον ἐρχομένης ἠοῦς ἐπ' ἀπείρονα κόσμον
Ἕσπερ' ἐπ' ἀξείνου Φᾶσιν κατὰ καλλιρέεθρον.

Sed in Augiae ſtabulo verſari videor, ita omnia quae obviam habeo conſpurcata ſunt: namque & ea quae mox adduxi peſſime laborant. Ἀξείνου notat utique pontum Euxinum, ut loco paulo ante adducto; ſed Ἕσπερα Ἀξείνου valde incommoda hic eſt, verſabantur enim iam Argonautae non in occidentali Euxini parte, ſed in orientali. Diſplicet etiam Ὄρθριον in medio verſu, nec enim habet quorſum commode referatur. Coniicio locum ita reſtituendum eſſe:

Ἵκτο δ' ὑπὸ πνοιῆς ἀνέμου πλησίςιος Ἀργὼ
Ὄρθριος (ἐρχομένης ἠοῦς ἐπ' ἀπείρονα κόσμον,)
Ἐς πέρατ' Ἀξείνου, Φᾶσιν κατὰ καλλιρέεθρον

Venit autem Argo vento ſecundo turgentibus velis Matutina (Aurora enim latum orbem luſtrare incipiebat)

Ad

Ad terminos Euxini iuxta Phaſin pulchre fluentem.

Sed iam redeo ad eum locum, unde abieram: ſequitur nempe v. 264

Δὴ τότ᾽ ἐπιβρομέουσα τομαριὰς ἔκλυε Φηγός.

Et hic mendam latere facile videbit, qui paululum attentionis adhibet. Quod enim ait ἐπιβρομέουσα ἔκλυε, id quomodo procedere poſſit, non video: ἐπιβρομεῖν enim, ſeu *ſtrepere*, non convenit illi qui auſcultat, quin potius auditui obeſt, ut omnibus notum. Et ſane vitioſum eſt ἔκλυε, pro quo reponendum ἔκλαγε. Probaturum hoc puto, quicunque viderit totum fere hunc verſum repeti dein v. 1153.

ἐκ δ᾽ ἄρα κοίλης
Νηὸς ἐπιβρομέουσα τομαριὰς ἔκλαγε Φηγός.

Quod vero *Eſchenbachius* corruptum putabat Τομαριὰς, id nequaquam ſollicitandum eſt. Tuetur illud tum conſenſus gemini loci, tum etiam *Steph. Byzant.* ſequentia annotans. Τόμαρος, ὄρος Δωδώνης, ὃ τινες Τομοῦρον. καὶ τοὺς κατοικοῦντας Τομούρους. Οἱ δὲ Τμάρος· οὗ τὸ ἐθνικὸν, Τμάριος. Proprium nomen huius montis Τόμαρος fuiſſe videtur, ſed plerisque auctoribus per craſin Τμάρος dicitur. *Solinus* tamen c. IX. *Apud Moloſſos, ubi Dodonaei Jovis templum, Tomarus mons eſt, circa radices nobilis centum fontibus, ut Theopompo placet.* Videſis ibi *Salmaſium*, & *Strabon.* ſub finem L. VII. nec non *Palmer.* Graec. Ant. L. II. c. 8. p. 329. Gentile itaque a Τόμαρος erit Τομάριος, atque inde femininum Τομαριὰς, ut ab Ἀβάντιος, Ἀβαντιὰς, &c. Hinc Τομαριὰς Φηγὸς nihil

hil aliud eſt ac Δωδωνὶς Φηγὸς apud *Apollon. Rhod.* L. 1. v. 524, loco qui noſtrum admodum illuſtrat:

Σμερδαλέον δὲ λιμὴν Παγασήϊος, ἠδὲ καὶ αὐτὴ
Πηλιὰς ἴαχεν Ἀργὼ ἐπισπέρχουσα νέεσθαι.
Ἐν γάρ οἱ δόρυ θεῖον ἐλήλατο, τό ῥ᾽ ἀνὰ μέσσην
Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε Φηγοῦ.

Sic etiam *Valer. Flacc.* L. 1. v. 302.

Dodonida quercum
Chaoniique vides famulam Jovis; aequora tecum
Ingredior: nec fatidicis avellere ſylvis
Me niſi promiſſo potuit Saturnia coelo.

Verba ſunt ipſius navis Argoae, quam vocalem fuiſſe ſatis notum eſt, & vel ex locis iam adductis conſtat.

V. 311.

Καὶ τότε δὴ κραντῆρα βοῶν περιμύκεα ταῦρον
Σφάζον, ἀνακλίνας κεφαλὴν εἰς αἰθέρα δῖαν.

Περιμύκεα vertunt *valde mugientem:* ego vero dubito an illud epitheton alibi exſtet. Ἐρίμυκος enim dici fere ſolet, ut apud *Homerum* non ſemel, & apud *Heſiod.* Ἔργ. v. 790. Hic autem corrigo περιμήκεα, quod de tauro robuſto & magno optime dici poteſt.

V. 1195.

Δὴ τότ᾽ ἐγὼ ἀπόειπον ἐπιπλώοντα νέεσθαι
Νήσου ἐπὶ ῥηγμῖνα καὶ αἰγλήεντα τέρεμνα,
Ἔνθ᾽ οὔτις σὺν νηῒ παρὰ μερόπων ἀνθρώπων.
Οὐ γάρ οἱ ἐστὶ λίμνη νηῶν ὀχὸς ἀμφιελισσῶν.

In

In ultimo verſu omnino reſcribendum λιμὴν pro λίμνη, quae ſaepiſſime confuſa ſunt. Sed & penultimus corruptus; deeſt enim verbum ad ſenſum abſolvendum: illud latere puto in παρὰ. Legi poteſt mutatione non adeo magna:

Ἔνθ' ὄτις σὺν νηΐ περᾷ μερόπων ἀνθρώπων.

Hoc ſi diſplicet, accentu tantum tranſpoſito lege

Ἔνθ' ὄτις σὺν νηΐ πάρα μερόπων ἀνθρώπων.

Πάρα ſaepe idem notat quod πάρεςι: vertendi igitur erunt bini poſteriores verſiculi

Ubi nemo appellit mortalium hominum,
Nullus enim illic eſt portus navium capax.

Coronidem tandem huic capitulo imponat locus v. 185, ſeqq. ubi de Idmone dicitur:

Δὴ τότ' Ἄβαντος παῖς νόθος ἤλυθε καρτερὸς Ἴδμων,
Τόν ῥ' ὑποκυσσαμένη τέκεν Ἀπόλλωνι ἄνακτι
Ἀμβρόσιον παρὰ χεῦμα Φερητιὰς Ἀντιάνειρα.

Haec quamvis ſana primo intuitu videri queant, puto tamen monſtri quid alere. Nec enim ſatis bene habet, quod Idmonem natum dicit Ἀμβρόσιον παρὰ χεῦμα, quibus verbis herois illius ſolum natale non determinatur, quod tamen ſemper fere ſolent poetae. Sic infra v. 192 de Phliante:

Φλίας δ' ἐξίκανε περικλυτὸς, ὅν ποτε Βάκχῳ
Νύμφη ὑποκλινθεῖσα παρ' Ἀσωποῖο ῥοῇσι
Τίκτεν.

Ἀσωποῖο ibi lego cum *Eſchenbachio* pro vulgato Αἰσήποιο: ſed in priori verſu ἐξαφίκανε etiam legendum pro ἐξίκανε.

Sic etiam v. 217 de Boreae filiis:

Οὓς τέκ' Ἐρεχθῆος θείη κλυτὴ Ὠρείθυια
Ἰλισσοῦ παρὰ χεῦμα.

Pindar. Pyth. IV. v. 81. de Euphemo:

Τόν ποτ' Εὐρώπα Τιτυοῦ θυγάτηρ
Τίκτε Καφισοῦ παρ' ὄχθαις.

Apollon. Rhod. L. I. v. 54. de Aethalide:

καὶ τὸν μὲν ἐπ' Ἀμφρύσσοιο ῥοῇσιν
Μυρμιδόνος κούρη Φθιὰς τέκεν Εὐπολέμεια.

Vides ubique fluvii nomen, ad quem lucem adſpexere heroes illi: nec dubito quin idem adiecerit auctor, eo qui prae manibus eſt loco. Corrigo itaque

Τόν ῥ' ὑποκυσσαμένη τέκεν Ἀπόλλωνι ἄνακτι
Ἀμφρύσου παρὰ χεῦμα Φερητιὰς Ἀντιάνειρα.

Vides ſimilem plane eſſe locum *Apollonii* mox adductum, ubi Scholiaſtes de voce Ἀμφρύσσοιο notat: γράφεται καὶ διὰ τοῦ β, ὡς Διονύσιος. Idem teſtatur *Steph.* in v. & forte Ἀμβρύσου dederat quoque noſter, quod dein cum mendoſum putaretur, importuna correctione in Ἀμβρόσιον mutarunt. Poſſet & non magna mutatione legi Ἰμβράσιαν παρὰ χεῦμα, ab Imbraſo fluvio inſulae Sami: ſed priorem coniecturam praefero.

C A-

CAPUT XI.

Hymnos ſub Orphei nomine vulgatos Onomacrito deberi docetur. Menda aliquot ex Hymnis illis tolluntur. Curetes, Corybantes & Idaei Dactyli Jovis ſervatores. Nymphae δρυμοχαρεῖς. *Cornutus emendatur.* Ἠρικεπαῖος *Deus Orphicus. Egregium Orphicorum fragmentum apud Stobaeum emendatur aliquoties. Tzetzes corrigitur.*

AB Argonauticis *Orphei* pergo ad Hymnos eodem nomine ſuperbos: & quanquam facile probari queat, eos Orpheo minime attribuendos eſſe, contra tamen & illud certum eſt, Hymnos hos e Graecorum monumentis, quae ad nos pervenerunt, omnium fere vetuſtiſſimos eſſe. Niſi enim fallat *Pauſanias*, patrem agnoſcunt *Onomacritum*, qui Piſiſtrati eiusque filiorum aequalis fuit: narrat enim *Herod.* L. VII, c. 6. eum ab Hipparcho Piſiſtrati filio Athenis pulſum eſſe, quod Muſaei ſortes interpolaſſet. Referunt alii quoque veterum eum non Muſaei ſolum ſed & Orphei nomine plurima compoſuiſſe. Vide de eo *Voſſ.* de Poet. Graec. aliosque.

Sed adſcribo locum, quem modo innuebam *Pauſan.* Boeot. c. 35. Ἡσίοδος δὲ ἐν Θεογονίᾳ (προσιέσθω δὲ ὅτῳ φίλον τὴν Θεογονίαν) ἐν γοῦν τῇ ποιήσει ταύτῃ τὰς Χάριτάς φησιν εἶναι Διός τε καὶ Εὐρυνόμης, καί σφισιν ὀνόματα Εὐφροσύνην τε καὶ Ἀγλαΐαν εἶναι καὶ Θάλειαν. κατὰ ταυτὰ δὲ ἐν ἔπεσίν ἐςι τοῖς Ὀνομακρίτου. Componamus iam haec cum *Orphei* noſtri Hymno Χαρίτων, p. 156.

Κλῦτέ μου ὦ Χάριτες μεγαλώνυμοι, ἀγλαότιμοι,
Θυγατέρες Ζηνός τε καὶ Εὐνομίης βαθυκόλπε,
Ἀγλαΐη τε, Θάλεια, καὶ Εὐφροσύνη πολύολβε.

Conſpirant haec penitus, niſi quod Gratiarum mater Εὐνομίη dicatur in Hymno adducto, Εὐρυνόμη vero *Pauſaniae*; atque hoc verum eſſe, adeoque *Orpheo* quoque reſtituendum, docuit iam Cl. *Schrader.* ad *Muſaeum* p. 188. Nullum itaque mihi dubium eſt, quin Hymnos hos *Onomacrito* adſcripſerit *Pauſanias*, nec ulterius hac de re verba perdam, quod idem iam doctiſſimo cuique placuiſſe videam. Id tantum addo, digniſſima eſſe haec carmina, quibus opem ferant eruditi, continentia quippe paſſim multa eorum, quae ex Orphica Theologia producunt veteres: conabor itaque pro virili loca aliquot male affecta priſtino nitori reſtituere, cum eorum magna, pro mole libelli, copia reſtet. Mox in introitu, precibus nempe quas Muſaeum in ſacrificiis concipere docet, p. 96. mendoſus eſt v. 21.

Κουρῆτας τ' ἐνόπλες, Κορύβαντάς τ' ἠδὲ Καβείρες,
Καὶ μεγάλους σωτῆρας ὁμῦ, Διὸς ἄφθιτα τέκνα.
Ἰδαίες τε θεές.

Velim mihi explicari quinam ſint illi μεγάλοι σωτῆρες, nec enim obſcuri eſſe debent; Διὸς quippe ἄφθιτα τέκνα: ſed fruſtra operam quis perderet eos quaerendo. Legendum omnino

Καὶ μεγάλε σωτῆρας ὁμῦ Διὸς, ἄφθιτα τέκνα.

Pertinet nempe hic verſus ad eos quos nominaverat Curetas, Corybantas, Cabiros, & qui ſequuntur

tur Ἰδαίϐς θεϐς, i. e. Idaeos Dactylos: hi ab aliis confunduntur, ab aliis diſtinguuntur. In eo omnes conſentiunt, hos Jovem puerum cuſtodiiſſe, ne in patris Saturni manus incideret. *Servius* ad Georg. IV. v. 151. *Quem Ops Saturni uxor Curetibus, Corybantibus & Idaeis Dactylis cuſtodiendum dedit in monte Cretae.* Vide etiam Scholiaſt. *Apollon.* ad L. I. v. 1129. cuius ultima verba adſcribo: ὁ δὲ τὴν Φορωνίδα συνθεὶς, γράφων (lego γράφει,) ὅτως.

ἔνθα γόητες
Ἰδαίοι Φρύγες ἄνδρες ὀρέστεροι οἰκί' ἔναιον,
Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων,
Εὐπάλαμοι θεράποντες ὀρείης Ἀδρηστείης·
Οἳ πρῶτοι τέχνην πολυμήτιος Ἡφαίστοιο
Εὗρον ἐν ὀρείῃσι νάπαις, ἰόεντα σίδηρον·
Ἐς πῦρ τ' ἤνεγκαν, καὶ ἀριπρεπὲς ἔργον ἔδειξαν.

En nomina horum Deorum, ſed quos alii aliter nominant, quin & de numero admodum diſſentiunt. Interim id iam liquet, quare *Onomacritus* hos omnes vocet σωτῆρας Διός. Poterit & retineri, μεγάλϐς σωτῆρας; ut τὸ Διὸς absque epitheto ponatur, nec obnitar, ſi quis hoc probaverit.

Hymn. ΠερσεΦόνης, p. 126. v. 9. Proſerpinam invocans ait

Ὡρῶν συμπλέκτειρα, Φαεσφόρε, ἀγλαόμορφε.

Mendoſum eſt, niſi egregie fallor, τὸ συμπλέκτειρα: nec vero difficile erit emendare, Ὡρῶν συμπαίκτειρα. Confirmat hanc coniecturam, quod infra Hymn. Ὡρῶν illae viciſſim vocentur ΠερσεΦόνης συμπαίκτορες.

Hymn. Ἀφροδίτης, p. 150. v. 11.

Νυμφιδία σὺν δαιτὶ, θεῶν σκηπτοῦχε, λυκαίνα.

Male haec habent: quid enim eſt Νυμφιδία σὺν δαιτί? quid θεῶν σκηπτοῦχε ad Venerem? fruſtra ſc. poſthac Juno gloriabitur

Aſt ego quae Divum incedo regina.

Dicet forte quis, Venerem ut pote amoris Deam in omnes ſuperos imperium exercere: ſed vel ſic Minerva iugum detrectabit, ut adeo de ſeditione metus ſit. Verum quid argutor? Legendum

Νυμφιδία, συνδαιτὶ θεῶν, σκηπτοῦχε, λύκαινα.

Eſt igitur συνδαιτὶς θεῶν, *conviva deorum*, a maſculino συνδαιτὴς, quae etſi alibi reperiſſe haud memini, analogiae tamen non repugnant; & ſenſus loci tale quid requirere videtur.

Mala etiam diſtinctione laborat locus in Hymn. Ἀθηνᾶς p. 128. v. 12.

Φλεγραίων ὀλέτειρα, γιγάντων ἱππελάτειρα.

Aliter interpungendum

Φλεγραίων ὀλέτειρα γιγάντων, ἱππελάτειρα.

Phlegraei dicuntur gigantes a Phlegra, i. e. Pallene, ubi accidiſſe Gigantomachiam docent nos Mythographi. Vide *Steph.* v. Παλλήνη, & quos ibi laudant ipſius Commentatores. Quod vero Minerva tum fortiter rem geſſerat, hinc γιγάντων ὀλέτειρα dicitur, & γιγαντοφόντις apud *Cornut.* de Nat. Deor.

Deor. p. 189. καὶ ἐν τῇ πρὸς τὺς γίγαντας δὲ μάχῃ παραδίδοται ἠριστευκυῖα ἡ Ἀθηνᾶ, καὶ γιγαντοφόντις ἐπονομάζεται.

Hymn. Νύμφων p. 146. v. 12. eas his titulis mactat:

Κρυμοχαρεῖς, ἁπαλαί, πολυθρέμμονες, αὐξιτροφοί τε.

Placent reliqua; diſplicet admodum τὸ Κρυμοχαρεῖς: nec enim erat cur frigore tantopere delectarentur Nymphae, quas auctor mox inſequenti vocabulo ἁπαλὰς vocat. Interpretabitur quis forte, eas aeſtum vitantes, umbra atque liberiori aura gaviſas fuiſſe. Sed κρυμὸς notat frigus hyemale & ſatis intenſum, quod teneris puellis maxime ingratum eſſe ſolet. Hinc Boreas infra κρυμοπαγὴς dicitur: & de ipſa glacie dicitur tum alibi, tum Anthol. L. 1. c. 23, Ep. 1.

Ἕβρυ Θρηϊκίυ κρυμῷ πεπεδημένον ὕδωρ.

Nemorum itaque umbras Nymphis donemus, quibus magis procul dubio delectabuntur; atque legamus,

Δρυμοχαρεῖς, ἁπαλαί, πολυθρέμμονες, αὐξιτροφοί τε.

Confirmat hoc quod ſupra Hymn. Λικνίτυ, v. 4. de Baccho dicitur

Ὅς ποτ' ἀνὰ δρυμὺς κεχορευμένα βήματα πάλλει
Σὺν νύμφαις, χαρίεσσιν ἐλαυνόμενος μανίῃσι.

Ut vero hic frigus nobis obtruſerant librarii, ita ſimili fere modo peccarunt apud *Cornut.* de Nat.

Deor. c. 6, p. 146, ubi de Rhea haecce habentur: καὶ τὰ γενναιότατα τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι γινομένων ζώων, τὰς λέοντας ἡνιοχεμένας ὑπ' αὐτῆς παρεισήγαγον, (ita enim ea lego ex M. S. *Galei*.) τάχα ἐπεὶ καὶ οἱ χειμῶνες ἀγριωτόν τι ἔχουσι. Quid hic faciunt χειμῶνες? omnia ſc. turbant: quemadmodum itaque *Onomacrito* ἀντὶ κρυμῶν δρυμὰς reddidimus, ita hic pro χειμῶνες legamus λειμῶνες, ac plana erunt omnia. Componit cum montibus Rheae imaginem, cui Idam ſacraverant, atque ipſam ὀρείαν vocarant. Hinc paulo poſt coronam eius turritam comparat cum urbibus, antiquitus verticibus montium imponi ſolitis. Leones igitur, quibus Rhea vehitur, aſſimilandi veniunt non hyemi, ſed pratis ac vallibus quibus montes inſident: atque hoc eſt, quod dicit, prata quoque, inculta ſc. aſpectu etiam horrida eſſe, quemadmodum Rheae leones.

Redeo ad *Onomacritum*. Hymn. Τριετηρικᾶ, p. 148. v. 6.

Πρωτόγον' ἤρικε παιὲ, θεῶν πάτερ ἠδὲ καὶ υἱέ.

Corrupta ſunt illa ἤρικε παιὲ, nec in verſione ſua illa expreſſit magnus *Scaliger*. Fruſtra etiam tentavit Cl. *Waſſius* ad *Thucyd.* p. 41. Nihil certius, quam corrigendum eſſe coniunctis binis vocabulis,

Πρωτόγον', Ἠρικεπαῖε, θεῶν πάτερ ἠδὲ καὶ υἱέ.

Ἠρικεπαῖος eſt nomen in Orphica Theologia notiſſimum. Ita enim vocabant unum e tribus ſummis Diis, quibus nomina Μῆτις, Φάνης, Ἠρικεπαῖος, quae explicant, Βουλὴ, Φῶς, Ζωοδοτήρ. Ample de his agit *Bentleius* in aurea illa ad *Millium* Epiſt.

piſt. p. 2, & ſeqq. Cum vero Orphici illi eosdem titulos nunc his nunc illis Diis tribuant, eosque valde confundant, hic Bacchus Ἡρικεπαῖος vocatur. Ex his igitur ſimilibusve ſcriptis petitum eſt, quod habet *Heſych.* Ἡρικεπαῖος ὁ Διόνυσος. Ita enim legendum, non Ἠρικέπανος. Sic eundem etiam faciunt Bacchum cum Protogono. Hymn. Διονύσε v. 1.

Κικλήσκω Διόνυσον, ἐρίβρομον, εὐαςῆρα,
Πρωτόγονον, διφυῆ, τρίγονον, Βακχεῖον ἄνακτα.

Idemque liquet e verſu ſupra emendato ex Hymno Trieterici, nec enim hic a Baccho diverſus. Inſpiciamus itaque iam Hymn. Πρωτογόνε, p. 102, cuius hoc initium

Πρωτόγονον καλέω διφυῆ, μέγαν, αἰθερόπλαγκτον,
Ὠογενῆ, χρυσέαισιν ἀγαλλόμενον πτερύγεσσιν,
Ταυροβόαν, γένεσιν μακάρων θνητῶν τ' ἀνθρώπων·
Ὅς τε πολύμνηςον, πολυόργιον εὕρηκε Παιὰν
Ἄῤῥητον, κρύφιον ῥοιζήτορα, παμφαὲς ἔρνος.

Quartum verſum foede corruptum eſſe, vel metrum evincit; quippe nullo pacto media in εὕρηκε corripi poteſt: at vero ex ante dictis quisque per ſe videt certiſſima emendatione legendum eſſe, πολυόργιον, Ἡρικεπαῖον. Sed flagitat haec correctio, ut & pro Ὅς τε aliud quid reponatur; quod ex interpolatione ortum videtur, ut ad εὕρηκε referri poſſet: niſi tamen in ſequentibus lateat verbum huc pertinens. Poterat enim auctor ſcripſiſſe:

Ὅς τε πολύμνηςον, πολυόργιον Ἡρικεπαῖον
Ἔσπειρες, κρύφιον ῥοιζήτορα, πάμφαες ἔρνος.

Nec

Nec tamen pro conjectura hoc vendito; adſcribo tantum, ut aliis meliora tentandi anſam praebeam: nec enim mihi quidquam, quod veri ſpeciem praeferat, ſuccurrit. Illud potius noto, Πρωτόγονον eundem eſſe ac Φάνητα; ut docet *Onomacr.* dein v. 8.

Λαμπρὸν ἄγων Φάος ἁγνὸν, ἀφ' ȣ̓ σε Φάνητα κικλήσκω,
Ἠδὲ Πρίηπον ἄνακτα, καὶ ἀνταυγῆ ἑλίκωπον.

Idem igitur ſecundum Orphica haec erit, Φάνης, Ἠρικεπαῖος, Διόνυσος, Πρίαπος. Poſteriora confirmat *Suidas* in v. Πρίαπος. ὁ αὐτός ἐςι τῷ Διονύσῳ, ubi vide & ſequentia. Idem tamen in v. Φάνης, hunc ab Ericepaeo diſtinguit. Vide quae ad eum locum notavit Vir Doctus in Miſcell. Obſerv. Vol. 11, p. 11, 12. Adſcribi quoque merentur verſus, quos ex Orphicis advocat *Macrob.* Saturn. L. 1. c. 18.

Ὃν δὴ νῦν καλέȣσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον,
Εὐβȣλῆά τ' ἄνακτα καὶ ἀνταυγῆ ἀρίδηλον.

quae *Onomacrito* plane concinunt: ac forte ut plura Orphicorum ex ipſius officina prodierunt. Videndus omnino *Macrobius* toto libro adducto, ubi pluribus demonſtrare nititur, omnes fere Deos ad unum Solem referendos eſſe: hinc c. 23, ex Orphicis hos quoque verſus affert:

Ἄγλαε Ζεῦ Διόνυσε, πάτερ πόντȣ, πάτερ αἴης,
Ἥλιε παγγενέτορ, παναίολε, χρυσεοφεγγές.

Hoc quoque confirmat egregium inprimis Orphicorum fragmentum, quod conſervavit nobis *Stobaeus*, edidit vero e M. S. Vir doctus in Miſcell. Obſerv.

ſerv. Vol. VII, p. 190, dignum utique, cui hac occaſione medicina fiat. En illud, prout l. c. editur.

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀρχικέραυνος.
Ζεὺς κεφαλὴ, Ζεύς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη.
Ζεὺς λιμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
Ζεὺς βασιλεὺς, Ζεὺς αὐτὸς πάντων ἀρχιγένεθλος.
Ἓν κράτος γένετο μέγας ἀρχὸς ἁπάντων
Ἓν δέμας, βασίλειον ἕν, ᾧ τάδε πάντα κυκλεῖται
Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ αἰθὴρ, νύξ τε καὶ ἦμαρ
Καὶ μῆτις πρωτογενέτωρ, καὶ ἔρως πολυτερπής.
Πάντα γὰρ ἐν Ζηνὸς μεγάλῳ τάδε σώματι κεῖται
Τοῦδε τὴν κεφαλὴν μὲν ἰδεῖν, καὶ καλὰ πρόσωπα
Οὐρανὸς αἰγλήεις, ὃν χρύσεαι ἀμφὶς ἔθειραι
Ἄστρων μαρμαρέων περικαλλέες ἠγερέθοντο.
Ταύρια δ' ἀμφοτέρωθεν δύο χρύσεια κέρατα
Ἀντολίη δὲ, δύσις τε θεῶν ὁδὸν οὐρανιώνων
Ὄμματα δ' ἠέλιός τε καὶ ἀντιόωσα σελήνη
Νοῦς δ' ἀψευδὴς βασιλήϊος ἄφθιτος αἰθὴρ,
Ὧι δὴ πάντα κλύει καὶ φράζεται. οὐδέ τις ἐστιν
Αὐδὴ, οὐδ' ἐνοπὴ, οὐδὲ κτύπος οὐδὲν
Οὐ μένος λήθει Διὸς οὖας ὑπερμενέος Κρονίωνος
Ὧδε μὲν ἀθανάτην κεφαλὴν ἔχεν, ἠ δ' ἔνι σῆμα,
Σῆμα δὲ οἵ περιφεγγὲς ἀπείριτον, ἀστυφέλικτον
Ἄτρομον, ὀμβρόγυιον ὑπερμενὲς ὧδε τετύχθαι.
Ὦμοι μὲν καὶ στέρνα, καὶ εὐρέα νῶτα θεοῖς
Ἀὴρ εὐρυβίας πτέρυγες δέ οἱ ἐξερύοντο
Τῇ ἐπὶ πάντα ποτᾶται, ἱερὴ δέ οἱ ἔπλετο νηδὺς
Γαῖά τε παμμήτωρ, ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα.
Μεστὴ δὲ ζώνη βαρυνήχεος οἶδμα θαλάσσης
Καὶ πόντου πυμάτη δὲ βάσις χθονὸς ἔνδοθι ῥῆξ.
Τάρταρα τ' εὐρυόεντα καὶ ἔσχατα πείρατα γαίης

Πάντη

Πάντα δὲ κρύψας αὖθις φάος εὐπολύγηθε
Μέλλει ἀπὸ κραδίης πάλαι θέσκελος ῥέζων.

Multa hic mutila & corrupta; quorum emendationem antequam aggrediar, paucis oportet rationem reddam, cur Orphicis haec annumerem; cum in M. S. non indicetur, unde deſumta ſint. At vero inter Orphica locum tenuiſſe perſuaſit mihi *Ariſtoteles*, vel quisquis eſt auctor Lib. de Mund. verſus finem: διὸ (inquit) καὶ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἐ κακῶς λέγεται,

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕςατος ἀρχικέραυνος·
Ζεὺς κεφαλὴ, Ζεὺς μέσσα. Διὸς δ᾽ ἐκ πάντα τέτυκται,
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ ἐρανὲ ἀςερόεντος·
Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη.
Ζεὺς πνοιὴ πάντων, Ζεὺς ἀκαμάτε πυρὸς ὁρμή.
Ζεὺς πόντε ῥίζα· Ζεὺς ἥλιος ἠδὲ σελήνη·
Ζεὺς βασιλεὺς· Ζεὺς ἀρχὸς ἁπάντων ἀρχικέραυνος.
Πάντας γὰρ κρύψας αὖτις φάος ἐς πολυγηθὲς,
Ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων.

Apuleius Lib. de Mundo eosdem hos verſus exhibet, ſed melius verſu 7 ἀρχιγένεθλος legit. Agnoſcis iam in his priores verſus eorum qui apud *Stobaeum* leguntur, ſed tertii & quarti ordine permutato; binos etiam hic habes, qui apud *Stobaeum* non reperiuntur: denique poſteriores bini utrobique iidem ſunt, ſed ſcriptura valde diverſa. Hinc vero concludere licet omnes etiam intermedios ex eodem loco deſumtos eſſe: quin & ex iis verſus ſub Orphei nomine citantur. *Proclus* M. S. apud *Bentleium* l. c. Καί μοι δοκεῖ καὶ ὁ Πλάτων εὑρὼν παρ᾽ Ὀρφεῖ τὸν αὐτὸν τἔτον καὶ Ἔρωτα καὶ Δαίμονα μέγαν ἀποκαλέμενον ἀγαπῆ-

σαι

σαι καὶ αὐτὸς ἐπὶ τȣ̃ Ἔρωτος τὸν τοιȣ̃τον ὕμνον· περὶ μὲν γὰρ νοητȣ̃ νȣ̃ λέγων ὁ Θεόλογος,

Ἄβρος Ἔρως καὶ Μῆτις ἀτάσθαλος

καὶ πάλιν·

Οἷσιν ἐπεμβεβαὼς Δαίμων μέγας αἰὲν ἐπ' ἴχνη.

περὶ δὲ τȣ̃ νοερȣ̃ νȣ̃ καὶ ἀμεθέκτȣ,

Καὶ Μῆτις πρῶτος γενέτωρ καὶ Ἔρως πολυτερπής.

καὶ πάλιν.

Ἓν κράτος, εἷς Δαίμων γένετο μέγας, ἀρχὸς ἁπάντων.

Abſque quo loco verſum apud *Stobaeum* mutilum fruſtra tentaſſem. Jam ne nimius hic ſim, adſcribo cuncta, prout ea reſtituenda coniicio.

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕςατος ἀρχικέραυνος·
Ζεὺς κεφαλὴ, Ζεὺς μέσσα· Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη·
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀςερόεντος·
Ζεὺς πνοιὴ πάντων· Ζεὺς ἀκαμάτȣ πυρὸς ὁρμή.
Ζεὺς πόντȣ ῥίζη· Ζεὺς ἥλιος ἠδὲ σελήνη
Ζεὺς βασιλεὺς· Ζεὺς αὐτὸς ἁπάντων ἀρχιγένεθλος.
Ἓν κράτος, εἷς Δαίμων γένετο μέγας, ἀρχὸς ἁπάντων,
Ἓν δέμας, ἓν βασίλειον, ἐν ᾧ τάδε πάντα κυκλεῖται,
Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ αἰθὴρ, νύξ τε καὶ ἦμαρ,
Καὶ Μῆτις πρῶτος γενέτωρ, καὶ Ἔρως πολυτερπής.
Πάντα γὰρ ἐν Ζηνὸς μεγάλῳ τάδε σώματι κεῖται.
Τȣ̃δε τὴν κεφαλὴν μὲν ἰδεῖν, καὶ καλὰ πρόσωπα
Οὐρανὸς αἰγλήεις, ὃν χρύσεαι ἀμφὶς ἔθειραι
Ἄςρων μαρμαρέων περικαλλέες ἠερέθονται.
Ταύρȣ δ' ἀμφοτέρωθε δύο χρύσεια κέρατα,

Ἀυ-

Ἀντολίη τε δύσις τε, θεῶν ὁδοὶ ȣρανιώνων.
Ὄμματα δ' ἠέλιός τε καὶ ἀνταυγȣ͂σα σελήνη.
Οὖς δέ οἱ ἀψευδὲς βασιλήϊον, ἄφθιτος αἰθὴρ·
Ὧι δὴ πάντα κλύει καὶ φράζεται, οὐδὲ τίς ἐςιν
Αὐδὴ, ȣ̓δ' ἐνοπὴ, ȣ̓δὲ κτύπος, ȣ̓ μένος ȣ̓δὲν,
Ὃ λήθει Διὸς οὔας ὑπερμενέος Κρονίωνος.
Ὧδε μὲν ἀθανάτην κεφαλὴν ἔχει ἠδ' ἐπίσημον.
Σῶμα δέ οἱ περιφεγγὲς, ἀπείριτον, ἀςυφέλικτον,
Ἄτρομον, ὀμβριμόγυιον, ὑπερμενὲς, ὧδε τέτυκται·
Ὦμοι μὲν καὶ ςέρνα, καὶ εὐρέα νῶτα θεοῖο
Ἀὴρ εὐρυβίας· πτέρυγες δέ οἱ ἐξεφύοντο,
Τῇσ' ἐπὶ πάντα ποτᾶτ'· ἱερὴ δέ οἱ ἔπλετο νηδὺς
Γαῖά τε παμμήτωρ, ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα.
Μέσση δὲ ζώνη βαρυηχέος οἶδμα θαλάσσης
Καὶ πόντȣ. πυμάτη δὲ βάσις, χθονὸς ἔνδοθ' ἀπορρὼξ,
Τάρταρά τ' ἠερόεντα καὶ ἔσχατα πείρατα γαίης.
Πάντα δ' ἀποκρύψας, αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς
Μέλλει ἀπὸ κραδίης ἀνενέγκαι θέσκελα ῥέζων.

Cuncta haec diſcutere iam non vacat: aequus lector haecce inter ſe comparabit, & ignoſcet ſpero, ſicubi a manu auctoris aberraverim. Illud ferme monere neglexeram, *Tzetzem* quoque in Praefat. ad *Lycophr.* binos priores huius poematis verſus adducere. Verba ipſius ſunt: γράφει γὰρ ὁ Ὀρφεὺς χωρὶς τῶν ἀςρολογικῶν, καὶ ἐπῳδικῶν, καὶ μαγικῶν, καὶ τῶν ἑτέρων καὶ ὕμνȣς εἰς Δία, καὶ τȣ̀ς λοιπȣ̀ς, οὕτω.

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕςατος, ἀργικέραυνος,
Ζεὺς κεφαλὴ, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.

Ubi pro ἀργικέραυνος lege ut apud reliquos, ἀρχικέραυνος. Quod ſi itaque *Tzetzi* fidimus, *Stobaeus* nobis conſervavit *Orphei* Hymnum in Jovem. Verum hic tandem pedem figo.

CA-

CAPUT XII.

De Strabonis loco diſputatur. An Julia Joza nomen Punicum ſit. Strabonis & Plinii diſſenſus. Zilin urbem Mauritaniae iurisdictione ad Baeticam pertinuiſſe. Strabonis error, & emendatio loci ipſius. Stephanus leviter correctus. Agathemerus emendatur. Julius Honorius & Aethicus correcti. Tuburſica duplex, Tuburnica, Tiburnica & Tiburica, diverſa Africae oppida. Ptolemaeus & Tabula Itineraria emendantur. Ptolemaeus bis correctus.

GEographica nonnulla hoc caput continebit. Notiſſima eſt lis de Colonia Julia Traducta, nota e *Plin.* L. v, c. 1. & nummis antiquis. Eam componere vix eſt, ut ſperare auſim; nec in praeſentia experiri decrevi. Agam tantum de loco *Strabonis*, qui vulgo huc trahi ſolet, & quo iure id fiat, diſputabo. *Strabo* ſc. L. III. p. 140. poſtquam de Belone urbe Baeticae egerat, addit: Ἦν δὲ καὶ Ζῆλις τῆς Τίγγιος ἀςυγείτων, ἀλλὰ μετῴκισαν ταύτην εἰς τὴν περαίαν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἐκ τῆς Τίγγιος προσλαβόντες τινας, ἔπεμψαν δὲ καὶ παρ ἑαυτῶν ἐποίκους, καὶ ὠνόμασαν Ἰελίαν Ἰόζαν τὴν πόλιν. Zilis urbs Mauritaniae ſatis nota eſt ex Geographis. Sed vero illius incolas in ripam oppoſitam, i. e. in Baeticam tranſvectos eſſe, atque ibi urbem habitaſſe cui nomen Julia Joza, ſolius *Strabonis* teſtimonio nititur. Magnus *Caſaubonus* eam fovit ſententiam, Juliam Jozam eandem fuiſſe cum Tranſducta *Ptolemaeo* in Baetica memorata.

Arripuit hoc *Bochartus* de Colon. Phoen. L. 1. c 24, & 34, & ne verba *Strabonis* mutare cogeretur, contendit Ἰόζα Punice idem eſſe quod *Tranſducta* Latine. Huic invento omnes, quantum ſciam, acquieverunt; validae tamen ſunt, quae ab aſſenſu me cohibent, rationes. Ac primo quidem, ſi vera eſt *Bocharti* ſententia, ſequetur, quod ipſe quoque agnoſcit, falſo Strabonem de Romanis dicere, *καὶ ὠνόμασαν Ἰουλίαν Ἰόζαν τὴν πόλιν*; cum ita nominaverint non Romani ſed Barbari indigenae. At vero tam turpem errorem commiſiſſe Strabonem, hominem accuratiſſimum & magni iudicii, non adducor ut credam. Diu enim cum Romanis verſatus fuerat, & ab illis procul dubio accepit nomen huius urbis, non a barbaris loci incolis. Quis vero credat Romanos urbem hanc Punico nomine vocaſſe? vel ſi fecerint, quis credat adeo ineptum fuiſſe *Strabonem*, ut Punicum nomen a Latino diſtinguere non potuerit? Ex longa enim illius inter Romanos mora, atque iis, quae L. v. p. 169, de Puteolis, & alibi refert, coniicere licet, eum linguae Latinae non plane imperitum fuiſſe. Cum igitur diſertim affirmet Romanos urbem vocaſſe Juliam Jozam, ad Punicam Etymologiam minime confugiendum puto.

Sed praeterea certo perſuaſus ſum locum *Strabonis* nihil ad Juliam Traductam pertinere. Videamus, quid de Zili narret *Plin.* L. v. c. 1. *Tingi* (inquit) *quondam ab Antaeo conditum, poſtea a Cl. Caeſare cum coloniam faceret, appellatum Traducta Julia. Abeſt a Belone oppido Baeticae proximo traiectu XXX. M. P. Ab eo XXV M. P. in ora Oceani colonia Auguſti Julia Conſtantia Zilis, regum ditioni exempta, & iura in Baeticam petere iuſſa.* Haec cum

iis,

iis, quae *Strabo* narrat, in concordiam redigi minime poſſunt. *Plinius* ait Zilin ab Auguſto coloniam factam eſſe, titulo Juliae Conſtantiae, & de traductione urbis in Baeticam ripam nihil habet: ait tantum *iura in Baeticam petere iuſſam*, ac proin quamvis in Africa ſitam, iurisdictione ad Baeticam pertinuiſſe. *Strábo* contra, licet de colonia deducta conſentiat, (hoc enim innuere puto eius verba, ἔπεμψαν δὲ καὶ παρ' ἑαυτῶν ἐποίκους:) eam in oppoſita continente collocatam refert: quin & in nomine diſſentit, ſed hoc librariis imputare malo, quo de mox. Demum haud obſcure indicat priſcum oppidum penitus in ſolitudines redactum eſſe, cum ait: ἦν δὲ καὶ Ζῆλις; igitur iam eſſe deſierat cum ipſe haec ſcriberet, quod cum *Plinio* eam ut ſuperſtitem adhuc memoranti, aperte pugnat. Si iam quaeras, cuinam fides habenda ſit? ego ſecundum *Plinium* pronunciare nullus dubito; huius quippe auctoritas in iis quae ad Baeticam pertinent, merito magni fit, cui provinciae ipſe per aliquod tempus praefuit, & proin optime noverat, an in Mauritania exſtaret Julia Conſtantia Zilis, nec ne. Quin & poſt *Plinium* meminerunt huius urbis *Ptolemaeus* & alii. Erraſſe itaque puto *Strabonem*, ſed errorem leviorem longe, ac facilius condonandum, quam quem *Bochartus* illi imputabat. Auguſtus nempe Zilin coloniam facere cogitans, Romanos quoque, ut moris erat, colonos (veteranos forte) eo miſit, ac praeterea aliquot quoque Tingitanis permiſit Zilin migrare, ut novae coloniae participes fierent: dein coloniam hanc Juliae Conſtantiae nomine auctam Baeticae attribuit. Re ita geſta, Romani (puto) *Straboni* narraverant Zilin coloniam deductam, eamque iam Baeticae additam eſſe.

Strabo haec non ſatis attente conſiderans, putavit ad Baeticam nulla pertinere loca, niſi revera in Baetica ſita, & hinc concluſit (errore admodum proclivi,) Romanos urbem hanc tranſtuliſſe εἰς τὴν περαίαν. Erraſſe vero eum, liquet eo magis, quia non indicat ſitum novae illius urbis in Baetica, quod feciſſet procul dubio, niſi eum ignoraſſet.

Supereſt adhuc ut dicam de voce Ἰόζα: corruptum ſcilicet puto hoc nomen, & corrigo apud *Strabonem*: καὶ ὠνόμασαν Ἰουλίαν Κοςαντίαν τὴν πόλιν. Audacior medicina, fateor, ſed neceſſaria, niſi admodum fallor: ſic enim in nomine conſentiet *Plinio*, & omnino Romanum nomen hic quaerendum eſſe, ſatis ſupra monſtraſſe videor. Forte in antiquo quodam libro, unde noſtri deſcripti ſunt, vox Κοςαντίαν ita diviſa fuit, ut binae priores ſyllabae verſum finirent, ſequentem dein inciperent τίαν τὴν πόλιν, unde τὸ τίαν ob ſimilitudinem ſequentis τὴν facile a librariis tanquam mendoſum omitti potuit: dein Κόςαν in Ἰόζαν abiit. Eſt autem Κοςαντία pro Κονςαντία: ſaepe enim Graeci in nominibus peregrinis concurrentibus ν & ς, priorem elidunt: ita Ὁρτήσιος pro *Hortenſius*, Κλήμης pro *Clemens*; & apud Apoſt. II Timoth. IV. 21. Πούδης pro *Pudens*. Ita etiam licet ſaepius reperiatur Κωνςαντίνου πόλις, legitur tamen & Κωςαντίνου, ut apud *Stephanum*: licet enim *Berkelius* in ſua editione inſerat ν, alterum probum eſſe monſtrat ordo literarum, quippe poſt Κῶς reponitur, ubi Κωνςαντίνου locum habere non poteſt. Immo hinc etiam liquet, apud eundem *Stephanum* pro Κωνςάντεια legendum eſſe Κωςάντεια. Haec vero, quae de Julia Conſtantia dixi, doctiorum ſubmitto iudicio, ut vel eorum conſenſu firmentur, vel

ſi

ſi erraverim, loco cedant. De ipſa vero Traducta, ut iam innui, ſententiam dicere hactenus vereor, cum res illa graviſſimis prematur difficultatibus.

Sed, quoniam hic circa fretum Herculeum verſor, non poſſum quin emendem locum *Agathemeri* de Geogr. L. II. c. 14. ubi vulgo legitur. Τῆς μὲν καθ' ἡμᾶς θαλάσσης τὰ ἀπὸ Κῶ τοῦ τῆς Μαυριτανίας Τιγγιτάνης ἄκρου, μέχρι τῆς Ἴσσου ςάδιοί εἰσι διςμύριοι ϛύ.

Notat *Tennulius* in Mauritania non occurrere promontorium, cui nomen Cos, ſed Κώττης ἄκρον. Vera haec, niſi quod melius ſimplici τ ſcribatur Κώτης. Hoc vero cum eum non latuerit, miror non ſimul vidiſſe loci huius emendationem. Legendum quippe binis voculis coniunctis, ἀπὸ Κώτου τῆς Μαυριτανίας Τιγγιτάνης ἄκρου. Ita enim cum omnibus reliquis ipſi conveniet. Ceterum vide de hoc promontorio *Iſ. Voſſium* ad *Mel.* L. I. c. 5.

Tranſeo ad locum *Julii Honorii* a *J. Gronovio* editi. Huic inter *Oceani meridiani oppida* refertur *Tuburſicunumidoru oppidum:* verbum profecto ſeſquipedale. *Aethicus*, qui ſua hinc ſumſit, exhibet *Tuburſicunu*, *Midorum*, quaſi binae ſint urbes, quod etſi primo impetu blandiri poſſit, priori tamen longe peius eſt: legendum quippe *Tuburſica Numidiarum:* eo nomine urbem in Africa fuiſſe novimus e Collat. Carthag. c. 201. ubi memoratur *Januarius Epiſcopus de Tuburſico Numidiarum*, ſed *Tuburſica* legendum, ita enim vocabatur urbs haec Numidiae, ut liquet e *Ptolem.* L. IV. c. 3, ubi Θουβουρσίκκα dicitur abſque cognomine, quemadmodum etiam Maurentius Epiſcopus Catholicus Januarii praefati adverſarius *Tuburſicenſis* ſimpliciter dicitur Coll. Carthag. c. 143. Cognomen vero *Numidiarum* additur

ad

ad diſcrimen alius Tuburſicae in provincia Proconſulari, unde domo fuit *Servus Dei Epiſcopus plebis Tuburſicuburenſis* in Coll. Carth. c. 121. ubi vide *du Pin.* Ab utraque harum diverſa eſt Tuburnica, oppidum Numidiae memoratum *Plin.* L. v, c. 4. & *Ptolem.* L. IV, c. 3, cui Θαββάρνικα κολώνια dicitur. Vide *Cellar.* G. A. L. IV, c. 5. Quin oportet alia adhuc fuerit urbs provinciae proconſularis nomine Tiburnica, niſi fallit Epiſtola Synodica patrum illius provinciae in Concilio Lateranenſi, cui inter ceteros ſubſcripſit *Creſcens Epiſcopus Eccleſiae Tiburnicenſis*, ac praeterea *Valerius Epiſcopus ſanctae Eccleſiae Tiburicenſis.* Haec vero plurium nominum ſimilitudo difficillimam facit Africae Geographiam, & vel perſpicaciſſimum ac cautiſſimum haud raro fallit.

Jam *Ptolemaeo* ſuccurrere conabor, qui L. IV, c. 3, in Numidia refert Κούλκυα κολώνια, quod quin mendoſum ſit, nullus dubito. Pro ΚΟΥΛΚΟΥΑ nempe ΚΟΥΛΚΟΥΛ legendum puto. Perſuaſit hoc Geogr. Ravennas L. III, c. 6. *Chulcul*, *Cornen*, *Baccaras*, *Milebo Colonia*, enumerans, quorum prius a *Ptolemaei* Κούλκουλ haud diverſum videtur. Corruptior aliquanto eſt Tab. Peutingeriana, ubi legitur *Sulchul Colonia*, XXV M. P. intervallo a Sitifi: verum & ibi corrigo *Culcul.* Dicta vero diſtantia probabile facit eandem eſſe urbem, quae *Anton.* Itinerar. p. 29 *Cuiculi* dicitur, namque & illa XXV M. P. a Sitifi aberat. Forte igitur putet quis, & ibi legendum eſſe *Culcul:* ſed vetant Notitiae Africae & Acta Conciliorum, in quibus ſaepius mentio fit urbis *Cuiculi.* Vide Cel. *Weſſeling.* ad *Anton.* l. c. Sed neque *Ptolemaei*, Ravennatis ac Tabulae ſcripturam

ſa-

facile ſollicitaverim: alicrum itaque hic iudicium deſidero.

Paulo poſt apud *Ptolemaeum* legitur **Θανουτάδα**, ſed vetus Interpres vertit *Thamutada:* videtur itaque **Θαυυτάδα** in ſuis reperiſſe, nec dubito quin id vero paulo propius accedat: emendo quippe **Θαμυγάδα**: facile **M** & **N**: item **Γ** & **T**. in libris confunduntur. Eſt vero Thamugada urbs notiſſima, memorata *Antonin.* in Itiner. p. 34, ubi vide *Suritam* & *Weſſeling.* Hinc erat *Fauſtinianus Tamogadenſis.* in Coll. Carth. c. 128. In Tabula *Thamagadi* vocatur.

Haud longe a loco praecedenti memoratur *Ptolemaeo* urbs **Οὔζαν** reliquis quantum ſciam, Geographis indictam. In M. S. *Coiſliniano* ultima ſyllaba acuitur, unde corrigendum puto **Οὐζαλί**. *Uzalitani oppidi* meminit *Plin.* L. v, c. 4. In Collat. c. 204 occurrit *Felix Epiſcopus Uzalenſis*, ubi *du Pin* ex *Auguſtino* docet, urbem hanc Uticae vicinam fuiſſe, unde de coniectura noſtra nihil dubii relinquitur, quod *Ptolemaei* Tabulas inſpicienti patebit.

CAPUT XIII.

Hippocrates & Erotianus paſſim emendantur & illuſtrantur. Multa Gloſſemata in textum irrepſiſſe, lectione vera expulſa. Ὀχέειν. Ἐδικραιώθη. *Galenus & Theophraſtus leviter correcti. Apollonius Rhodius tentatus.* Διαδέτμοι. Διεβλήθησαν. Διαβάσκων. Διέρσαι. *Thucydides emendatus.* Διακναισθέν. Κυκλέοντα. Κατατανύσῃς.

REdeo ad *Hippocratem* eiusque Gloſſas. Mirum utique tantum eſſe numerum vocabulorum, quae *Erotianus* & *Galenus* legerunt in *Hippocrate*, hodie vero e libris noſtris exulant. Sic *Erotianus* retulit in Gloſſarium voces Ἀλκτή, Αἱμόκερχνα, Ἀντεόνθεον, Ἀγκυρομήλη, Ἀψόρροον, Ἀναχελεύεται, Ἀνδρεῖος οἶνος, & multa alia, in quibus indagandis fruſtra fuit magni *Foeſii* induſtria. Lecta tamen fuiſſe olim in *Hippocrate* liquet e *Galeno*, qui & ipſe multa horum agnoſcit, ac plura alia adiicit, noſtris exemplaribus aeque ignota. Immo eſt, ubi nominatim libros *Hippocratis* indicant, quibus tamen evolutis, irriti dimittimur. *Galenus* V. G. teſtatur vocem Ἴκταρ reperiri Γυναικείων Lib. II. Agnoſcit eam *Erotianus* quoque, ſed in noſtris editionibus fruſtra quaeretur. Vocem Ἶκος e Mochlico affert *Galenus:* ego vero eum librum relegens, *Foeſio* nihilo felicior fui. Vide quoque *Galen.* in Ἀποπαλλήσιος & alibi. Tot vero vocabulorum iactura non uni cauſae adſcribenda eſt. Cum ſc. ante multa iam ſecula in deſuetudinem abiiſſent dictiones *Hippocratis*,

tis, diligentes lectores earum explicationes margini adſcribere coeperunt: ita in Cod. Mediceo, aliisque M. S. S. paſſim *Galeni*, aliorumque interpretationes apparent. (Vide Var. Lect. poſt Editionem *Foeſii*) Sed indocti librarii ſaepe explicationes has in textum receperunt, vera lectione expulſa: atque haec prima iacturae cauſa. Sic Lib. de Artic. p. 819. D. ubi legitur: ἐπὶ τοῦτο γὰρ οἱ γλουτοὶ ῥέπουσι, καὶ τὸ ἄχθος τοῦ σώματος ὀχέεται ἐπὶ τοῦτο. Codex Mediceus in textu exhibet ἔγκειται, in margine ὀχέεται, cum tamen prius nihil niſi poſterioris explicatio ſit. Obiter hic emendandus eſt *Erotianus*, apud quem legitur: Ὄγχη, καὶ Ὄγχειν δὲ εὕρομεν. ἔστι δὲ τὸ Φέρειν, ὡς Βακχεῖος: nullibi puto reperiri τὸ Ὄγχειν: & procul dubio legendum Ὀχέῃ, καὶ Ὀχέειν δὲ εὕρομεν. Huius enim verbi varia tempora habentur l. c. atque ipſum ὀχέειν legitur p. 819. C. τὸ δὲ σιναρὸν οὐκ ἂν δύναιτο ὀχέειν. Gloſſa tamen *Erotiani* referenda eſt ad Mochlic. p. 852. D. τῷ μὲν γὰρ ἀνάγκη ὑποβαίνειν ὡς ὀχέῃ, τῷ δ' ἀποβαίνειν. Liquet e voce ſequenti Ὄκλασις, quae legitur eodem Lib. p. 857. B.

Sed tranſeo ad alium *Erotiani* locum: Καταμηνίων λύσιν· ἀντὶ τοῦ ἐπέλευσιν. Praecedens vox Κίσσαρον, vel ut corrigendum, Κύσσαρον habetur Lib. de Nat. Puer. p. 238. 27. Hinc coniicio Gloſſam mox adſcriptam pertinere ad alium locum eiusdem libri p. 246. 44. ubi iam editur: Καὶ πολλῇσιν ἤδη εὐθὺς μετὰ τὴν τῶν καταμηνίων κάθαρσιν αἱ μῆτραι ἔχανον. Puto, inquam, olim fuiſſe καταμηνίων λύσιν: ſed cum alii explicaſſent Λύσιν, κάθαρσιν; hoc textum dein occupavit. Huc quoque pertinet, quod ſupra Cap. 1, in Prognoſt. p. 39. 55.

pro ἡ κάτω κοιλίη, conieci legendum eſſe, ἡ νείαιρα γαςήρ.

Idem *Erotianus* habet. Ἐδικραιώθη· εἰς δύο διῃρέθη. Sed fruſtra puto futurum, qui hanc vocem in noſtris editionibus quaeſiverit. Sequentes tres Gloſſae, Ἐνεκρέκωσεν, Ἐνεφλεβοτόμησε, Ἐξαμελγόμεναι, exſtant ſucceſſive Lib. de Oſſ. Nat. p. 279 & 280. ibi itaque & hanc quaerendam putavi: eſtque, ni fallor, referenda ad p. 276. 43, ubi ita legunt noſtrae editiones: πρότερον δὲ πρὶν ἐνταῦθα ἐλθεῖν, παρὰ τὰς ἐσχάτας δύο πλευρὰς ἐδιχώθη. Ultimam nempe vocem margini quis adſcripſerat pro explicatione τῦ Ἐδικραιώθη: namque ἐδιχώθη quod ad ſenſum idem plane eſt. Corrigo itaque: παρὰ τὰς ἐσχάτας δύο πλευρὰς ἐδικραιώθη. Interim cum tota haec tractatio de venis non ſit ipſius *Hippocratis*, ſed partim ex illius libris deſcripta, malim quoque Epidem. L. II, p. 1035. A, (unde hic locus deſumtus eſt,) ἐδικραιώθη legere pro ἐδιαιρέθη, quod & ipſum e Gloſſemate ortum videtur. Fit vero ἐδικραιώθη a verbo δικραιόω, hoc a δίκραιος, *bifidus*, quod etiam apud *Hippocr.* legitur, Epid L. VI, p. 1165. B. quorſum reſpiciens *Erotianus*, ait: Δίκρανα τὰ διῃρημένα εἰς δύο, καὶ οἷον δίχηλα, καὶ δικόρυφα: at corrigendum Δίκραια; niſi forte utramque lectionem agnoverit: quippe δικόρυφα magis ad Δίκρανα, quam ad Δίκραια pertinet. *Galen.* Δίκρουν· τὸ οἷον δίκρανον, ὅπερ καὶ διοχιδὲς ὀνομάζουσιν. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἤδικρον δηλοῖ. Unde liquet idem fere eſſe δίκραιος & δίκρανος. Pro ultimis *Foeſ.* in Oecon. legebat: τὸ δὲ αὐτὸ καὶ δίκραιον δηλοῖ. Sed malim καὶ ἡ δίκροα, ut idem coniiciebat in notis ad Coac. p. 156. A. Utitur ea voce *Theophr.* Hiſt. Plant. L. II, c. 8. de palmis: ὐ μὴν ἀλλὰ γίνον-

ϑονταί τινες διφυεῖς, καθάπερ δικρόαν ἔχοντες. Occurrit quoque adiectivum δίκρος apud *Nicandr.* Ther. v.228. & idem reddendum *Theophr.* Hiſt. Plant. L. IV. c. 2. ubi vulgo legitur: τῦτο δὲ προσαυξηθὲν σχίζεται, καὶ γίνεται ἄκρον. Optime *J. C. Scaliger* emendabat δίκροον; malo tamen δίκρον, quod vulgato propius. Scriptura igitur parum diſtant, ſignificatione fere conveniunt δίκρος, δίκραιος, δίκρανος, δίκραιρος: hinc nil mirum ſi alicubi a librariis confuſa ſint. Notat utique *Foeſ.* loco ſupra citato ex Epid. L. VI, libros nonnullos δίκραιρα habere pro δίκραια. Hinc dubitavi aliquando, an non corruptus quoque ſit locus *Apoll.* Rhod. L. IV. v. 161, ubi de Tritonis cauda ſermo eſt:

Αὐτὰρ ὑπαὶ λαγόνων δίκραιρα οἱ ἔνθα καὶ ἔνθα
Κήτεος ἀλκαίη μηκύνετο.

Durius aliquanto dictum videtur ἀλκαίη δίκραιρα, *cauda biceps*; magis proprium eſſet, δίκραια, *bifida*: nec adverſatur Scholiaſtae expoſitio: διπλῆ. τοιαύτη γὰρ ἡ τῦ Τρίτωνος ὀρὰ διῃρημένη εἰς δύο. Jam vero miſſis locis quae per explicationem marginalem in textum receptam, corrupta ſunt, alia nonnulla indagare conabor, quae ex *Erotiano* reſtitui poſſunt, vel viciſſim illi lucem affundere. In litera Δ apud eum legitur: Διαθέσμυς· διαφύσεις. Quorſum haec referenda ſint, non indicavit *Foeſius*: ſed pertinent omnino ad locum Lib. de Nat. Puer. p. 237. 12. τεταμένοι δέ εἰσι καὶ οὗτοι (οἱ ὑμένες) ἀπὸ τῦ ὀμφαλῦ, καὶ ἐς ἀλλήλυς διαδέσμυς ἔχυσιν. Dubitari iam poterit forte, *Hippocratesne* ex *Erotiano* corrigendus ſit, an contra; mihi poſterius magis placet: lego itaque

Δια-

Διαδέσμας· διαφύσιας. per διαφύσεις vero intelligendae hic videntur fibrae quaedam oblique ſitae atque has membranas invicem connectentes: ſimili fere ſignificatione proceſſus vertebrarum & ſterni διαφύσεις dicuntur in Mochlic. p. 842, C. D. alias διάφυσις fere *interſtitium* notat. Plura de ea voce vide apud *Foeſ.* in Oecon.

Sequitur Διεβλήθησαν· παρελογίσθησαν: agnoſcit eandem vocem *Galenus*, qui ἐξηπατήθησαν explicat, ſenſu eodem; ſed in noſtris *Hippocratis* editionibus non apparet. Nec tamen quidquam certius, quam ita legendum eſſe Lib. de Nat. Puer. p. 246. 30. ἀλλ' ὅσαι δὴ ἔδοξαν πλείονα χρόνον δέκα μηνῶν ἔχειν, ἤδη γὰρ τοῦτο πολλάκις ἤκουσα, κεῖναι διελήθησαν τρόπῳ τοιῷδε, ᾧ μέλλω ἐρεῖν. Pro διελήθησαν ſc. legendum διεβλήθησαν, iubentibus praeter *Erotianum* ac *Galenum* ipſis quoque M. S. S. quorum nonnulli, teſte *Foeſio*, διεβλήθησαν exhibent.

Paulo poſt ordine ſequuntur apud *Erotian.* Διέβασκον, Διαμπερὲς, Δακρυῶδες ἕλκος: horum ſecundum legitur Lib. de Fract. p. 766. c. tertium Ibid. p. 767. E. Hinc coniicio & praecedens Διέβασκον ex eo libro deſumtum eſſe; referendumque videtur ad haec verba p. 753. C. ἔπειτα νεμέσθω ἐς τὸ κάτω καὶ ἐπὶ ἧσσον πιέζων καὶ ἐπὶ μεῖζον διαβιβάσκων. Explicat *Erot.* Διέβασκον· διεβίβαζον. ſed putem fere ipſius Gloſſam ſic refingendam: Διαβάσκων· διαβιβάζων. eumque ita apud *Hippocratem* reperiſſe, non ut in noſtris libris διαβιβάσκων.

Aliquo abhinc ſpatio legitur Διαιρῆσαι· διελθεῖν. ſed corrigo Διέρσαι· διελθεῖν, & refero ad Lib. de Artic. p. 788. A. ὑπάλειπτρον χρὴ λεπτὸν διέρσαι διὰ τῶν καυμάτων. ita enim legendum ex Cod. Mediceo, non

κατηγμάτων, quod merito reiicit *Foeſius*. Eſt tamen minus appoſita *Erotiani* explicatio: quippe διέρσαι proprie notat non διελθεῖν, *tranſire*, ſed *tranſmittere*, ut liquet tum ex hoc loco, tum ex aliis, quos notavit *Foeſ.* in Oecon. ſic etiam mox poſt verba noſtra ſequitur. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως δύναιο διέρσαι, ἐπὴν δὲ διέρσῃς, ἀφεῖναι τὸ δέρμα. In M. S. Mediceo ad marginem notatum fuiſſe videtur, διεῖραι, διερεῖσαι. Vide Var. Lect. unde liquet quam facile ex notis his marginalibus textus corrumpi poſſit.

Sequitur Δῆθεν· δήπουθεν. ſaepius hoc apud *Hippocratem* obvium eſt: ut initio Lib. de Fract. p. 750. D. οἱ δὲ ἰητροὶ σοφιζόμενοι δῆθεν ἐστὶν ὅτε ἁμαρτάνουσι. ita enim legendum, non ἐστὶν οἱ. pertinet vero *Erotiani* explicatio ad L. de Artic. p. 791. A. οἵ τε ἰητροὶ προθυμέονται δῆθεν ὀρθῶς ἰῆσθαι. Sed ibi M. S. Mediceus legit προμηθεύονται, unde corrigendum προμηθέονται. Frequens *Hippocrati* verbum προμηθέεσθαι, & saepius a librariis cum προθυμέεσθαι confuſum. Vide *Foeſ.* p. 793. C.

Ita quoque apud *Thucyd.* L. VI. c. 80, ubi vulgo legitur: καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προθυμίαν δοκεῖν, τῷ ἡμῖν μὲν ἴσην εἶναι, ὑμῖν δὲ ἀσφαλῆ, τὸ μηδετέροις δὴ, ὡς καὶ ἀμφοτέρων ὄντας ξυμμάχους βοηθεῖν. M. S. S. loco τοῦ προθυμίαν exhibent προμηθίαν, vel προμηθείαν, quod omnino reponendum cum Cel. *Dukero*. Ulterius vero ex veſtigiis Cod. Caſſ. correxerim καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προμηθείαν δοκείτω ἡμῖν μὲν ἴσην εἶναι, κ. τ. λ. *neque ita vobis videatur, hoc conſilium nobis quidem aequum eſſe, &c.* δοκείτω ſane & Scholiaſtes agnoſcit.

Sequitur Διακναισθέν· διαφθαρέν. Pertinet procul dubio ad Lib. I de Morb. Mul. p. 614. 38. ubi legi-

gitur: ἡ δὲ νῦσος λαμβάνει μάλιςα μὲν ἐκ τόκυ, ἣν ἐν αὐτῇσι τι διακινηθὲν σαπῇ. quibus paria ſunt haec e Lib. II. de Morb. Mul. p. 639. 27. ἡ δὲ νῦσος λάζεται ἐκ τόκυ μάλιςα, ἤν τι ἐν αὐτῇ διακινηθὲν μὴ ἴῃ, ἀλλ' ἐνσάπηται καὶ τρηχυνθῇ τὸ ἔμβρυον: ſed utrobique ex *Erot.* legendum διακινηθέν. Ita p. 643. 50. ἡ δὲ νῦσος γίνεται μάλιςα, ἢν ἐν αὐτῇσι τὶ διακινηθῇ, ἡ ἐνσαπῇ ἐν τῷ τόκῳ. Plura vide apud *Foeſ.* in Oecon. Ceterum in loco ante adducto ſuſpecta nonnihil habeo illa, καὶ τρηχυνθῇ τὸ ἔμβρυον, de quo tamen alii viderint: certius puto, pro ἐνσάπηται legendum eſſe ἐνσαπῇ τε.

In litera K habetur, Κυκλέοντα· περιειλῦντα καὶ περιερχόμενον. Referenda haec ſunt ad L. de Fract. p. 753. D. ἔπειτα ὅτως ἐπιδεῖν τοῖσιν ὀθονίοισιν ὡς ἐναλλὰξ, ὅτε μὲν ἐπὶ δεξιὰ, ὅτε δὲ ἐπ' ἀριςερά· καὶ τὰ μὲν πλείω κάτωθεν ἀρχόμενος, ἐς τὸ ἄνω ἄγειν. ἔςι δ' ὅτε καὶ ἄνωθεν ἐς τὸ κάτω. τὰ δὲ ὑπόξηρα ἀκέεσθαι τοῖσιν σπληνέσι κυκλεῦντας τῷ δὲ πλήθει τῶν περιβολέων μὴ πᾶν ἀθρόον ξυνδιορθῦντα, ἀλλὰ κατὰ μέρος. Corruptus omnino eſt hic locus, nec enim numero ac caſu conveniunt ἀρχόμενος, κυκλεῦντας & ξυνδιορθῦντα: quod ſenſiſſe videtur librarius Codicis Medicei, qui ξυνδιορθῦντας dedit. Ego vero perpetua *Hippocratis* conſuetudine, qui haec in accuſativo ſingulari ponere amat, & *Erotiani* auctoritate fultus, emendo ἀρχόμενον & κυκλεῦντα.

Sequitur Κατανύσσεις· κατατείνεις. quod aegre ſe tuebitur; Κατανύσσειν enim eſt *compungere*, non *extendere*. Hinc emendandum puto Κατατανύσῃς· κατατείνῃς: ut referatur ad Lib. de Fract. p. 761. G. ἐπὴν δὲ ἱκανῶς κατατανύσῃς, ῥηΐδιον ἤδη τὸ ἄρθρον ἐμβαλεῖν. Vide etiam p. 765. B. Κατατανύειν idem plane eſt ac κατατείνειν, cum & ſimplicia τανύω ac τείνω idem notent. Vide *Foeſ.* in Κατατεῖναι.

CA-

C A P U T XIV.

Coniecturae in loca nonnulla corruptiſſima Hippocratis. Ἐγχλοιούμενα. Σμαραγεῖ. *Erotianus bis emendatur.* Ἐπέδυεν *vel* Ἐπέδυ. Στλεγγὶς *ornamentum capitis. Heraclidis Tarentini explicatio loci Hippocratei approbata prae illa Erotiani.* Αἱμόνεργχνα *Erotiani & Galeni diſſenſus.*

PErgo adhuc in *Hippocrate*; ſed continebit Caput hoc hariolationes verius, quam emendationes: lucem enim conabor afferre locis aliquot obſcuriſſimis, in quibus ſi hic illic aberraverim, nil mirum, & facile condonabit lector aequus.

Erot. Ἐγχλοιούμεναι· Βακχεῖος ἐν δευτέρῳ, ἔνωχρα οὕτως ἐνόησεν. πεποίηται γὰρ ἀπὸ τῆς χλόης, ἥτις ἐςὶ περιαγωγὴ Φυτώδης. Quid hic tentaverit *Foeſius*, videas ex ipſius Oecon. in Ἐκχλοιοῦσθαι. *Euſtachius* Ἐγχλοιούμενα legit, quod melius, quia genere cum ἔνωχρα convenit: ſed corrigendum Ἐκχλοιούμενα: frequens *Hippocrati* τὸ ἐκχλοιοῦσθαι: vide *Foeſ.* l. c. Locum vero quorſum Gloſſa haec pertinet in mendo cubare puto, exſtare nempe Praedict. L. 1. p. 78. H. Τὰ τεταγμένοισι χρόνοισιν αἱμοῤῥαγέοντα, διψώδεα, δύσκολα, ἐκλυόμενα, μὴ αἱμοῤῥαγήσαντα, ἐπιληπτικὰ τελευτᾷ. Nullus dubito, quin pro ἐκλυόμενα, legendum ſit ἐκχλοιούμενα; & hoc loco praeſenti melius convenit: ſolent enim illi, qui ſaepius haemorrhagiis tentantur, pallidi fere evadere. In Coac. p. 172. F, ubi praeceptum hoc repetitur, non leguntur voces δύσκολα, ἐκχλοιούμενα. Firmat autem coniecturam

ĉturam noſtram, quod praecedens vox Εἰρύεται deſumta ſit ex eodem Lib. p. 71. A.

Idem. Μαράσσει· ψοφοῖ. Quorſum haec referenda ſint, haud temere affirmaverim: quoniam tamen praecedens Μαριλῆνοι pertinet ad L. II de Morb. Mul. p. 648. 55. conieĉtura duĉtus refero ad eundem Lib. p. 658. 28. ἢν ἀγρησθῶσιν αἱ μῆτραι, ἡ γαστὴρ αἴρεται, καὶ φυσᾷ, καὶ σμαραγεῖ. Nec tamen putem *Erotianum* μαράσσει legiſſe pro σμαραγεῖ: ſed ipſius gloſſam ſic refingendam duco: Σμαραγεῖ· ψοφεῖ. Ita *Heſych.* Σμαραγεῖ· ἠχεῖ, ψοφεῖ. Quod vero emendatio noſtra ordini literarum repugnat, nihil curo. Vide quae hac de re Cap. I monui. De vocis vero ἀγρησθῶσιν vera ſcriptura, quae iam per multa ſecula incerta fuiſſe videtur nihil in praeſentia, quod moneam, ſuccurrit: vide ſi libuerit *Erotianum*, cuius tamen locus mihi valde obſcurus eſt, nec verum attigiſſe puto *Foeſium* qui πρησθῶσιν, emendat.

Tranſeo potius ad aliam, *Erotiani* gloſſam: Ἐπέδυεν· ἐπεδιέῤῥει καὶ διεπήδα. Sequuntur ordine Ἔμυξεν, Ἐλατήρια, Ἐπέδυεν, Ἐπιταίνετο. Prius legitur Epid. L. v. p. 1143. A. Ἐλατήρια pertinet ad eandem pag. G. καὶ φάρμακον ἔπιεν ἐλατήριον. Ultimum vero Ἐτιναίνετο legitur eodem L. p. 1153. F. Hinc puto Ἐπέδυεν ab *Erot*. leĉtum p. 1146. E, ubi editur: καὶ ἐδόκεε τὸ ὀστέον οὐχ ὑγιὲς εἶναι. καὶ ἐπήδα ἐξ αὐτοῦ ὀλίγον αἷμα. Lubens hic pro ἐπήδα reſcripſerim ἐπέδυεν. Forſan & hic, quo de Cap. ſuperiori, in margine adſcripſerat quis ἐπήδα, ut *Erot*. διεπήδα explicat, quod dein a librariis tanquam emendatio τοῦ ἐπέδυεν receptum eſt. Malim tamen utrobique ἐπέδυ legere, ut fiat ab ἐπιδύμι.

Sed

Sed pergamus. Στλεγγίδα: Ἡρακλείδης μὲν ὁ Ταραντῖνος διὰ τῦ ρ γράψας ςρεγγίδα ἐν β΄ Ἐξηγητικῷ τῆς δ΄ Ἐπιδημίας, χρυσᾶ φησὶ τενίδια εἶναι, οἷς χρῶνται τινὲς τῶν θεωρῶν. ἐ κατὰ λόγον νοήσας. ἐ γὰρ διὰ τῦ ρ, ἀλλὰ διὰ τῦ λ γράφεται· καὶ ἐκ ἔςι χρυσῦν τένίδιον, ὡς αὐτὸς οἴεται, ἀλλ᾽ ἡ συνήθης ξύςρα, καθὼς καὶ Μένανδρος μέμνηται, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀρχαίων. Ita *Erot*. quae verba planiſſima ſunt, niſi quod pro τενίδια & τενίδιον legendum ταινίδια & ταινίδιον. prout citari video a magno *Caſaubono* ad *Athen*. L. XV. c. 4. Στλεγγὶς praeterquam quod *ſtrigilem* denotet, ſaepe etiam ſignificat *taeniam*, *qua caput evincire ſolebant*. Hoc ornamentum θεωροῖς tribuit *Heraclides*, i.e. ut *Euſtach*. & *Foeſ*. accipiunt, illis qui publicitus miſſi oracula conſulebant. Vide *Erot*. in Θεωρὸς. verum non his peculiare fuit hoc geſtamen: quippe Scholiaſt. *Ariſtoph*. *Foeſio* adductus, & ex eo *Suidas*, notant ςλεγγίδα eſſe χρυσῦν ἔλασμα τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν τῶν γυναικῶν. Ἔλασμα vocant, quod *Heraclides*, ταινίδιον, & potuit utrumque obtinere, ut nempe opulentiores laminis aureis hunc in finem uterentur, quae, quod figura incurva ſtrigilem referrent, ςλεγγίδες dictae ſunt; ceterae vero taeniis deauratis, vel & alius coloris. Ita *Pollux* L. VII. ſ. 179. ἔςι δὲ καὶ ἕτερόν τι ςλεγγὶς, δέρμα κεχρυσωμένον, ὃ περὶ τὴν κεφαλὴν φορῦσι: unde liquet non ſemper aureas fuiſſe, quod recte monuit *Caſaub*. l. c. Locus *Athenaei* hic eſt: ἐν ταύτῃ (agit de Promachiis, feſto Laconum.) συμβαίνει τὺς μὲν ἀπὸ τῆς χώρας καλάμῳ ςεφανῦσθαι ἢ ςλεγγίδι, τὺς δ᾽ ἐκ τῆς ἀγωγῆς παῖδας ἀςεφανώτυς ἀκολυθεῖν: quae verba & ipſa docent, non ſemper e materia pretioſa paratas fuiſſe has ςλεγγίδας. Lenas olim in theatrum inducebant purpurea taenia redimitas. *Poll*. L. IV.

 ſ. 120.

ſ. 120. Αἱ δὲ μαστροποὶ, ἢ μητέρες ἑταιρῶν, ταινίδιόν τι πορφυροῦν περὶ τὴν κεφαλὴν ἐφόρουν. iure hoc lenarum ornamentum ϛλεγγίδα πορφυρέαν dixeris. ſed his miſſis, agamus quod inſtat. Culpat *Heraclidem Erotianus* quod ϛρεγγίδα ſcripſerit per ρ: recte puto, niſi tamen in vitioſum exemplar inciderit, & ſic iniuria eum criminetur. Verum id maioris momenti, quod *Heraclidis* explicationem penitus reiiciat, & cum ille capitis faſciam intellexiſſet, ipſe vulgarem ſtrigilem intelligat. Arbitrium interponere non licet niſi inſpecto loco *Hippocratis*, quem Gloſſa hac reſpexerat *Erotianus*.

Excipiunt ſe invicem apud eum. Σπογγοειδές. Σκεθρή. Σαπρά. Horum prius Σπογγοειδὲς cum *Foeſ*. refero ad Epid. L. IV p. 1121. E. poſterius Σαπρὰ ad initium L. V. p. 1142. G ubi legitur: ἀλλ' οἰδέουσα σαπρὴ ἐγένετο· & paulo poſt: τῷ δὲ Φοίνικι ἐξετμήθη κύκλος σαπρός. Utrumque locum reſpexiſſe videtur, notans Σαπρὰ, σεσηπότα, namque & alibi accidit, ut capiti Gloſſae praefigat non proprie eum caſum, qui apud *Hippocratem* reperitur, ſed alium. Hinc vero concludo intermedia Στλεγγίδα & Σκεθρὴ Epid. L. IV reperiſſe *Erotianum*, quod confirmat admodum *Heraclides* ipſi adductus: cum enim ille ἐν β' Ἐξηγητικῷ τῆς δ' Ἐπιδημίας de voce Στλεγγὶς egerit, quid potius ſtatuemus, quam eo libro, & quidem longiuſcule ab initio quaerendam eſſe? toto vero libro perlecto, nihil quo commode referatur invenio, niſi hunc locum, corruptiſſimum procul dubio p. 1133. Ἀσθματώδει οἰκέτιδι, ἔνθα ὅταν ἐπαγγεία ἠμορράγησε· τοῖσι ἐπιμηνίοισι ἐγένετο δὲ ἄσθματα. ἐκεῖνα ἐπαύσατο. πυρετὸς ἐγένετο. μαζὸς ἐνε-

πύη-

κύνησεν ἀριϛερὸς ὕπερθεν. καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς καὶ ὧς. Pro *ἐ-παγγελίᾳ* *Foeſ.* coniecerat *ἐπ᾽ ἀγγείῳ*; & *ἀγγείῳ* illud arripuit etiam *Lindanus*, qui more ſolito ſua pro Hippocrateis audacter obtrudit. Ego ex ΣΤΛΕΓΓΙΔΑ, litera *ε* oculos fugiente ΕΤΑΓΓΙΔΑ, ac dein *ἐπαγγελίᾳ* ortum puto: quin ſi in loco deplorato audacius coniectare licet, lubens ſic legerim: *Ἀσθματώδει οἰκέτιδι, ἐπ᾽ ἐκείνω τῶν ἐτέων κατὰ ϛλεγγίδα ἡμοῤῥάγησε τοῖσιν ἐπιμηνίοισι. ἐγένετο δὲ ἄσθματα.* vel ſi hoc diſplicuerit: *ἔνθα τὴν ϛλεγγίδα εἶχεν ἡμοῤῥάγησε τοῖσιν ἐπιμηνίοισι.* Senſus in utraque lectione erit idem: paſſam nempe hanc puellam puto id, quod ſaepius obſervarunt medici, ut nempe menſtrua arctis nimis ac impeditis conſuetis viis, aliorſum ferantur, & haemorrhagias per nares, vel alibi producant: puto igitur, hanc de qua loquitur *Hippocrates* periodico menſtruorum tempore haemorrhagiam paſſam in capite eo loco, ubi *ϛλεγγίδας* geſtare conſueverant. Hinc quoque facile explicatur aſthma illud, periodicum ut videtur, ortumque a ſanguine menſtruo verſus ſuperiora determinato, atque hinc pulmonem opprimente: quin & hoc confirmare videtur, quod ſub finem addit, *καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς καὶ ὧς*, nempe *ἐνεκύνησεν*, unde ſc. patet ſanguinem impetu verſus caput latum, ibi abſceſſum excitaſſe, unde nihil mirum ſi menſtrua quoque eandem viam inſtiterint. Jam vero admiſſo hoc ſenſu, neceſſario ſimul probabitur explicatio *Heraclidae* Tarentini, quam reiiciebat *Erotianus*: nec enim video quomodo poſterioris ſententia, qua *ϛλεγγίδα*, vulgarem ſtrigilem explicat, ſubſiſtere poſſit: nec facile reiicienda *Heraclidae* auctoritas, medici magni nominis, & inter Empiricos facile

principis. Videſis de eo *D. Cleric.* Hiſt. Med. P. II. L. II. c. 7. advocat eum ipſe quoque *Erot.* in Praef. & magni facit *Galenus.* Vide *Cler.* l. c. Sed alii forte feliciores erunt in hoc loco conſtituendo.

Interim ne cui mirum videatur reiicere me *Erotiani* ſententiam, appono alium ipſius locum: Αἰών· ὁ νωτιαῖος μυελός. Φησὶ γὰρ, Ἐσφακελίσθη τὸν αἰῶνα. Corrigendum hic puto, Ἢν σφακελίσῃ τὸν αἰῶνα: fallor enim, niſi reſpiciat locum Lib. de Fract. p. 759. E. καὶ οὕτω κίνδυνος σφακελίσαι τὸ ὀστέον τὸ τῆς πτέρνης. καίτοι ἢν σφακελίσῃ τὸν αἰῶνα πάντα ἱκανὸν ἀντισχεῖν τὸ νόσημα. Sed haec verba, ut *Euſtachio* quoque & *Foeſio* viſum, non admittunt *Erotiani* explicationem; ita enim diſtinguenda ſunt: καίτοι ἢν σφακελίσῃ, τὸν αἰῶνα πάντα κ. τ. λ. Verto: *quod ſi contingat carie affici*, (id enim hic notat τὸ σφακελίσαι) *malum tota vita perdurat.* quomodo enim, ubi de calce ſermo eſt, ſpinae dorſi caries intelligi poteſt. Sed adſcribo hac occaſione fragmentum ex *Pindaro* ἐν ὑπορχήμασι ab *Erot.* adductum. Ἐνέπισε κεκραμένα ἐν αἵματι, πολλὰ δ' ἕλκεα πλευρὰς ἔμβαλεν ὦμον τραχὺ ῥόπαλον· τέλος δὲ ἀείρας πρὸς στιβαρὰς ἐσπάραξε πλευρὰς· αἰὼν δὲ δι' ὀστέων ἐῤῥαίσθη. Neſcio an alii his verbis medicinam fecerint: id ſcio certiſſime, mendoſa eſſe. *Bon. Vulcanius* (qui libro ſuo adſcripſerat nonnullas emendationes mecum humaniſſime communicatas a Cel. *Valkenario*,) pro Ἐνέπισε legebat Ἐνέπτυσε, ac dein, ἔμβαλε νομῶν τραχὺν ῥόπαλον: ſcribere voluit procul dubio νωμῶν, a νωμᾶν, *vibrare*: quae emendatio egregia utique eſt: ſed pro Ἐνέπισε malim Ἐξέπτυσε κεκραμένα ἐν αἵματι; narrabat *Pindarus* in his certamen (ni fallor) Herculis vel alius herois contra alium, qui iam ſaepius clava percuſſus, ἐξέπτυσε κεκρα-

κεκραμένα ἐν αἵματι; ſed quibus ex praecedentibus deeſt aliquid ad ſenſum perficiendum: puto locum ſimilem fuiſſe huic *Virgilii* de Darete Aeneid. L. v. 469.

craſſumque cruorem
Ore eiectantem, miſtosque in ſanguine dentes.

in ſequentibus, quae ad heroem pertinent offendit quoque τὸ πλευρὰς bis repetitum, ac prius lubens eiecerim: de metro vero nihil quod moneam habeo, niſi forte ita conſtituere placeat

Ἐξέπτυσε κεκραμέν' αἵματι. πολλὰ δ'
Ἕλκε' ἔμβαλε, νωμῶν τρα-
χὺ ῥόπαλον· τέλος δ' ἀείρας
Πρὸς στιβαρὰς σπάραξε πλευρὰς, αἰ-
ὼν. δὲ δι' ὀστέων ἐῤῥαίσθη.

Exſpuit ſanguine commixta. Hic vero multa
Vulnera infligit, quaſſans du-
ram clavam: (quam) tandem extollens
Validis impegit coſtis, medul-
la vero oſſibus effuſa eſt

Multos in his agnoſco trochaeos & anapaeſtos, hyporchemati ſatis proprios: ſed de verſuum diſtributione nemini pugnaverim. Eorum quoque, quae initio deſiderantur, talis ſenſus fuiſſe potuit, ut pro ἐνέπιεσε legendum ſit ἐνέπνιξε, & ſic omnia ad eundem pertineant. Ultimum vocabulum ἐῤῥαίσθη, legitur quoque apud *Apoll.* Rhod. L. I. v. 1034. Ὀστέον ἐῤῥαίσθη, ubi Scholiaſtes notat, ἀντὶ τοῦ ἐθραύσθη, eſt nempe a ῥαίω, *frango*, unde ῥαιστήρ: hic ve-

ro, δι᾽ ὀϛέων ἐῤῥαίσθη, non proprie notat, *per oſſa fracta eſt*, ſed *per oſſa fracta erupit*.

Sed redeo ad *Erotianum*. Αἱμόκερχνα· τὰ μετὰ τοῦ δίαιμα εἶναι καὶ κατάξηρα. Κέρχνον γὰρ ἔλεγον οἱ Ἀττικοὶ τὸ ξηρόν. Vertit *Euſtachius*: Αἱμόκερχνα. *Dicuntur ea, quae & cruenta & arida ſunt*. Κερχνὸν *enim Attici ſiccum dicebant*. Agnoſcit hanc vocem *Galenus* quoque, explicans: Αἱμοκέρχνα· ἐπὶ αἵματος ἐκχύσει κέρχνον ἐμποιοῦντα. τοῦτο δέ ἐϛι δῆξίς τις ὑπότραχυς ἐρεθίζουσα κατὰ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν. In accentu, ut vides, variatur; ego *Erotianum* ſequi malim. *Galeni* vero priora verba ita diſtinguo. Αἱμόκερχνα· (ἐπὶ αἵματος ἐκχύσει.) κέρχνον ἐμποιοῦντα. Ut illa ἐπὶ αἵματος ἐκχύσει, per parentheſin legantur, ac notent in loco *Hippocratis*, quo pertinet haec Gloſſa, de ſanguinis effluvio agi. *Heſychius* ex aliis forte *Hippocratis* Commentatoribus Αἱμόκερχνα· ἠχοῦντα, exponit: aliter adhuc *Phavorinus*. Videſis *Foeſium*. Sed quid in tanta diverſitate ſequendum? maxime ubi *Foeſius* de *Hippocratis* loco nihil compertum habuit: in Epidemiorum Libris quaerendum eſſe probabile fit ex iis quae praecedunt & ſequuntur apud *Erotianum*. Nihil tamen reperi quorſum referre auſus ſim, niſi forte ſit hic locus Epid. IV. p. 1124. C. Ἐν Κρανῶνι Λυκίνῳ γραμματικῷ ἐκ πυρετοῦ χολώδεος, ἐπὶ σπληνὸς καρηβαρίῃ, ἐκέρχει κατὰ σπλῆνα. ἐν χείλεσιν ἀμφοτέροισιν ἕλκεα, ἔνδοθεν ϛρογγύλα, σμικρὰ, ἔπειτά τι καὶ αἷμα ἐκ τοῦ κατ᾽ ἴξιν σμικρὸν ἐῤῥύη. Aeſculapio aliquo indigemus, qui teterrimis his ulceribus medeatur: quid enim eſt ἐπὶ σπληνὸς καρηβαρίῃ? quid ἐκέρχει κατὰ σπλῆνα? ego parum me hic cernere fateor, coniecturas tamen experiar, ut aliorum ſtudia excitem. Puto ſc. pro ἐκέρχει *Erotianum*

&

& *Galenum* legiſſe αἱμόκερχνα. Dein coniicio duplicem fuiſſe lectionem, in aliis nempe exemplaribus exſtitiſſe ἐπὶ σπληνὸς, in aliis, κατὰ σπλῆνα, unde poſteriora lubenter eiecerim. Legerim itaque, Ἐν Κρανῶνι Λυκίνῳ γραμματικῷ ἐκ πυρετᾶ χολώδεος ἐπὶ σπληνὸς, καρηβαρίη, ut intelligatur, febrem hanc bilicſam ex ſplenis vitio ortum duxiſſe: niſi tamen, quod malim, ita haec concipienda ſint. Ἐν Κρανῶνι Λυκῖνος γραμματικὸς, ἐκ πυρετᾶ χολώδεος ἐπίσπληνος. καρηβαρίη. αἱμόκερχνα ἐν χείλεσιν ἀμφοτέροισιν ἕλκεα ἔνδοθεν, ςρογγύλα, σμικρά. ἔπειτά τι καὶ αἷμα ἐκ τᾶ κατ' ἴξιν σμικρὸν ἐῤῥύη. Ita legendo ἐπίσπληνος *lienoſum* notabit, qui lienis tumore vel alio vitio laborat: ut Epid. L. VII. p. 1238. B. ὕςερον δὲ θέρμαι αὐτῷ ἦσαν. καὶ ὑδρωπιώδης ἦν καὶ ἐπίσπληνος, καὶ ἀσθματώδης. Vertendum itaque erit ex *Erotiani* ſententia: *Cranone Lycinus grammaticus ex febre bilioſa lienoſus* [*evaſit.*] *dolor capitis: in interiori utriuſque labii parte* [*orta ſunt*] *ulcera cruenta ac arida, rotunda, minuta: deinde parum quoque ſanguinis ex* [*nare*] *directe oppoſita profluxit.* Sed ſecundum *Galenum* Αἱμόκερχνα ἕλκεα ſunt talia quae morſum aliquem irritantem aſperam arteriam excitant: & poteſt utique ferri utraque expoſitio, attamen & hic ego ab *Erotiano* ſecedo, atque *Galeno* aſſentior; admodum enim probabile eſt, ulcuſcula haec ſtillaſſe cruorem tenuem acri lympha permixtum, qui cum ſenſim per os in fauces deflueret, caput aſperae arteriae mordere, & ad tuſſiculam proritare potuit.

Ultima vero verba, ἔπειτά τι καὶ αἷμα ἐκ τᾶ κατ' ἴξιν σμικρὸν ἐῤῥύη, notant ſanguinem fluxiſſe e nare ſpleni directe oppoſita, quoniam praegreſſum eſt

ἐπίσπληνος. Vide *Erot.* in Σπληνὸς κατ' ἴξιν, & ibi *Euſtachium*, nec non *Foeſ.* in Κατ' ἴξιν.

Sed plures, quae reſtant, huius generis coniecturae ad aliud caput reſervandae ſunt.

CAPUT XV.

Polyaenus paſſim emendatur & illuſtratur. Καίνειν *&* κατακαίνειν. *Anonymus Pythagoreus ſemel defenſus, ſemel emendatus. Heſychius leviter correctus.* Τοῖχοι. Οἱ περὶ Ἀναξίαν *pro* Ἀναξίας. Φωκεῖς *&* Φωκαεῖς *confuſi.* Λοχμώδης. Ἔρημα *&* ἠρέμα *permutata.* Φαρκιδὼν *urbs Theſſaliae. Heſychius tentatus.* Κοῦφοι. Σπείσασθαι. *Aryandes Aegypti ſatrapa. Seſamus urbs.* Θύννος.

IN *Polyaeno* reſtat etiamnum, quod agant Critici: pauca, quae mihi eum auctorem evolventi obvia fuere, annotabo, plura aliis relinquam.

L. I, c. 13. Τληπολέμου δὲ ἐν Τροίᾳ τεθνηκότος γυνὴ Φιλιξὼ πενθοῦσα. Magnus *Caſaubonus* reſcribi iubet Φιλοζώη ex Scholiaſte *Lycophronis:* ſed cum M. S. S. exhibeant Φιλοξὼ, nec aliter in ſuis libris invenerit Interpres, hoc praeoptaverim, & ad hanc normam *Tzetzem* exigi malo. Haec ſcripſeram, cum ab amico meo *Joh. Dan. a Lennep* admonitus ſum, Tlepolemi uxorem nomine fuiſſe Polyxo, quod patet ex *Pauſan.* L. III. c. 19. qui omnino conſerendus. Corrige igitur cum *Lennepio* mox laudato & apud *Polyaenum* & apud *Tzetzem* Πολυξώ.

L. I, c. 18. Οἱ δὲ φθάσαντες κατακαίνουσιν αὐτόν

Ver-

Verbum hoc κατακαίνειν & ſimplex καίνειν, quanquam rariora, ſatis tamen nota ſunt. Sic V. G. *Euripides* in notiſſimo fragmento de Palamede

Ἐκάνετ', ἐκάνετε τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοὶ,
Τὰν ἐδὲν ἀλγύνεσαν ἀηδόνα μεσῶν.

Vide *Philoſtr.* Heroic. c. 10. & in Scolio *Alcaei* aliusve de Harmodio & Ariſtogitone. Ὅτ' Ἀθηναίης ἐν θυσίαις ἄνδρα τύραννον Ἵππαρχον ἐκαινέτην. Apud Anonymum Pythagoreum p. 713. Ed. *Galei* legitur: τοὶ δὲ Σκύθαι καλὸν νομίζοντι, ὃς ἄνδρα κανὼν ἐκδείρας τὰν κεφαλὰν, κ. τ. λ. Miror *Meibomium* pro κανὼν reſcribere κτανὼν, cum prius utique deſcendere a καίνω liqueat, adeoque mutatione non indigere. Obiter noto in eodem libello p. 715, pro καλυφθῆμεν eundem *Meibomium* emendare καταλειφθῆμεν; bene quod ad ſenſum, quod ad veram autem ſcripturam melius legetur καλλειφθῆμεν, quod Doricae dialecti eſt. Verum ad rem. Κατακαίνειν legitur in quibusdam Libb. *Xenoph.* Cyropaed. L. IV, p. m. 77 ubi editur, καὶ εἴτινας σὺν ὅπλοις ἐξιόντας ἴδοιεν ἀποκτείνειν. Sed pro ἀποκτείνειν, ut dixi, alii Libri κατακαίνειν. Alia *Xenophontis* & *Eunapii* loca citat *Suid.* in Κατακαίνειν. Vide quoque *Heſych.* in Κανών, & Καίνει, ubi κτείνει legendum pro ἐκτείνει.

L. I, c. 20, § I. Ἀθηναῖοι νόμον ἐκύρωσαν, τῷ ἀγορεύσαντι πλεῖν ἐπὶ Σαλαμῖνος μάχῃ, θάνατος ἔςω. Poſt verba hæc lacunam eſſe putabat *Caſaubonus*, unde explebat, θάνατος ἔςω ἢ ζημία. Ego potius ea per Ellipſin ſubaudiri puto, cum videam auctorem noſtrum eodem modo locutum L. II. c. 33. τῷ γράψαντι σπείσασθαι πρὸς Ἀθηναίας θάνατος ἔςω.

Ib. c. 30, § 6. ἐκέλευσε τοῖς Ἕλλησι καταγράφειν ἐπὶ

τῦ τοίχυς. Ita e M. S. S. *Maaſvicius*, cum ante legeretur τείχυς. Notavit iam *Caſaubonus* abire noſtrum ab *Herodoto* aliisque, qui teſtantur verba haec ſaxis, non muris inſcripta. Immo aliter ſcripſiſſe *Polyaenum* puto: cum enim ſingulari numero de muro dicatur ἐπὶ τῦ τείχυς, quidnam hic murus intelligendus? Lego igitur e M. S. S. una praeterea litera addita καταγράφειν ἐπὶ τῦς τοίχυς. Τοῖχος dicitur paries, ſeu latus navis. Secundum *Polyaenum* itaque Themiſtocles Graecis praecepit, ut omnibus navibus haec verba inſcriberent; unde commodiſſime Jones quoties navem Graecam propius accedebant, ea legere poterant.

Ib. c. 42, §. 2. Γύλιππος τὸν προκατεσχημένον λόφον, ὑπὸ Ἀθηναίων αὐτὸς βυλόμενος κατασχεῖν. Aliter diſtingue: τὸν προκατεσχημένον λόφον ὑπὸ Ἀθηναίων, αὐτὸς βυλόμενος κατασχεῖν. Verum hoc leve.

Ib. c. 42, §. 2. Θρασύλλος, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ϛρατηγοὶ Βυζαντίοις ἐπέκειντο περὶ ναξίαν· οἱ ϛρατηγοὶ Βυζαντίων δείσαντες κ. τ. λ. Quid, quaeſo, ſibi volunt illa περὶ ναξίαν? non enim cogitandum de Naxo inſula, quia ex ſequentibus conſtat haec ad ipſum Byzantium geſta. Nihil verius puto lectione M. S. S. Βυζαντίοις ἐπέκειντο. οἱ περὶ Ἀναξίαν, οἱ ϛρατηγοὶ τῶν Βυζαντίων δείσαντες. κ. τ. λ. Verto autem: *Byzantios urgebant. Anaxias autem dux Byzantiorum veritus &c.* Notus eſt Graeciſmus, οἱ περὶ Ἀναξίαν pro Ἀναξίας. Ita paulo poſt οἱ περὶ Θρασύλλον pro Θρασύλλος.

L. II, c. I, § 12. ὡς τε ἦν καὶ τὸ παρατάσσεσθαι ξύμμαχον, καὶ τὸ προσχωρεῖν ἀδύνατον. Interpres τὸ προσχωρεῖν vertit *procedere*; unde fere putem legiſſe προχωρεῖν, quod & ego praetulerim: namque hoc notat

tat *progredi* vel *procedere*, προσχωρεῖν autem *accedere*.

Ib. § 14. ἐνέκειντο δὲ Βοιωτοὶ καὶ Ἀρκάδες ἐμβεβληκότες. Malim legere ἐπέκειντο: frequens enim noſtro eſt ἐπικεῖσθαι, *inſtare*, *urgere*. Ut loco ante adducto L. I, c. 47. § 2, & infra, § 19.

Ib. § 16. Ἀγησίλαος ἐπολιόρκει Φωκέας χρόνῳ μακρῷ. Quid audio? an Ageſilaus Phocenſes obſidione cinxit? aſt ego Phocenſes ſemper gentem, non unius urbis incolas credidi. Tu ſi ſapis Φωκαέας mecum leges, & poſtea ter Φωκαέων, quod ſemel etiam M. S. Cant. exhibet, adeoque emendationem meam egregie firmat. Phocaeam igitur obſedit Ageſilaus in Aſia bellum gerens, non Phocenſes. Vide tamen *Frontin*. L. III, c. II.

Ib. c. 2, § 6. εἰδὼς ὅτι σωθέντες ἐκ τῶν ὀρῶν ὁρμώμενοι, νύκτωρ ἐπιθήσονται. Vix dubito, quin pro σωθέντες corrigendum ſit συθέντες, a σεύω: delendum autem eſt ὁρμώμενοι, quod margini tantum adſcriptum ad explicandum τὸ συθέντες.

Ib. c. 17. εἰδὼς ὅτι Φανερόν ἐστι τοῖς πολεμίοις. Legendum eſt, niſi fallor, Φανερὸν ἔσται.

Ib. c. 24. Idem, ut videtur, Antalcidae ſtratagema narrat *Xenoph.* Hellen. L. V, p. m. 429, ſed circumſtantiis non plane iisdem.

Ib. c. 30, § 3. κατέλεξε τοὺς ἀπὸ ἑκκαίδεκα ἐτῶν μέχρι ἑ καὶ ζ' ἐπὶ στρατείαν. Quin corruptus ſit hic numerus ἑ καὶ ζ', nullum eſt dubium: interpres, qui ἑ & ζ' ſibi invicem addendo, annum duodecimum elicuit, ſatis eſt iocularis. Certum enim eſt, emendari debere ἑ καὶ ξ'. Nihil frequentius earum literarum confuſione. Redde igitur: *delegit ad militiam omnes ab anno decimoſexto usque ad ſexageſimum & quintum.*

Ib.

Ib. c. 31, § 4. *καὶ νυκτὸς ἤδη προϊούσης.* Corrige ex M. S. Cant. *προσιούσης.* Ita enim & interpres legit, *atque nocte iam ingruente*, vertens.

Ib. c. 33. Hiſtoria haec pertinet proculdubio ad obſidionem Thaſi, de qua *Thucyd.* L. I, c. 101.

L. III, c. 1, § 2. *ἐς τὸ κοῖλον καὶ λοχώδες ἐνειλόχησεν ὁπλίτας, καὶ φίλους τριακοσίους.* Optime *Caſaubonus* pro *φίλους* corrigit *ψιλοὺς*; ego ulterius ſuſpicabar corruptum quoque *τὸ λοχώδες*, nec enim bene dici videtur *λοχώδης*, *inſidiis aptus*: corrigebam itaque *λοχμώδες*. *Λοχμώδης* enim dicitur locus virgultis & dumis plenus. Vide *Suidam* in *Λόχμας* & *Λόχμη*. Jam coniecturam hanc certam pronunciare nullus dubito, poſtquam incidi in locum *Thucyd.* L. III, c. 107, ubi idem hoc Demoſthenis ſtratagema narratur; ita enim inter cetera ait: *λοχίζει ἐς ὁδόν τινα κοίλην καὶ λοχμώδη ὁπλίτας καὶ ψιλοὺς, ξυναμφοτέρους ἐς τετρακοσίους.* Ea verba *Polyaenus* fere numeravit; atque hinc ulterius pro *τριακοσίους* legerim *τετρακοσίους* ex *Thucydide.* Immo forte & *ἐνειλόχισεν* corrigendum pro *ἐνειλόχησεν*, hoc enim veniret ab *ἐλλοχέω*, quod huic loco non convenit. *Λοχίζειν* autem notat milites in inſidias collocare, ut ex loco *Thucydidaeo* liquet.

Ib. c. 4, § 3. Videtur haec hiſtoria eadem cum illa, quam narrat *Thucyd.* L. II, c. 61, de navi Athenienſi, ſed inde non liquet navem hanc ipſum Phormionem vexiſſe: reliquae etiam circumſtantiae variant, quae ibi melius videbuntur.

Ib. c. 9, §. 4. Turbatum valde & vexatum videtur hoc Iphicratis ſtrategema: milites ipſius metuebant hoſtes, & ad fugam inclinabant, hinc ſequitur, *καὶ ἐς φυγὴν τρεπομένων, ἐκήρυξεν ὃς ἂν μηνύσῃ*

τὸν

τὸν ἀφέντα . . . . . τὸν νόμον ἐς τὰ ὅπλα ὡς δὴ πανικοῦ γεγονότος. *Maaſvicius*, in Addendis citat *Caſaubonum* ad *Aeneae* Poliorcet. c. 27, cuius verba ita ſonant: ἐπαύθη δὲ καὶ τοιῷδε τρόπῳ . . . . Στρατοπέδῳ θορυβημένῳ νυκτὸς, κηρύξας σιγῇ ὁ κήρυξ ἀνήγγειλε τὸν μηνύσαντα, τὸν ἀφεθέντα ἵππον διώκειν θορυβηθῆναι. Corrigit vir ſummus: κηρύξας σιγὴν ὁ κήρυξ ἀνήγγειλε τὸν ἀφέντα τὸν ἵππον, δι' ὃν καὶ θορυβηθῆναι: allatis dein *Polyaeni* verbis, ea ita conſtituit: τὸν ἀφέντα τὸν ἵππον ἐς τὰ ὅπλα. Egregie quidem, malim tamen ego literas proprius ſequendo, τὸν ἀφέντα τὸν ὄνον ἐς τὰ ὅπλα. Ita quod ad rei ſummam convenient *Polyaenus* & *Aeneas*, niſi quod ille aſinum dicat, hic equum.

Ib. c. 11, § 1. μή τοι νομίζωμεν ὡς πολεμίοις σύμβάλλοντες. Suſpecta haec magno *Caſaubono*, nec iniuria. Sanabitur locus, ſi reponatur συμβαλόντες in futuro.

Ib. § 6. Χαβρίας εἰς Ἑλλάδα τῆς Λακωνικῆς. Nulla eſt illa Ἑλλὰς Laconiae, nec convenit *Caſauboni* Ἕλος. Legerim εἰς Σελλασίαν, cuius prima litera a finali praecedentis vocis abſorpta eſt. Erat enim Sellaſia urbs Laconiae verſus fines Arcadiae, adeoque obvia iis qui ab Attica Lacedaemonem verſus proficiſcuntur. Vide *Steph.* in v. & *Pauſan.* L. III, c. 10.

Ib. § 33. Ἰφικράτης περὶ τὸ Ἱερὸν ὄρος κ. τ. λ. Incertus plane eſſet ſitus huius montis, niſi *Frontinus* L. 1, c. 4. § 7, diceret accidiſſe *in Helleſponto circa Abydon*. Idem etiam *Frontinus* ibi refert haec contra Anaxibium Laconem feciſſe Iphicratem, de quo poſt § 44 agit etiam *Polyaenus*.

Ib. § 43. ἀλλὰ μαθὼν, ὡς ἐστὶ τὰ περὶ τὴν πόλιν ὀχυρά-

ρώτατα χωρία, ἠρέμα ταῦτα προκαταλαβὼν τοῖς ἐν τῇ πόλει προκήρυξεν ἰέναι πρὸς αὐτόν. Vix dubitem quin τὸ ἠρέμα locum occupaverit τοῦ ἔρημα: lego itaque, ὡς ἔςι τὰ περὶ τὴν πόλιν ὀχυρώτατα χωρία ἔρημα, ταῦτα προκαταλαβὼν κ. τ. λ. Ἔρημα, *Polyaenus* ſaepius vocat loca non quidem penitus deſerta, ſed defenſoribus vacua. Sic L. v, c. 4. αἰσθόμενος τὴν Συρακουσίων ἔρημον γενομένην. *Xenoph.* Hellen. L. vii, p. m. 583, plenius: ἔλαβεν ἂν τὴν πόλιν ὥσπερ νεοττιὰν παντάπασιν ἔρημον τῶν ἀμυνομένων. *Frontinus* loca ea *indefenſa* vocat. Sic L. iii, c. 10, §. 8. *Chares in indefenſum portum cum reliqua claſſe invectus, etiam civitatem occupavit.* Ipſe etiam Polyaen. L. iii, c. 1 § 1. de Demoſthene; κατέσχε τὴν Πύλον ἀνδρῶν κενήν.

L. iv. Prooem. ἐν ᾧ καταμάθοιτε ἂν τὰς ἀρετὰς τῶν ὑμετέρων προγόνων. Quomodo ὑμετέρων? Scribit auctor ad Antoninum & Verum; narrat autem hoc libro ſtrategemata Macedonum: an vero illi erant πρόγονοι Imperatorum Romanorum? minime. Corrige igitur ἡμετέρων: Macedonas enim maiores ſuos vocat *Polyaenus*, quia ipſe in Prooem. L. i, ſe Macedonem teſtatur.

Ib. c. 2, § 18. Φίλιππος ἐπολιόρκει Φαλκιδόνα πόλιν Θεσσαλονίκης. Legendum eſt Φαρκιδόνα πόλιν Θεσσαλικήν. Θεσσαλικὴν legunt etiam M. S. S & Interpres. Prius firmat *Stephan.* Φαρκιδὼν, πόλις Θεσσαλίας. Θεόπομπος δὲ θ' Φιλιππικῶν, Φαρκαδόνα διὰ τοῦ α φησίν. Meminere huius quoque urbis *Diodor.* Sicul. L. xviii. & *Strabo* L. ix. p. 438. Vide *J. Gronovii* notas ad *Stephan.* Byzant. Pertinet huc quoque quod *Heſych.* ait, Φαρκίδων, ῥυτίδων, ἡ πολις. quae male tentantur; notant quippe Φαρκίδων eſſe vel genitivum plura-

ralem a Φαρκὶς, quod idem ac ῥυτὶς, *ruga*, vel eſſe nomen urbis: niſi tamen primitus ita haec dederit *Heſych.* Φαρκίδων· ῥυτίδων. † Φαρκιδών· πόλις, ac dein neſcio quis ad accentus differentiam non attendens ea in unum coniunxerit.

Ib. ἤγετο ἐκτοσθεν τῆς πόλεως ἤρεμα, τῶν πολιτῶν συνδραμόντων ἐπὶ τὴν ἐνέδραν. Etiam hic legendum ἔρημα pro ἤρεμα, quae confuſio ſaepius obſervatur.

Ib. c. 3, § 3. quod in fine huius ſtrategematis legitur, τὰ χωρία διὰ τάχους ἤγειραν, id ut ſanum credam, non adducor. Legendum puto, τὸ χῶμα διὰ τάχους ἤγειραν. In principio enim ait; Ἀλέξανδρος .... βουλόμενος μέγα χῶμα τοῖς τείχεσι τῶν Τυρίων μεταβαλεῖν: id quod emendationem meam maxime ſtabilit: ſic etiam infra c. 13, de eodem hoc vallo, Τυρίων ἐπιθεμένων τοῖς ἐργαζομένοις τὸ χῶμα Μακεδόσι, κ. τ. λ.

Ib. c. 8, § 17. τοῦτο γὰρ εἶναι, τῶν Γαλατῶν ἐν ἑκάστῳ. Voculam ἐν e M. S. S. inſeruit *Maasvicius*; ſed vel ſupervacua eſt, vel corrigendum τῶν Γαλατῶν ἑνὶ ἑκάστῳ, quod malo: in initio enim legitur, συνθέμενος ἑκάστῳ δώσειν χρυσοῦν Μακεδονικόν.

Ib. c. 7, § 5. Δημήτριος ..... ἐν τῇ Ἀττικῇ, στρατόπεδον ἔπεμψε πρὸς τὰς ἐν Πειραιεῖ. Corrupta haec ſunt certo certius; ſed *Caſauboni Maaſvicii*que tentamina diſplicent: ego vix dubito, quin legendum ſit ἐν τῇ Ἀττικῇ στρατοπεδεύων, ἔπεμψε πρὸς τὰς ἐν Πειραιεῖ.

Ib. c. 8, § 4. ἐκέλευσε ...... ὕλην ἱκανὴν καῦσαι, τὰ δὲ πυρὰ καίειν, πρώτης μὲν φυλακῆς δαψιλῆ, δευτέρας δὲ ἐλάττω. Non fero illud ὕλην καῦσαι, quia ſequitur πυρὰ καίειν: correxerim ὕλην ἱκανὴν κόψαι, prius enim materiam caedere neceſſe eſt, antequam ignem accendere poſſimus.

Ib.

Ib. c. 19. *Καὶ προθύμως ἀγωνισάμενοι, τοὺς πλείςους Γαλάτας ἐνίκησαν.* Pro *πλείςους* M. S.S. exhibent *πολίτας*; ego eam vocem penitus eiecerim: videtur enim nata tantum ex voce *Γαλάτας* vitiata, & ſic in textum irrepſiſſe.

L. v, c. 28, § 1. *νύκτωρ προσέταξε πέμψαι τινὰς τῶν ἱππέων, καὶ τῶν κορυφῶν.* Graviorem hic mendam ſubeſſe ſuſpicabatur *Caſaubonus*: ego vix dubito quin ſanari poſſit unica tantum litera extrita, pro *κορυφῶν* nempe legendo *κούφων*. Miſerat itaque Theognis cum equitibus quosdam levis armaturae milites.

L. vi, c. 10. *αὐτὸς δὲ τὰ χωρία . . . . . δοὺς ἀπηλλάγη.* Cum M. S. Flor. exhibeat, *τὰ χωρία Θίβρων ἑτάρας δοὺς ἀπαλλάγη*, eius veſtigia legendo correxerim: *τὰ χωρία Θίβρωνι παραδοὺς ἀπηλλάγη*. Ita etiam quod ad ſenſum *Caſaubonus* & *Maaſvicius*.

Ib. c. 53. *ὁ δὲ οὐδὲν ἔφη ἀδικεῖν· ςήσασθαι γὰρ τρεῖς ἡμέρας οὐ τρεῖς νύκτας.* Nullum haec verba ſenſum fundunt, nedum huic loco aptum; convenerat inter Agnonem & barbaros de trium dierum induciis, ille autem noctu vallum excitarat: quomodo igitur ait, *ςήσασθαι τρεῖς ἡμέρας*? immo legendum eſt, niſi fallor: *σπείσασθαι γὰρ τρεῖς ἡμέρας*: verto itaque, *ille ſe iniuſte agere negabat: inducias enim feciſſe trium dierum, non trium noctium.*

L. vii, Prooem. *ἄπιςον δὴ φυλακτήριον, καὶ ἀνάλωτον ἔςω πρὸς αὐτοὺς ἀπιςία.* Mendoſa procul omni dubio eſt prima vox *ἄπιςον*, quod vidit etiam *Caſaubonus*: mirum vero non perſpexiſſe veram lectionem. Ego unica literula mutata *ἄριςον* legendum duco, & verto: *optimum ſane tutamen adver-*

verſus eos, atque inſuperabile, ſit incredulitas. Forte etiam melius legetur ἔςι pro ἔςω.

Ib. c. 11, § 1. λαγὼς διήλαξε παρὰ τὴν Σκυθικὴν Φάλαγγα. Forte pro διήλαξε legendum eſt διήλασε: διελαύνειν nempe eſt *tranſcurrere*.

Ib. § 7. Αἰγυπτίων ἐ Φερόντων Ὀρυάνδρȣ τȣ̃ σατράπȣ τὴν ὠμότητα. Ignotus mihi eſt ſatrapa Aegypti nomine Oryandrus: dum igitur certius ediſcam, contendam legendum Ἀρυάνδȣ τȣ̃ σατράπȣ. Notiſſimus eſt Aryandes, de quo vide *Herod.* L. IV atque ipſum *Polyaen.* infra c. 34.

Ib. c. 18, § 1. Inter duces Graecorum quos proditione cepit Tiſſaphernes recenſentur Πρόξενος Βοιώτιος, Μένων Θετταλὸς, Ἄγις Ἀρκὰς, Σωκράτης Ἀχαιός. Ἄγις ex M. S. & Interprete textui reddidit *Maaſvicius* cum prius legeretur Ἀγίας. Sed vero hoc retinendum fuerat; *Xenophon* enim Anabas: L. II, p. 227, eodem modo Ἀγίαν vocat, ut & alibi. Ceterum memoratus *Xenophontis* locus omnino conferendus eſt, ibi enim latius haec hiſtoria narratur.

Ib. c. 21, § 2. ἐπηγγείλατο Σηςὸν αὐτοῖς ἐκπολιορκήσας παραδώσειν, ἣν μάλιςα πολεμιωτάτην ἡγȣ̃ντο. Cum adeo procul diſtent Sinope & Seſtus, non video, quomodo ſubſiſtere poſſint ea quae hic narrantur: nec putem Datamen illis perſuadere potuiſſe, ſe Seſtum oppugnaturum. Niſi admodum fallor, & hic & infra pro Σηςὸν legendum Σήσαμον: erat enim Seſamus urbs ad Pontum non longe a Sinope

Ib. c. 25. Δρομιχαίτης προπεσὼν, αὐτόν τε Λυσίμαχον, καὶ τȣ̀ς μετ᾽ αὐτȣ̃ πάντας ἀνεῖλεν. Omnino legendum eſt προσπεσὼν, non προπεσὼν; illo enim ſemper hac in re utitur *Polyaenus*, niſi tamen & alibi idem error irrepſerit.

Ib. c. 33, § 1. Ἀρταβάζῳ πολιορκοῦντί τινα πόλιν, Τιμόξενος Σικυώνιος προεδίδου τὴν πόλιν. Urbs ea quam obſidebat Artabazus, Potidaea erat, ut liquet ex *Aeneae* Poliorc. c. 31, ubi eadem narratur hiſtoria M. S. Flor. pro Σικυώνιος habet Σκιωναῖος, quod lubens receperim, cum Scione non adeo longe a Potidaea diſtet. Quia vero idem M. S. legit πολιορκοῦντι τὴν πόλιν, anne coniicere licet, *Polyaenum* ſcripſiſſe πολιορκοῦντι τὴν Ποτίδαιαν? audacius hoc, fateor, nec tamen diſplicet.

Ib. c. 37. Παρισάδης ..... ἐν ἄλλῃ μὲν ἐσθῆτι τοὺς ςρατιώτας ἐξήταζεν, ἐν ἄλλῃ δὲ κ. τ. λ. Pro ἐξήταζεν maluerim legere ἐξέταττεν: ſequitur enim dein: ἐκτάττων μὲν γὰρ ἐβούλετο εἶναι πᾶσιν ἐπιφανής. Eſt autem ἐκτάττειν, *aciem inſtruere.*

L. VIII, c. 23, § 32. Καῖσαρ τοιούτου λέγοντος ἀπαίσια τὰ ἱερά. Vocem τοιούτου corruptam eſſe certiſſimum eſt: non ita certum quomodo emendanda. *Caſaubonus* tentabat τοῦ ἱερέως vel τοῦ μάντεως, optime ſi ſenſum ſpectemus; ſed ſic nimis a ductibus vocis corruptae receditur. Ego, ſenſum *Caſauboni*, veſtigia corruptae lectionis ſequutus emendandum iudico τοῦ θύτου. Θύτης, ut notum, ſacerdos eſt, qui ſacrificium peragit. Cum vero olim voces omnes inter ſcribendum continuarentur, facillime ſane corrumpi potuit ΤΟΥΘΥΤΟΥ in ΤΟΙΟΥΤΟΥ.

Ib. c. 26. γῆν ἄκαρπον ἐδίδαξα σπαρέσθαι. ποταμοῖς γὰρ αὐτὴν. ἔμιξα ἐμοῖς. Verbum ἔμιξα e M. S. repoſuit *Maaſvicius*, cum ante ἔσμιξα legeretur: ſed nec ἔμιξα mihi placet: gloriatur Semiramis ſeſe ex terra ſterili & inculta fertilem feciſſe, immittendo nempe in eam fluvios, & ſic terram eam rigando: num vero hoc ſatis oppoſite dicatur γῆν ποταμοῖς μίσγειν, du-

dubito: mallem equidem δεύειν vel ἄρδειν. Verum forte lectio vulgata ita erit reſtituenda: ποταμοῖς γὰρ αὐτὴν ἔσμηξα ἐμοῖς. *fluviis enim meis eam deterſi*, & ſterilitatem quaſi ablui.

CAPUT XVI.

Vitruvius ſaepius e M. S. & coniecturis emendatur. Diſcrimen inter Arctophylax *&* Arcturus. Supra *&* inſuper *cum genitivo. Gloſſemata in Vitruvio. Scholiaſtes Germanici ſemel iterumque emendatur. Eratoſthenes tentatur, nec non Manilius. Serpens Arctos diſtinguens. Manilius defenditur. Beſtia quam Centaurus manibus tenet. Eratoſthenes emendatur. Canopus ſtella.*

IN *Vitruvio* vix quidquam corruptius exſtare putem binis Libri IX capitibus, quibus aſteriſmos recenſet, ſexto nempe & ſeptimo: ea obiter hic excutere animus eit. Cap. 6. haud procul initio haecce habentur: *Ab eo non longe conformata eſt Virgo, cuius ſupra humerum dextrum lucidiſſima ſtella nititur, quam noſtri provindemiam, maiorem Graeci προτρύγετον vocitant, candens autem magis ſpecies eius eſt colorata. Item alia contra eſt ſtella media genuorum Cuſtodis Arcti, qui Arcturus dicitur.* In M. S. Franequerano, non leguntur binae priores voculae, *Ab eo*; nec multum illis indigemus: dein idem liber exhibet: *quam noſtri providentiam, maiores Greci propygethon vocant:* quae ideo tantum adſcribo, ut pateat quomodo mala ſerpere, &

 men-

mendae mendis accumulari ſoleant; nec enim putet quis quidquam ſani ex his erui poſſe, niſi forte placeat *vocant* pro vulgato *vocitant*: unice vera eſt palmaria magni *Scaligeri* emendatio in notis ad *Manil.* p. 47. *quam noſtri provindemiatorem, Graeci* προτρυγητὴν *vocitant: candens autem magis ſpecies eius eſt. Colorata item alia contra eſt ſtella media genuorum Cuſtodis Arcti, qui Arcturus dicitur:* in quibus nihil diſplicet, niſi quod corrigere malim, *quae Arcturus dicitur*, ut pertineat ad *ſtella*, quippe tota conſtellatio Arctophylax, ſola haec ſtella Arcturus dici ſolet. *Manil.* L. 1. 322, in quem locum commentatur *Scaliger*.

A tergo nitet Arctophylax; idemque Boôtes,
Quod ſtimulis iunctis inſtat de more iuvencis,
Arcturumque rapit medio ſub pectore ſecum.

Eratoſth. Cataſter. c. 8. de Arctophylace: ἀνὰ μέσου τῶν γονάτων ἀ. λαμπρότατον, ὃς δὴ Ἀρκτοῦρος καλεῖται. quibus addi poſſent plures alii.

Pergit *Vitruvius: Eſt ibi dedicatus e regione capitis Septentrionis, transverſus ad pedes Geminorum Auriga, ſtatque in ſummo cornu Tauri.* Pro *ſtatque* M. S. legit *ſtat* absque copula, ſed a ſecunda manu corrigitur: *ſtat is in ſummo cornu Tauri*, quod vulgato non deterius eſt.

Sequitur: *Itemque in ſummo cornu laevo ad Aurigae pedes, una tenet parte ſtellam, & appellatur Aurigae manus. Hoedi capra laevo humero Tauri quidem & Arietis, inſuper Perſeus dexterioribus caput Arietis, & manu dextra innitens. Caſſiopeae ſimulacro, laeva ſupra Aurigam tenet Georgoneum*

ad

ad ſummum caput, ſubiiciensque Andromedae pedibus. Intricatiſſima haec ſunt, quorum ſenſum vix niſi divinando aſſequi datur. In prioribus M. S. a prima manu habuit: *laevo & auriga pedes*; ac dein *appellantur:* ſed correctum eſt *aurigae* & *appellatur*, nec non *tenent* pro *tenet*. Quid ſi legamus? *Idemque* (Taurus nempe, quo de praeceſſit,) *in ſummo cornu laevo, & Auriga pede unam tenent ſtellam; & appellatur Aurigae manus, Hoedi: Capra laevo humero.* Ita aliquis ſaltem erit horum verborum ſenſus, quanquam oratio non admodum elegans ſit. Habent enim Tauri cornu & pes Aurigae ſtellam communem; tum quoque Hoedi dicuntur binae ſtellae in manu Aurigae: Capra, quae ipſius humero haeret. In ſequentibus M. S. legit: *ſubtercurrens baſem uirgilias ſiniſterioris:* ſed ab interpolatore correctum: *virgiliarum ſiniſterioribus.* Forte legendum: *Tauri quidem & Arietis inſuper Perſeus, dexteriori ſupercurrens baſi Virgilias, ſiniſteriori caput Arietis:* ut *baſi* ſit pro planta pedis, quid enim ſit *baſis Virgiliarum*, ignoro. In iis vero quae proxime ſequuntur egregie legit M. S. ſed a ſecunda manu: *& manu dextra innitens Caſſiopiae ſimulacro, laevam ſupra Aurigam tenet, Gorgoneum adſumens caput, ſubiiciensque Andromedae pedibus.*

Aliquibus interiectis habetur: *Item Aquarius ſupra Equi caput. Equi ungulae attingunt Aquarii genua. Caſſiopeae media eſt dicata Capricorno ſupra in altitudine, Aquila & Delphinus, ſecundum eos eſt Sagitta.* Peſſime & haec habita, nec multum iuvat M. S. cuius tamen varias lectiones annotabo. Initio nempe habet: *Item Aquarii ſupra*; ac dein, *eſt dedicata Capricorni ſupra in altitudinem:* mirum,

 rum,

rum, *Vitruvium* toties cum genitivo conſtruere *ſupra*, *ſuper*, *inſuper*: ut paulo ante, *Tauri & Arietis inſuper*: ac poſtea *Sagittarii*, *Scorpionis*, *Librae inſuper*: unde id librariis non adſcripſerim, ſed auctoris ἀκυρολογίαν incuſaverim. Quod vero hic legitur, *Equi ungulae attingunt Aquarii genua*, falſiſſimum eſt, ut recte obſervat *Philander*. Parum abeſt, quin corrigi iubeam: *Item Aquarii* (niſi *Aquarium* mavis,) *ſupra Equi caput*, *cuius ungulae attingunt genua Caſſiopeae. Media eſt dedicata Capricorni ſupra in altitudinem Aquila & Delphinus: ſecundum eos eſt Sagitta.* Quae cum noſtris ſphaeris non quidem penitus conſentiunt, ſed potuere illae, quibus utebatur *Vitruvius*, aliter paulo diſpoſitas figuras praetuliſſe. Nec miretur quis expellere me ante *genua* vocem *Aquarii*: cum enim prave diſtincta foret, ut in noſtris editionibus. *Cuius ungulae attingunt genua. Caſſiopeae media*, *&c.* audaculus quidam, ſententiam deficere videns, interpoſuit *Aquarii*, cuius mentio praegreſſa erat. Simile mox videbimus.

Poſt pauca ſequitur: *Inde Sagittarii*, *Scorpionis*, *Librae*, *inſuper Serpens ſummo roſtro Coronam tangit*, *ad eum medium Ophiuchus in manibus tenet Serpentem*, *laevo pede calcans frontem Scorpionis*, *mediam partem Ophiuchi capitis. Non longe poſitum eſt caput eius qui dicitur nixus in genibus.* Male haec in libris manu exaratis feruntur, & parum feliciter a *Philandro* mutata ſunt. M.S. Franeq. pro *ad eum* legit *at eum*, ſed a correctore: dein exhibet: *calcans mediam frontem Scorpionis: partem Ophiuchi capitis:* ſed a correctore inter *Scorpionis* & *partem* adſcriptum eſt, *ad dextram.* Poſt vero

pro

pro *nixus* mendoſe legit *Neſſus* cum M. S. S. *Philandri.* Vix dubito quin veram lectionem reſtituam legendo: *Inde Sagittarii, Scorpionis, Librae inſuper, Serpens ſummo roſtro Coronam tangit: at eum medium Ophiuchos*(ſic M. S.) *in manibus tenet, laevo pede calcans mediam frontem Scorpionis. Ad dextram partem Ophiuchi capitis non longe poſitum eſt caput eius, qui dicitur nixus in genibus.* Mallem equidem: *Ad ſiniſtram partem Ophiuchi capitis:* niſi tamen & haec in *Vitruvii* ſphaeris aliter diſpoſita fuerint. Eieci vero τὸ *Serpentem* quippe ex gloſſemate ortum, & inconcinnum faciens verborum nexum. Plura talia exſtant apud Scholiaſtem *Germanici:* ſic ubi de Cancro ait: *Quod cum Hercules cum Hydra ad fontem Lernaeum depugnaret, hic Cancer Herculis pede morſu deprehendit, ut Panyaſis auctor dicit, quem miratus Hercules calcatum contrivit:* eiecto τῷ *Cancer* lego: *hic Herculis pedem morſu deprehendit, ut Panyaſis auctor dicit, quem iratus Hercules calcatum contrivit.* Firmat hanc emendationem *Eratoſthenes* c. 11, unde haec tranſlata: ὅτι μόνος Ἡρακλεῖ τῶν ἄλλων συμμαχούντων, ὅτε τὴν Ὕδραν ἀνῄρει, ἐκ τῆς λίμνης ἐκπηδήσας ἔδακεν αὐτοῦ τὸν πόδα, καθάπερ φησὶ Πανύασις ἐν Ἡρακλείᾳ. θυμωθεὶς δ᾽ ὁ Ἡρακλῆς, δοκεῖ τῷ ποδὶ συνθλάσαι αὐτόν. Sed in his verbis mendoſa videntur illa, τῶν ἄλλων συμμαχούντων, pro quibus *Galeum* legiſſe puto, τοῦ Ἰολάου συμμαχοῦντος, quae lectio haud improbabilis eſt.

Idem *Germanici* Scholiaſtes de Delphino ait: *Neptunus poſt eam multos miſit qui eam peterent,* (*Amphitriten* nempe) *inter quos & Delphinum. Qui cum circa inſulas Atlantis moraretur, reperit eam.* Sed legendum gloſſemate reiecto: *Neptunus poſtea multos*

 tos

tos miſit, qui eam peterent, inter quos & Delphinum. Qui cum circa inſulas, &c. Confer iterum *Eratoſthenem* c. 31.

Antequam pergam in *Vitruvio*, adſcribere lubet locum *Manilii* de Ophiucho L. 1. v. 338.

Serpentem Graiis Ophiuchos nomine dictus
Dividit, atque etiam toto ingens corpore corpus
Explicat, & nodos ſinuataque terga per orbes.
Reſpicit ille tamen molli cervice reflexus,
Et redit, eluſis per laxa volumina palmis.

Ita edidit magnus *Bentleius*: ſed cum prior verſus in omnibus libris ita feratur,

Serpentem magnis Ophiuchos nomine ſignis
Dividit.

nimia videtur ipſius medicina: dubito utique, nonne tolerari poſſit *magnis ſignis* pro *magnis ſtellis*, ut Graeci τείρεα adhibent: id ſi nequit, vide an placeat ita legi:

Serpentem medium aſt Ophiuchos nomine ſignum
Dividit, ac toto cingentem corpore corpus
Explicat: at nodos ſinuataque terga per orbes
Reſpicit ille tamen, molli cervice reflexus;
Et redit, eluſis per laxa volumina palmis.

ſecundus verſus ſic fere concipitur in M. S. S. Lipſ. & Voſſ. niſi quod pro *ingentem* reſcripſi *cingentem*, quod ipſe ſuggeſſit *Bentleius*, cuius quoque egregiam in verſu poſtremo emendationem ſecutus ſum.

Sed

Sed iam pergam in *Vitruvio*; is poſt pauca ait: *Pes ingeniculati ad id fulcitur capitis tempus Serpentis, qui eſt inter Arctos (qui Septentriones dicuntur) implicatus, parve per eos flectitur Delphinus, contra Volucris roſtrum eſt poſita Lyra.* Haec a *Philandro* ſunt; ante ipſum enim fuit: *Serpentis, cuius Arcturum, qui Septentriones dicuntur, &c.* nec aliter habuit a prima manu M. S. Franeq. ſed in hoc dein correctum: *qui eis Arcturos .... implicatis, parte per eos flectitur.* Forte haec ita legenda ſunt: *cuius inter Arctos .... implicati pars per eos flectitur. Contra Volucris roſtrum eſt poſita* (M.S. *propoſita*) *Lyra.* Vel: *qui Arctis ...... implicatus, parte per eos flectitur.* Delphini vero (quo de ſupra iam egit) mentio hic plane importuna; ac fallor niſi iterum interpolatorum facinus eſt.

Sequitur: *Inter humeros Cuſtodis & Geniculati Corona eſt ornata.* M. S. legit *Genuclati*, & *orinata* a prima manu, ſed *ordinata* corrigitur, quod probo. Proxima ita fere conſtituenda putem: *In Septentrionali vero circulo duae poſitae ſunt Arcti ſcapularum dorſis inter ſe compoſitae, pectoribus averſae, e quibus minor Cynoſura, maior Helice a Graecis appellatur; earumque capita infra ſe deſpicientia ſunt conſtituta: caudae capitibus earum adverſae, contraque diſpoſita figurantur, utrarumque enim ſuperando eminent in ſummo. Per caudas earum eſſe dicitur item Serpens exporrecta, eaque ſtella quae dicitur polus elucet circum caput maioris Septentrionis: namque qua eſt proxime, circum caput eius involvitur, una vero circum Cynoſurae caput iniecta eſt flexu, porrectaque proxime eius pedes. Hic autem intorta replicataque ſe attollens,*

reflectitur a capite minoris ad maiorem, contra roſtrum & capitis tempus dextrum. In vulgatis haec mala lectione & peiori diſtinctione ita obſcurantur ut intelligi nequeant. Reſcripſi *infra ſe deſpicientia*, pro *inter ſe* quod editi habent. Pro *deſpicientia* M. S. *diſpicientia.* Poſt editi exhibent: *Serpens eſt porrecta, e qua ſtella quae dicitur polus, plus elucet:* ſed *exporrecta* M. S. idemque pro *e qua* a ſecunda manu habet *eaque:* nec non *polus*, omiſſo τῷ *plus*, quod è varia lectione ortum videtur. Sed longe ineptiſſima ſunt ea quae ſequuntur in editis & M.S. *Namque quae* (M.S. *que*) *eſt proxima* (M. S. *proxime*) *Draconem, circum caput eius involvitur.* Quaenam quaeſo eſt illa, quae *proxima Draconem circum caput ipſius involvitur?* Nullus hic eſt Draco niſi is, quem mox Serpentem vocavit, qui variis flexibus Arctos circuit ex ſententia veterum, non ipſe ab aliis involvitur. Suſtuli itaque vocem *Draconem* importunam, & praeter mentem auctoris illatam; niſi forte malis: *namque qua eſt proxime Arcton* (Serpens nempe) *circum caput eius involvitur.* Ut *Arctos* denotet κατ' ἐξοχὴν maiorem Urſam, licet alias id nomen utriſque commune ſit. De ſpiris vero, quibus Serpens Arctos involvit, videſis *Aratum* eiusque Interpretes. Ita V. G. *Germanicus.*

Has inter medias, abrupti fluminis inſtar
Immanis ſerpens ſinuoſa volumina torquet
Hinc atque hinc, ſupraque illas, mirabile monſtrum.
Cauda Helicen ſuperat, tendit ſimul ad Cynoſuram
Squammigero lapſu: qua deſinit ultima cauda
Hac caput eſt Helices; flexu comprenditur alto

Ser-

Serpentis Cynoſura: ille explicat amplius orbes,
Sublatusque retro maiorem reſpicit Arcton.

Ita enim legendos puto eos verſus. *Manil.* L. 1. v. 312.

Has inter fuſus, circumque amplexus utramque
Dividit & cingit ſtellis ardentibus anguis;
Ne coëant, abeantve ſuis a ſedibus unquam.

Sic legunt omnes libri ante *Bentleium*, qui medium verſum ita interpolat.

Dividit & iungit ſquamis ardentibus anguis:

ſed non video, quid virum magnum ad novandum impulerit: ſcripſit *Manilius* omnino *cingit* non *iungit:* cohaeret enim hic verſus cum praecedenti, & eum explicat quaſi. *Serpens*, inquit, *inter* Arctos *fuſus*, eas *dividit*, *circumque amplexus cingit*. Brevius hoc *Virgil.* Georg L. 1. v. 244.

Maximus hic flexu ſinuoſo labitur anguis
Circum, perque duas in morem fluminis Arctos.

Cingit itaque Arctos Serpens ac ſpiris ſuis amplectitur: tum quod pro *ſtellis* legit *ſquamis*, nimis a vulgato abit; & recte dicitur *ſtellis ardentibus*, ut ſupra v. 255 de ſtellis ait:

Nunc tibi ſignorum lucentes undique flammas
Ordinibus certis referam.

& dein v. 329,

Candidaque ardenti diſtinguit lumina flamma.

Sed

Sed tempus eſt ad ſequens *Vitruvii* caput tranſeundi, in quo paucis defungar. Mox in initio legitur: *Primum ſub Capricorno ſubiectus Piſcis auſtrinus cauda proſpiciens Cephea:* ſed optime corrigit *Philander: caudam proſpiciens Ceti.* Juvat M. S. Franeq. *Cephei* exhibens pro *Cephea.* Sequitur paulo poſt: *Centauri priores partes proximae ſunt Librae, & Scorpionem tenent in manibus. Simulacrum id, quod Beſtiam aſtrorum periti nominaverunt, ad Virginem, & Leonem, & Cancrum: Anguis porrigens agmen ſtellarum intortus, ſubcingit regionem Cancri, erigens roſtrum ad Leonem, medioque corpore ſuſtinens Craterem, ad manumque Virginis caudam ſubiicien, in qua ineſt Corvus.* Peſſime haec diſcerpta & confuſa: priora M. S. a ſecunda manu ita concipit: *Centauri priores partes proximae ſunt Librae & Scorpioni: tenet* (Centaurus ſc.) *in manibus ſimulacrum id, quod Beſtiam aſtrorum periti nominaverunt:* quae lectio veriſſima procul omni dubio, atque ita fere coniecerat *Philander.* De beſtia, quam manibus tenet Centaurus non poſſum, quin adſcribam locum *Eratoſthenis* Cataſt. c. 40. ἔχει δὲ καὶ ἐν ταῖς χερσὶ τὸ λεγόμενον θηρίον, ὃ ποιοῦσι τὸ σχῆμα τεταγμένον. τινὲς δὲ ἀσκόν φασιν αὐτὸ εἶναι οἴνου, ἐξ οὗ σπένδει τοῖς θεοῖς ἐπὶ τὸ θυτήριον. non dubito, quin corruptus ſit hic locus; nec enim capio quid ſit σχῆμα τεταγμένον: quid ſi legamus? ὃ ποιοῦσι τὸ σχῆμα τετράγωνον: quadrangulam enim huic ſigno formam fuiſſe probabile ſit ex iis quae addit, alios id pro utre habuiſſe: ſed hoc in tranſitu. Illa quae ſequuntur apud Vitruvium ita conſtituo: *At Virginem, & Leonem, & Cancrum, Anguis porrigens agmen ſtellarum, intortus ſubcingit, regione Cancri erigens roſtrum; ad Leonem medio*

dio corpore ſuſtinens Craterem, ad manumque Virginis caudam ſubiiciens, in qua ineſt Corvus. M. S. legebat *regione Cancri*, & a correctore *e regione*, quod ſi cui arriſerit, per me licet. Conveniunt vero haec, ut a me correcta ſunt, cum iis quae de Hydra habet *Aratus*, qui adeundus eſt.

Miſſo iam loco, quem feliciſſime Franequerani Codicis ope ſanavit magnus *Weſſelingius* Obſerv. L. II. c. 28, tranſeo ad alium longius hinc diſſitum: *Huius autem rei index eſt ſtella Canopi, quae his regionibus eſt ignota, renunciantibus negotiatoribus, qui ad extremas Aegypti regiones, proximasque ultimis finibus terrae terminationes, fuerunt.* Mercatores igitur renuntiabant Canopi ſtellam his regionibus (i. e. Italiae, & in genere iis quae ad Boream vergunt,) ignotam eſſe: quod plane abſurdum; conſtare hoc poteſt cuicunque, qui paternos lares nunquam reliquit, nec longa peregrinatione, ut id diſcatur, opus eſt: lege itaque e M. S. *quae his regionibus eſt ignota, renuntiant autem negotiatores, &c. Renuntiant*, i. e. narrant de ea, ac referunt ſibi viſam in Aegypto.

CAPUT XVII.

Epigramma vetus apud Strabonem corrigitur, Varia Locrorum cognomina. Epitaphium canis. Aliud vetus Epigramma emendatur & explicatur. Inſcriptio fontis Cliterii apud Vitruvium e M. S. corrigitur. Παῦσάι τινα λύσσης Ἀρτεμής. *Lapides veteres emendantur.*

CAput hoc dabitur Epigrammatibus nonnullis antiquis. Primum eſto Epitaphium Graecorum, qui ad Thermopylas ceciderunt, ſervatum nobis a *Strabone* L. IX. p. 425. Id ita vulgatur

Τοὺς δέ ποτε Φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων
Μητρόπολις Λοκρῶν κεύθει Ὀπουντία . . . .

Supplent nonnulli Ὀπουντία γῆ vel χθών. Sed M. S. S. *Caſauboni* poſteriorem verſum ita exhibebant

Μητρόπολις Λοκρῶν κεύθει νόμων Ὀπόεις.

In M. S. Florentino cuius varias lectiones publicavit Cel. *Abr. Gronovius*, penultima vox deeſt, quod indicat eam iam dudum corruptam fuiſſe: quippe & ſenſum & metrum turbat. Ipſe *Gronovius* coniicit κεύθει ὁμοῦ Ὀπόεις, & forſan vera eſt ea lectio; appono tamen & meam coniecturam, qua lego

Τούσδε ποτε Φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων

Μη-

Μητρόπολις Λοκρῶν κεύθει ὅλων Ὀπόεις.

Hos, qui olim occubuere pro Graecis contra Medos [pugnantes]
Tegit metropolis Locrorum cunctorum Opus.

Λοκρῶν ὅλων, quia gens Locrorum pluribus cenſebatur cognominibus: Opuntii enim vocabantur ii, qni Opuntem tenebant; ab his diverſi erant Epicnemidii, & Ozolae, nec non Locri Epizephyrii dicti, qui Italiam incolebant. Horum igitur omnium, ſi vera eſt mea lectio, metropolis erat Opus.

Succedat aliud Epitaphium canis ſepulcro impoſitum, quod e veſtigiis Inſcriptionis male expreſſis ita reſtituit *Iſ. Voſſius* in Not. ad *Mel.* L. II. c. 2.

Τὴν τρίβον εἰ παράγεις ἀλύπως τόδε σῆμα νοήσῃς
Μὴ δέομαι γελάσῃς εἰ κυνός ἐςι τάφος.
Ἐκλαύσθην· χεῖρες δὲ κόνιν συνέθηκαν ἄνακτος,
Ὅς με καὶ ςήλῃ τὸν δ' ἐχάραξε λόγον.

Optime procul dubio; niſi quod primus verſus male procedere, nec ſenſum idoneum fundere videtur; quorſum enim pertinet τὸ ἀλύπως? haud facile dixeris; literae unde verſum hunc exſculpſit *Voſſius* hae ſunt,

ΤΗΗΤΡΙΒΟΝ ΠΑΓΑΓΕΙΣ
ΑΛΙΙΤΩΣ ΤΟΔΕΣΗΝΑ'ΝΟΗΣΗΣ

unde commodius, ni fallor, ſic concipietur prius diſtichon

Τὴν τρίβον ὃς παράγεις, ἄν πως τόδε σῆμα νοήσῃς,
Μὴ δέομαι γελάσῃς εἰ κυνός ἐςι τάφος.

Qui

Qui hac via praetergrederis, ſi forte monumentum hoc videas,
Ne rideas precor quod canis ſepulcrum eſt.

Sunt verba canis quaſi, quibus viatorem alloquitur, ut in epitaphiis fieri ſolet. Contentus ero adduxiſſe unum Epigramma *Phaedimi* editum iam dudum ab *Holſten.* ad *Steph.* v. Τορώνη, & quod legitur etiam inter Epigrammata a *J. Jenſio* non ita pridem edita n. CXIV.

Αἰάζω Πολύανθον. ὃν εὐνετὶς, ὦ παραμείβων,
Νυμφίον ἐν τύμβῳ θῆκεν Ἀριςαγόρη,
Δεξαμένη σποδιήν τε καὶ ὀςέα.

Ὦ παραμείβων, i. e. *O viator*, qui hac via proficiſceris; quod vocabulum perperam ſuſpectum erat *Jenſio*. Reſcripſi vero Ἀριςαγόρη pro Ἀριςαγόρην ſenſu iubente. Verum ut eo redeam, facile ΑΝΠΩΣ a deſcriptore minus perito mutari potuit in ΑΛΙΙΤΩΣ; ſaepiſſime enim ΑΙ & Ν, etem ΙΤ & Π confunduntu.

In memoriam hoc revocat elegans epigramma de fonte Clitorio, quod legitur apud *Vitruv.* L. VIII. c. 3, in quo deſcribendo librarius M. S. Franequerani paſſim confudit literas figura ſimiles Α, Δ, Λ: Γ & Τ: nec non ΤΙ & Π. Scribit V. G. ΚΑΙΤΟΡΟΣ pro ΚΛΙΤΟΡΟΣ, ΑΤΙΟ pro ΑΠΟ, ΤΙΟΜΑ pro ΠΟΜΑ, &c. unde liquet eum linguae Graecae rudem plane fuiſſe, ſed eos quos reperiebat characteres fideliter, quantum poterat, expreſſiſſe: unde non poſſum quin annotem inſignem lectionis differentiam in diſticho penultimo, quod ita vulgo fertur:

Φεῦγε

Φεῦγε δ' ἐμὴν πηγὴν μισάμπελον, ἔνθα Μελάμπυς
Λυσαμένος λύσσης Προιτίδας ἀργαλέης
Πάντα καθαρμὸν ἔκοψεν ἀπόκρυφον, εὖτ' ἂν ἀπ' Ἄργυς
Οὔρεα τρηχείης ἤλυθεν Ἀρκαδίης.

Sed in M. S. legitur: ΦΕΥΓΕΔΕΤΕ ΤΙΤΗΝΜΕΙΣΑΜΠΕΛΟΝΕΝΘΑ ΜΕΛΑΜΠΟΥΣ ΑΥΣΑΜΕΝΟΣ ΛΥΣΕΗΣ ΠΡΟΙΤΙΑΛΣΑΡΤΕΜΕΙΑΣ. Pro Λυσάμενος igitur reperit Αὐσάμενος, quod forte ex Λυσάμενος ortum; parum tamen abeſt, quin Παυσάμενος reſcribam: optime enim dicitur παῦσαι τινὰ νόσυ, vel λύσσης, *aliquem a morbo* vel *a rabie liberare.* ita *Alexis* in fragmento apud *Athen.* L. VIII. p. 340. A, quod egregie huc facit:

Ἃς ὐδὲ Μελάμπυς, ὃς μόνος τὰς Προιτίδας
Ἔπαυσε μαινομένας, κατασήσειεν ἄν,

Verum magis adhuc differunt in ultima huius verſus voce: pro ἀργαλέης enim M. S. ΑΡΤΕΜΕΙΑΣ legit, quod etſi metro repugnet, parum tamen a vero abeſſe puto: lubenter itaque legerim

Φεῦγε δ' ἐμὴν πηγὴν μισάμπελον, ἔνθα Μελάμπυς
Παυσάμενος λύσσης Προιτίδας ἀρτεμέας
Πάντα καθαρμὸν ἔκοψεν ἀπόκρυφον, εὖτ' ἂν ἀπ' Ἄργυς
Οὔρεα τρηχείης ἤλυθ' ἐς Ἀρκαδίης.

Ἀρτεμὴς a Grammaticis exponitur ὁλόκληρος. ὑγιὴς, quod optime huic loco convenit: vertendum itaque

Fuge vero meum fontem vitibus inimicum, in quem Melampus
Poſtquam Proetidas a furore liberatas ſanitati reddidiſſet
Omnem luſtrationis apparatum coniecit, &c.

Immo hanc correctionem ſtabiliunt ipſa, quae praecedunt, *Vitruvii* verba: *Ad eum autem fontem Epigramma eſt in lapide inſcriptum hac ſententia, verſibus Graecis: eam non eſſe idoneam ad lavandum, ſed etiam inimicam vitibus, quod apud eum fontem Melampus ſacrificiis purgaviſſet rabiem Proeti filiarum, reſtituiſſetque earum virginum mentes in priſtinam ſanitatem.* Cum enim dicit Proetidas *reſtitutas in priſtinam ſanitatem*, quin legerit παυσαμένος λύσσης ἀρτεμέας, nullum mihi dubium eſt. Absque M. S. autem nemini facile ſuſpecta fuiſſet vox ἀργαλέης.

Tranſeo ad aliud epitaphium, quod e lapide antiquo exhibet *P. Lucas* in Itin. Aſiat. n. 28, ubi ita legitur

ΤΑΦΟΝΤΟΝ ΕΝΤΑΠ ΑΗCΙ.
ΟΝΒΩ ΜΟΝΘΑΜΑΕ ΤΕΤΞΚΑ.
ΤΑΓΗΣ ΚΛΑΤΔΙΑΗ ΚΑΙ ΔΕ-
ΧΑΣ. ΑΘΗΝΙΩ ΝΙΓΑΤΚΤ ΤΑ
ΤΩ. ΚΑΙ ΦΙΔΤΤΑΤΩ ΑΓεΝΩ
ΓΕΝΩΜΕΝΩΣ ΤΜΙΩ ΜΝΗΣ
ΧΑΡΙΝ.

Peſſime haec diſtincta: ſed nemo non videt, ita legenda eſſe

Τάφον τὸν ὄντα πλησίον βωμὸν θ' ἅμα
Ἔτευξα κατὰ γῆς Κλαυδία ἡ καὶ Δεχὰς,
Ἀθηνίωνι γλυκυτάτῳ καὶ Φιλτάτῳ
Ἀγνῷ γενομένῳ συμβίῳ, μνήμης χάριν.

Sunt ſenarii quatuor Jambici: forte autem vitium deliteſcit in fine ſecundi, nec enim memini alibi reperiſſe Δεχὰς pro nomine mulieris: ut ut ſit, Claudia

dia illa, cui aliud praeterea cognomen, dicaverat monumentum hoc memoriae mariti ſui Athenionis, qui nulla prole relicta obierat.

Adiicio aliam Inſcriptionem apud eundem *P. Lucam* exſtantem n. 65. cuius verba male diſtincta & corrupta ſequentem in modum reſtituo:

Ὄντως σῆς ἀρετῆς Αὐξέντιε, καὶ τόδε θαῦμα
  Δείμασθαι ποταμῷ χειμερίοισι δρόμοις,
Ἄῤῥηκτον κρηπῖδα σιδηροδέτοισι θεμείλοις,
  Ὧν ὑπὲρ εὐρείην ἐξετάνυσσας ὁδὸν·
Ἣν πολλοὶ καὶ πρόσθεν ἀπειρείῃσιν . . . . .
  Κυδναίων ῥείθρων τεῦξαν ἀφαυροτέρην,
Σοὶ δ' ὑπὲρ ἀψίδων αἰώνιος ἐῤῥίζωται,
  Καὶ ποταμὸς πλήθων πρηΰτερος τελέθει.
Αὐτὸς τὴν δὲ γέφυραν ἀνασχόμενος τελέσασθαι
  Ἡγεμόνος Πίθου τοῦ διασημοτάτου.
Ὄφρα σε καὶ μετόπισθεν ἔχοι κλέος ἶσον ἐκείνοις
  Οἳ Νείλου προχοὰς ζεῦξαν ἀπειρεσίους.

Ita legendum videtur; ſed in quinto verſu conſtituendo haereo nonnihil: apud *Lucam* ita exhibetur

ΗΝ ΠΟΛΛΟΙ ΚΑΙ ΠΡΟϹ ΘΕΝΑ ΠΕΙΡΕΙΗΣΙΝΟϹΚΟ

fuit forſan in lapide,

Ἣν πολλοὶ καὶ πρόσθεν ἀπειροσύνῃσι νόοιο
  Κυδναίων ῥείθρων τεῦξαν ἀφαυροτέρην.

niſi potius retinendum ſit ἀπειρείῃσι pro ἀπειρίῃσι: ſenſus utriusque lectionis eodem recidet: videtur autem haec inſcriptio inciſa fuiſſe ponti, quo Cydnum fluvium iunxerat Auxentius neſcio quis.

CAPUT XVIII.

Ariſtaenetus aliquoties coniecturis tentatur. Δάπις *idem quod* τάπης. Εὐαλδής. Λεπτὸν *&* Λυπρὸν *confuſa.* Ἐπιπελάζειν *&* Ἐπιπολάζειν. *Thucydides emendatur, ac Scholiaſtes ipſius tentatur. Herodotus tentatur. Hipparchus & Archytas Pythagorei corriguntur. Lexicon bibliothecae Coiſlinianae mendis nonnullis liberatur.* Ἀθηνᾶ ἱππεία. Κολωνὸς *locus Athenis.* Ἁλῶα *feſtum.* Ἡλιαῖα.

MIſcellanea nonnulla hoc caput continebit. Agmen ducat *Ariſtaenetus*, in quo multa adhuc limae indigent: is Lib. 1. Epiſt. 3. p. 18, ita ait: ἐπὶ τὸ πεδίον κατεκλίθημεν· οἷ τῶν πολυτελεςάτων δαπέδων δενδρῖται πολλὰ τῆς ὀπώρας πλησίον, ὄχναι καὶ ῥοιαὶ, καὶ μήλεαι ἀγλαόκαρποι. Peſſime haec corrupta, nec adhucdum a Commentatoribus ſanata: legendum procul omni dubio: ἐπὶ τὸ πεδίον κατεκλίθημεν, οἷα τῶν πολυτελεςάτων δαπίδων· δένδρα τε πολλὰ τῆς ὀπώρας πλησιον, κ. τ. λ. *in ipſum ſolum accubuimus, utpote tapetem pretioſiſſimum: arboresque iuxta [erant] multae fructibus onuſtae, &c.* δάπις hic uſurpari pro τάπης acute vidit *Pauwius*, in ceteris non adeo felix. Ait itaque ſe cum Limona ſua recubuiſſe non in pretioſis tapetibus, ſed in ipſa terra, quae diverſis florum coloribus quoscunque tapetas provocat: adeoque merito ait πεδίον eſſe τῶν πολυτελεςάτων δαπίδων.

Sequitur paulo poſt: ἦν μὲν οὖν ταῦτα καὶ ἕτερα δένδρα πλησίον· εὐανθῆ μὲν τοὺς ὅρπηκας, πάμφορα δὲ τὸν καρ-

καρπόν· ὡς ἂν εὐωδέςατον παρέχοι τὸν ἐράσμιον τόπον. Vix dubito, quin & haec corrupta ſint, atque hunc in modum reſtituenda: ἦν μὲν ȣ̂ν ταῦτα καὶ ἕτερα δένδρα πλησίον, εὐαλδῆ μὲν τȣ̀ς ὄρπηκας, πάμφορα δὲ τὸν καρπόν· ὡς ἂν εὐειδέςατον παρέχειν τὸν ἐράσμιον τόπον. *erant itaque hae aliaeque arbores in propinquo, ramis quidem validae, fructibus vero opulentae.* Εὐαλδεῖς ὄρπηκες ſunt rami bene nutriti & robuſti, quod melius hic convenire videtur, quam εὐανθεῖς, cum enim ex ſequentibus appareat, omnes fructus iam ad maturitatem perveniſſe, qui quaeſo arbores adhuc florere potuerunt? Εὐαλδῆ vero ab *Heſychio* exponitur εὐαυξῆ: vide quoque *Foëſ.* Oecon. *Hippocr.* εὐωδέςατον vero ſi quis retinere maluerit, non reluctabor, quia in ſequentibus nonnulla eam lectionem propugnare videnrur: eligat itaque lector.

Haud longe abhinc legitur: ἄμπελοι δὲ παμμήκεις σφόδρα γε ὑψηλαὶ περιελίττονται κυπαρίττȣς. Pro γε *Pauwius* recte τε corrigit: ſed praeterea emendandum puto: ἄμπελοι περιελίττονται κυπαρίττοις: nec enim quartus caſus hic tolerari poteſt.

In eadem Epiſt. p. 22. haecce habentur: καλὴ μὲν ȣ̂ν ἡ πηγή· εὔκραὴς δὲ καὶ ἡ τȣ̂ ζεφύρȣ πνοή· τὸ λεπτὸν ἅμα περιμυθȣμένη τῆς ὥρας· λεπτὸν ἅμα καὶ ὑπνηλὸν ἐνηχοῦσα καὶ τῆς εὐωδίας πολὺ συνεπαγομένη τῶν δένδρων, τοῖς μύροις ἀντέπνει τῆς γλυκυτάτης. Variis haec tentata ſunt coniecturis, quae tamen minus arrident: quid ſi corrigamus? εὔκραὴς δὲ καὶ ἡ τȣ̂ ζεφύρȣ πνοὴ (τὸ λυπρὸν ἅμα παραμυθȣμένη τῆς ὥρας, λεπτὸν δ᾽ ἅμα καὶ ὑπνηλὸν ἐνηχȣ̂σα, καὶ τῆς εὐωδίας πολὺ συνεπαγομένη τῶν δενδρων,) τοῖς μυροις ἀντέπνει τῆς γλυκυτάτης. Pro priori λεπτὸν repoſui λυπρὸν, quae voces & alibi confuſae ſunt: eſt vero λυπρὸν aliquando idem quod λυπηρὸν,

 ἐπαχθὲς,

ἐπαχθὲς, moleſtum: erit itaque τὸ λυπρὸν τῆς ὥρας moleſtia caloris, quae Zephyri ſpirantis aura temperabatur & quam paulo poſt vocat τὸ πνίγος τῆς μεσημβρίας: ἅμα vero cum ſuis adiunctis bis ingeſtum nequaquam, ut *Pauwius* putabat, redundat, ſed Atticae potius elegantiae eſt: ita V. G. *Thucyd.* L. II. C. 20 ἅμα μὲν γὰρ αὐτῷ ὁ χῶρος ἐπιτήδειος ἐφαίνετο ἐνστρατοπεδεῦσαι, ἅμα δὲ καὶ οἱ Ἀχαρνῆς κ. τ. λ. & ſic quoque alibi.

Sequitur p. 26. Κἀκεῖνό τε νὴ τὰς Χάριτας ἐπιτερπέστατον ἦν· τοῦτο γὰρ ὀχετηγοῦ κατὰ τάχος ἐπὶ πρασιάς τε καὶ δένδρα τῇ σμινύῃ καθηγουμένου τῷ ῥεύματι πόῤῥωθεν ὁ θεράπων Φιάλας καλλίστου πόματος πλήρεις ἐπὶ τὸν ὁλκὸν ὑφίει, θᾶττον φέρεσθαι κατὰ ῥοῦν. Varie & haec ſollicitata: deliberandum propono, an ſic legi poſſint ac debeant: κἀκεῖνό τε νὴ τὰς Χάριτας ἐπιτερπέστατον ἦν, τοῦτο γὰρ· ὀχετηγοῦ κατὰ τάχος ἐπὶ πρασιάς τε καὶ δένδρα τῇ σμινύῃ καθηγουμένου τὸ ῥεῦμα πόῤῥωθεν, ὁ θεράπων Φιάλας καλλίστου πόματος πλήρεις ἐπὶ τὸν ὁλκὸν ἀφίει, θᾶττον φέρεσθαι κατὰ ῥοῦν. *Erat & illud per Gratias iucundiſſimum, hoc nempe: aquilege celeriter ligone aquam e longinquo inducente in hortos, &c.*

Denique p. 28. habetur: ὁ γὰρ ἔμμετρος οἰνοχόος ἐξεπίτηδες τοσοῦτο θερμότερον τοῦ δέοντος τὸν οἶνον συνέμισγεν ὕδατι διαπύρῳ, ὅσον ἔμελλεν ὁ ψυχρότατος ὁλκὸς ἐπιπελάζων αὐτὸ τὸ κραθὲν ἐπιψύχειν. Et haec corrupta mihi viſa ſunt: quid enim ſibi vult τὸ ἐπιπελάζων? fallor, aut legendum eſt: ὅσον ἔμελλεν ὁ ψυχρότατος ὁλκὸς ἐπιπολάζον αὐτῷ τὸ κραθὲν ἐπιψύχειν· Verto itaque: *prudens enim pincerna opportune tanto calidius iuſto vinum fervida aqua temperaverat, quantum frigidiſſimus canalis innatans ipſi poculum refrigerare poſſet.* Ἐπιπολάζον in ἐπιπελάζων facile abire potuit,

tuit, etſi notione valde differant. Sed iam ſatis me moratus eſt *Ariſtaenetus.*

Tranſeo ad *Thucydidem.* Hic L. III. c. 112. p. 235. ait: *καὶ ὡς εἶδον τὰς Ἀττικὰς ναῦς παραπλεούσας, ἅμα τοῦ ἔργου τῇ ξυντυχίᾳ προσένευσαν, ἡγησάμενοι ἐν τῷ αὐτίκα φόβῳ κρεῖσσον εἶναι σφίσιν ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς ναυσὶν ἤδη διαφθαρῆναι, ἢ ὑπὸ τῶν βαρβάρων, καὶ ἐχθίστων Ἀμφιλόχων* Verbum *προσένευσαν* a Scholiaſta exponitur *προσέπαυσαν*, mendoſe procul dubio, ut cenſet quoque Cel. *Dukerus:* quid ſi *προσέπλευσαν* ſcripſerit? quanquam vitioſa eſſet illa explicatio: hoc itaque miſſo, noto in ſequentibus mendoſum eſſe illud, *ἐν ταῖς ναυσὶν ἤδη διαφθαρῆναι*: nec enim ullus hic eſt ſenſus particulae *ἤδη*. Legendum omnino e conſenſu M. S. S. *ἡγησάμενοι . . . κρεῖσσον εἶναι σφίσιν ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς ναυσὶν, εἰ δεῖ, διαφθαρῆναι, ἢ ὑπὸ τῶν . . . Ἀμφιλόχων. ſatius ducentes (ſiquidem pereundum eſſet,) ab illis qui in navibus erant trucidari, quam ab Amphilochis.* Similis eſt huic locus L. II. c. 74. *οἱ Πλαταιῆς ἐβουλεύσαντο Ἀθηναίους μὴ προδιδόναι, ἀλλ' ἀνέχεσθαι καὶ γῆν τεμνομένην, εἰ δεῖ, ὁρῶντας.*

Addo coniecturam in locum *Herodoti* L. IV. c. 75. narrat ibi, Scythas ſemen cannabis lapidibus ignitis iniicere, unde magnus oriatur fumus ac vapor: *τὸ δὲ* (inquit) *θυμιῆται ἐπιβαλλόμενον, καὶ ἀτμίδα παρέχεται τοσαύτην, ὥς τε Ἑλληνικὴ οὐδεμίη ἄν μιν πυρίη ἀποκρατήσειε· οἱ δὲ Σκύθαι ἀγάμενοι τῇ πυρίῃ ὠρύονται. τοῦτό σφι ἀντὶ λουτροῦ ἐστί.* Ultima vertuntur: *Hoc odore ſtupentes Scythae eiulant: quod apud ipſos loco lavacri eſt.* Sed merito ſuſpecta eſt vox *ὠρύονται*, pro qua doctiſſimus *Galeus* coniiciebat *ἱδρώονται*, forſan haud male: quid ſi tamen minore mutatione legamus? *οἱ δὲ Σκύθαι ἀγάμενοι τῇ πυρίῃ, ἀρύονται. Scythae*

vero vapore delectati, [*eum*] *hauriunt*, ac toto corpore excipiunt. Nec tamen diffiteor, me huic coniecturae non penitus acquieſcere: fors enim eſt, ut aliud quid lateat, quod me perſpicaciores indagabunt.

Jam de philoſophis Pythagoreis, quorum fragmenta edidit *Galeus* in Opuſc. Mythol. &c. bene mereri conabor. *Hipparchus* p. 670. ita loquitur: μήτε ταῖς κατὰ τὸ σῶμα εὐαμερίαις ποτέχοντες, σεμνυνόμενοι ἐπαιρώμεθα αἵτινες ὀλίγω πυρετῶ ἐπιγενομένω, σὺν θεῶν τρόπῳ, συντόμως μαραίνονται. Quid quaeſo notant illa, σὺν θεῶν τρόπῳ?* nihil prorſus, & hinc interpres caute diſſimulavit. Legendum: αἵτινες ὀλίγω πυρετῶ ἐπιγενομένω, ἀνθῶν τρόπῳ συντόμως μαραίνονται. *quae vel levi febricula orta, florum inſtar citiſſime marceſcunt.*

In opuſculo *Archytae* p. 674. haec habentur: ἔςι δ' ὄκνα καὶ δι' ἀγαθῶν οὐ μετρίαν, καὶ διὰ συνήθειαν ἰσχυρὰν, καὶ διὰ Φύσιν μοχθηρὰν, καὶ δι' ἄλλας αἰτίας πολλὰς, ἀδυνατεῖ κατ' ἄκραν γεναθῆμεν παναλαθέος ἀγαθῶ. Impedimenta recenſet, quibus praepediri ſolent homines, ne verum bonum aſſequantur: ſed corrupta ſunt verba, δι' ἀγαθῶν ὐ μετρίαν, ut notavit quoque *Meibomius*, qui recte ἀμετρίαν coniecit pro ὐ μετρίαν. Sed aliud reſtabat; legendum quippe: ἔςι δ' ὄκνα καὶ διὰ παθῶν ἀμετρίαν: ſolent enim paſſiones animi ſaepe occaecare homines, & a vero rectoque transverſos agere.

Pergo ad locum unum alterumque, quos e Lexicis M.S.S. excerpſit Cel. *Montfalcon.* Biblioth. Coiſlin. p. 604. Habetur ibi n. 3. Ἀθηνᾶ ἱππεία· ἢ ὅτι ἐκ τῆς τῦ Διὸς κεφαλῆς, ὡς ὁ μῦθος, μέθιππον ἀνείλατο· ἢ ὅτι ὡς Μνασέας, ἡ Ποσειδῶνος καὶ Κόρης τῆς Ὠκεανῦ θυ-

γάτηρ

γάτηρ Ἀθηνᾶ τὸ ἅρμα τῶν ἵππων ἐξεῦρεν. ἄλλοι δέ Φασιν, ὡς Ἄδρασον Φεύγοντα καὶ ἐπὶ κόλων ἐ σήσαντα τὲς ἵππες, Ποσειδῶνα καὶ Ἀθηνᾶν ἱππείες προσαγορευθῆναι. Merito haec corruptiſſima videbantur praeſtantiſſimo editori: priora ita reſtituenda videntur: ἢ ὅτι ἐκ τῆς τῦ Διὸς κεΦαλῆς; ὡς ὁ μῦθος, μεθ᾽ ἵππυ ἀνήλατο: *ſive quod ex Jovis capite, ut in fabulis eſt, cum equo proſiliit.* Ἀνήλατο eſt ab ἀνάλλομαι, exſilio: ἀνείλατο enim a ſenſu huius loci prorſus alienum eſt. Poſtrema verba ita forſan legenda ſunt: ἄλλοι δέ Φασιν, ὑπ᾽ Ἀδράσου Φεύγοντος καὶ ἐπὶ Κολώνυ σήσαντος τὲς ἵππυς, Ποσειδῶνα καὶ Ἀθηνᾶν ἱππείες προσαγορευθῆναι. Colonus erat collis ita dictus Athenis, cognomine Ἵππειος ſeu Equeſtris, ad diſcrimen alterius Agoraei dicti. Vide de utroque pluſcula apud *Meurs.* Rel. Attic. c. 6.

Sequitur n. 4. Αλοια, ἑορτὴ Δήμητρος καὶ Διονύσυ. προσηγόρευται δὲ διὰ τὸ ταῖς ἀπαρχαῖς ἀπὸ τῆς ἅλω τότε καταχρήσασθαι Φέροντες εἰς Ἐλευσῖνα· ἢ ἐπεὶ ἂν ἅλωσιν ἔπαιζον ἐν τῇ ἑορτῇ. ἤγετο δὲ ἐπὶ τῇ συγκομιδῇ τῶν καρπῶν ἑορτὴ ἀλῶα, ἐν ᾗ καὶ Ποσειδῶνος πομπή. ἀπὸ δὲ τῦ συναυλίζεσθαι, ἔνθεν καὶ ἄλω· καὶ ηλιαῖα δὲ, ἐπεὶ πολλοὶ δικασαὶ συναθροίζονται. His quoque non unum vulnus inflictum eſt; primo enim vox καταχρήσασθαι gravius laborare videtur: nihil quod pro ea reponam habeo, niſi legendum ſit. Ἀλῶα, ἑορτὴ Δήμητρος καὶ Διονύσυ. προσηγόρευται δὲ διὰ τὸ τὰς ἀπαρχὰς ἀπὸ τῆς ἅλω τότε καθιερώσασθαι Φέροντας εἰς Ἐλευσῖνα: poſtea legendum ἐν ἅλωσιν ἔπαιζον Ultima ita conſtituo: ἐν ᾗ καὶ Ποσειδῶνος πομπή· ἀπὸ τῦ συναλίζεσθαι, ἔνθεν καὶ ἅλως, καὶ Ἡλιαῖα δὲ ἐπεὶ πολλοὶ δικασαὶ συναθροίζονται. Vult itaque Ἀλῶα dici ab ἁλίζεσθαι vel συναλίζεσθαι, nec enim a συναυλίζεσθαι deſcendere poteſt: ab ea-

 dem

dem origine deducit ἅλως & Ἡλιαῖα, quod nomen eſſe tribunalis Athenienſium, vix eſt ut moneam. Totus vero locus ſic vertendus videtur. Ἁλῶα, *feſtum Cereris & Bacchi: dictum vero eſt ita, quod primitias [frugum] tunc ab area Eleuſinem ferentes conſecrarent: vel quod in areis luderent feſti huius tempore. Agebatur vero in fructuum comportatione feſtum Haloa, in quo & Neptuno pompa [ducebatur,] a* συναλίζεσθαι *[ita dictum] unde &* Ἅλως *&* Ἡλιαῖα, *quoniam ibi complures iudices congregabantur.* Videndi ſunt illi qui de feſtis Graecorum ex inſtituto ſcripſerunt.

CAPUT XIX.

Errores nonnulli in Geographia commiſſi notantur. Caryae duplices in Peloponneſo. Cellarii error. Polyaenus emendatur. Palmerii diverſam ab illa Syriae Phoenicen ſtatuentis hallucinatio. Scholiaſtes Nicandri tentatur. Lycophronis locus partim defenditur, partim corrigitur. Urbes nonnullae Locridis, Larymna, Phalorias, Pyronaea, &c. Naryx Aiacis Locri patria. Thucydidis Scholiaſtes emendatur, nec non Stephanus. Discrimen inter Πειραίσιοι *&* Παῤῥάσιοι. *Thucydides tentatur.*

LOca eiusdem vel affinis nominis magnas ſaepe in Geographia turbas dant, quia a minus attentis facile confunduntur: id uno alteroque exemplo oſtendere conabor.

Duplices in Peloponneſo fuere Caryae, Laconum alterae, alterae Arcadum. Poſteriores hae erant vi-

vicus Pheneatarum: vide *Pauſan.* Arcadic. c. 13. 14. ſitae igitur in boreali maxime Arcadiae parte, ac a Laconia remotiſſimae. Perperam itaque *Cellar.* L. II, c. 13, p. m. 793. *Pheneatis confines erant Caphyae, eaedemque vergentes in Laconiam.* Male id elicuit ex loco hoc *Livii* L. XXXIV, c. 22, de Quintio conſule. *Caſtra deinde movit, & Parthenio monte ſuperato, praeter Tegeam tertio die ad Caryas poſuit caſtra: ibi, priusquam hoſtium intraret agrum, ſociorum auxilia exſpectavit.* Caryas hás Arcadicas intelligit Vir Cel. quia *Livius* citra hoſtilem agrum, id eſt Laconiam, ponit; nec, niſi tranſitis illis, in agrum Lacedaemoniorum intratum eſſe dicit. Ego tamen quia Caryae Pheneatarum longe hinc abſunt, Laconicas intelligo, quas in ipſo regionis limine verſus Arcadiam ſitas fuiſſe, liquet vel ex *Pauſan.* L. III, c. 10. & *Xenoph.* Hell. L. VI, p. m. 475, ubi de Thebanis: καὶ αὐτοὶ μὲν κατὰ Καρύας ἐνέβαλον. ſc. in Laconiam: laxius ergo capiendum *ad Caryas*, h. e. prope eas & Laconum fines, in agro tamen Arcadico.

Magnus ille *Joſeph. Scaliger* ad *Euſeb.* p. 20. bene quidem diverſas Caryas diſtinguit, ſed minus bene aſſerit Laconicas fuiſſe tantum templum Dianae, non civitatem. Hoc cum ſcriberet, non recordatus eſt *Xenophontis*, qui Hellen. L. VI, p. m. 474, narrat, Thebanis Laconiam incurſuris obviam veniſſe ex Caryis quosdam, duces ſe itineris offerentes. Dein L. VII, p. m. 484, narrat ob hoc factum Archidamum Caryas vi cepiſſe, & quotquot nactus erat, trucidaſſe. Eandem hiſtoriam narrat *Polyaenus* L. I. c. 41. §. 5. Legitur ibi in initio: Ἀρχίδαμος νύκτωρ τοὺς στρατιώτας ἦγεν ἐπὶ Κάρυας. Sed

ἐπὶ

ἐπὶ Καρύας legendum eſſe nemo (puto) in dubium vocabit. Oppidum ergo fuiſſe liquet. Anne igitur & de his intelligendus *Vitruv.* L. I, c. I. *Carya civitas Peloponneſi, cum Perſis hoſtibus contra Graeciam conſenſit; poſtea Graeci per victoriam glorioſe bello liberati, communi conſilio Caryatibus bellum indixerunt. Itaque oppido capto, viris interfectis, civitate deleta, matronas eorum in ſervitutem abduxerunt.* Obſcura eſt illa hiſtoria, nec apud alios, quod ſciam, obvia. Ac proin, ſive Laconicas ſive Arcadicas Caryas intelligamus, non multum habebimus, quo noſtram tueamur ſententiam: ego tamen ad poſteriorem magis propendere, fateor. *Herodotus* L. VII. c. 135. enumerans Graecos, qui Perſis terram & aquam praebuere, nullam quidem Peloponneſi urbem memorat: ſed idem L. VIII. c. 26. narrat, mox poſt pugnam ad Thermopylas Arcadas nonnullos ad Xerxem trausfugiſſe: Ἧκον (inquit) δέ σφι αὐτόμολοι ἄνδρες ἀπ᾽ Ἀρκαδίης ὀλίγοι τινὲς, βίȣ τε δεόμενοι, καὶ ἐνεργοὶ βȣλόμενοι εἶναι. Hos Arcadas Caryatas fuiſſe coniicio; nec praeterea quidquam habeo, quo *Vitruvii* locum illuſtrem, niſi ſequentem Inſcriptionem, quae exſtat apud *Holſtenium* ad *Steph.* Τῇ Ἑλλάδι τὸ τρόπαιον ἐςάθη κατανικηθέντων τῶν Καρυάτων. Sed cum eam non ipſe viderit, ſed ex *Capaccii* tantum fide referat, ſuſpecta aliquantum mihi eſt. Illud addo *Kuhnium* ad *Pauſan.* l. c. perperam advocare *Xenophontem*, atque ſic diverſas Caryas confundere.

Palmerius Exerc. p. 208. praeter notiſſimam Syriae Phoenicen, aliam adhuc ſibi viſus eſt reperiſſe, quam vocat *Lyciae ſeu Pamphyliae ad Maſſicytum montem.* Sed profecto Vir doctiſſimus illo loco nil niſi

niſi meros errores accumulat. Quod enim adducit *Q. Calabrum*, eius verſus qui exſtant L. VIII, v. 196, cum Cl. *Pauw* ita legendi ſunt

Πάντες ὅσοι Φοινίκος ἕδος περὶ πάγχυ νέμονται,
Αἰπύ τε Μασσικύτοιο ῥίον, βωμόν τε Χιμαίρης.

Male vulgo eſt Φοίνικον. Agit *Calaber* de monte Phoenice, ac bene puto Dausqueium advocaſſe *Strabonem*, qui ait Olympo Lyciae etiam nomen fuiſſe Φοινικᾶς. *Ptolemaei* enim ὄρος Φοῖνιξ aliud eſt, ac ad Peraeam Rhodiorum pertinet, ubi eodem nomine & mons & fluvius & urbs fuere. Nequaquam igitur *Calabri* locus Phoenicen regionem monſtrat. Sed nec *Choerili* verſus notiſſimus de Solymis

Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ ςομάτων ἀφίεντες

quidquam pro eo facit. Potuere enim Solymi Phoeniſſa uti dialecto, licet nulla ibi eſſet regio Phoenicia dicta. Sic Cibyratae, teſte *Strabon.* L. XIII, p. 631, quatuor utebantur linguis, Solymorum nempe, Graecorum, Piſidarum & Lydorum.

Quod dein *Nicandri* Scholiaſten adducit, qui de Thapſo inſula quadam Sporadum, dicit: ἐςὶ δὲ αὕτη ἡ νῆσος Ἀρκέσης καὶ Φοινίκης μεταξύ: id ab his locis plane alienum eſt; liquet enim & Arcuſam & Phoenicen inſulas fuiſſe Thapſo vicinas: verum omnes hae inſulae obſcurae ſunt. Niſi, quod mihi probabile ſit, pertineant haec ad Siciliae Thapſum, quae licet vere fuerit peninſula, aliquando tamen inſula dicitur: Vide *Weſſel.* ad *Anton.* p. 517. Sic etiam *Iſidor.* Orig. L. XIV, c. 6. *Thapſus inſula ſtadiis X Sicilia remota iacens & planior.* Ac *Dioscor.* L. IV, c. 157. Θαψία ὠνόμαςαι μὲν ἀπὸ τῦ δοκεῖν πρῶτον εὑρῆσθαι

σθαι ἐν Θάψῳ τῇ νήσῳ ὁμωνύμῳ. Male Cl. *Bodaeus* ad *Theophraſt*. p. 1061, ibi tentabat τῇ χεῤῥονήσῳ. Vide etiam *Bochart*. de Col. Phoen. L. II, c. 28. Non aliam vero intelligere *Nicandri* Scholiaſtem liquet ex verſu Poetae, quem illuſtrat, qui eſt in Theriac. 529.

Θρινακίην μὲν ῥίζαν ἕλευ γυιαλθέα θάψυ.

Θρινακίαν, ait Scholiaſt. διὰ τὸ ἐν Σικελίᾳ γένεσθαι. Verum male me habent Arcuſa & Phoenice, quas prope Thapſum vel Syracuſas non reperio: habet quidem Sicilia Phoenicuntem fluvium prope Helorum, ſed qui hinc alienus videtur. Hinc aliquando conieceram Scholiaſtem ſcripſiſſe: ἐςὶ δὲ αὕτη ἡ νῆσος Συρακούσης καὶ Ξιφωνίας μεταξύ. Eſt enim Xiphonia oppidum Siciliae haud procul Syracuſis, notum ex *Stephano* aliisque. Συρακούσης autem pro Συρακούσων Scholiaſtae facile donandum. Quia tamen violentior eſt haec mutatio, iam Graeculum eum erraſſe malo, ac Thapſum in alienum locum, inter inſulas Aeolias, tranſtuliſſe. Corrigo igitur: ἐςὶ δὲ αὕτη ἡ νῆσος Ἐρικούσης καὶ Φοινίκης μεταξύ, Sunt enim inter Aeolias Ericuſa & Phoenicuſa, aliis Ericodes & Phoenicodes dictae, & poſterior hic Φοινίκη, ut ſaepe in nominum exitu variatur, niſi tamen Φοινικούσης corrigere malis ob antecedens Ἐρικούσης.

Refert quidem Plin. L. IV. c. 12. Tum ante Phoenicen dictam fuiſſe; & L. V, c. 31. de Tenedo idem narrat, ſed an alterutra ad noſtram pertineat, ignoro. Aeque alienus hinc eſt portus Phoenicus apud Liv. L. XXXVII, c. 16, qui erat Pataris quidem propinquus, ſed regionem Phoenicen minime ſtabilit. Immo ipſe locus *Plutarchi*, ad quem haec notat, *Pal-*

Palmerius, quidvis potius docet, quam id, quod ipſe volebat. Refert ſc. in Alexandr. p. 673. eum veniſſe μέχρι τῆς Φοινίκης καὶ Κιλικίας. Si Phoenice hic eſſet pars Lyciae, mira omnino foret haec deſcriptio, *usque Phoenicen & Ciliciam*, tota Pamphylia intermedia omiſſa. Malo ego per Phoenicen intelligere totam Syriam, quod & alibi fit: Sic *Herod.* L. IV, c. 38, Τὰ δὲ πρὸς νότον, ἡ αὐτὴ αὕτη ἀκτὴ ἀπὸ τῦ Μυριανδρηνῶν κόλπε τῦ πρὸς Φοινίκην κειμένε τείνει τὰ ἐς θάλασσαν μέχρι Τριοπίε ἄκρης, ut Viri docti emendarúnt. Depravata loci huius lectio in errorem pellexit *S. Bochartum* de Col. Phoenic. L. I, c. 10. qui etiam c. 6 cum *Palmerio* conſentit circa ea, quae iam refutavimus.

Alios errores Geographicos monſtrabit egregius locus *Lycophronis* v. 1146.

Λάρυμνα, καὶ Σπέρχειε, καὶ Βοάγριε,
Καὶ Κῦνε, καὶ Σκάρφεια, καὶ Φαλωριάς,
Καὶ Ναρύκειον ἄςυ καὶ Θρονίτιδες
Λοκρῶν ἀγυιαὶ, καὶ Πυράνθιοι νάπαι,
Καὶ πᾶς Ὀδοιδόκειος Ἰλέως δόμος.

Locridis hic loca recenſet Poeta: ſed nec *Tzetzes*, nec Editores multum habent, quo haec illuſtrentur. Ille ſcilicet *Lycophronem* ut ſaepe alias caſtigat: τὴν Λάρισσαν, inquit, κακῶς λέγει Λάρυμναν. ſed merito vapulat a *Palmer.* Graec. Antiq. L. V, c. 7, p. 583. Verum manum his verſibus admovit *Berkelius* in Notis ad *Steph.* Byzant. p. 331, ubi in verſu ſecundo pro Φαλωριὰς reſcribi iubet Φαλάριας, quod a Φάλαρα deducit; ac dicit Phaloren Theſſaliae nimis a Sperchio diſſitam eſſe. Sed facile

cile hac emendatione carebimus, nec enim Φαλωριὰς eſt a Φαλώρη; ſed eſt ipſum nomen urbis Locricae. *Stephanus* clare: Φαλωριὰς, πόλις Λοκρίδος. Et integrum ſi haberemus *Stephanum*, non dubito, quin conſpiceremus etiam ipſum *Lycophronis* verſum. Dein pro Πυράνθιοι νάπαι corrigit *Berkelius*. Πυράσιδι, ut dicantur ab urbe Pyraſo. Concedo equidem mendoſam eſſe lectionem vulgatam; namque Πύρανθος, πόλις μικρὰ, ἢ κώμη Κρήτης περὶ Γόρτυνα: ut ait *Stephanus*, quae igitur hinc aliena. Sed nec Πύρασος huc pertinet, quam *Steph.* docet eſſe urbem Phthiae, ſeu Phthiotidis, adeoque extra Locridem. Certam igitur puto meam emendationem, qua repono Πυρωναῖαι νάπαι. Fideiuſſorem dabo eundem *Stephanum*. Πυρωναία, πόλις Λοκρίδος, ἀπὸ Πύρωνος.

Λοκρῶν ἀγυιαὶ, καὶ Πυρωναῖαι νάπαι.

Ipſum Lycophronis verſum adducit, cuius tamen nomen excidit. Videre hoc *Berkel.* & *Holſtenius*, quem tamen miror, quod *Stephanum* corrupto exemplari uſum putarit: ſupra enim probavi τὸ Πυράνθιοι hic ſubſiſtere non poſſe. Denique ultimo verſu *Berkelius* legit Ὀϊλέως, ut malebat etiam *Canterus*, nec refragabor, ſi qui M. S. S. ita exhibent: quod donec pateat retineri etiam poterit Ἰλέος vel Ἰλέως ut monſtrat *Potter.* in Notis. Ceterum ex hoc *Lycophronis* loco augere debuiſſet *Palmerius* urbium Locricarum numerum, atque inter eas referre tum Phaloriadem & Pyronaeam, tum maxime etiam Narycem, quam neſcio quomodo omittere potuerit, cum & *Steph.* & *Plin.* aliique eam memorent: immo ad Narycem pertinent bina illa loca Diodori quae p. 571 producit: quod enim in priori

priori legitur, εἰς Ἀρύνας τῆς Λοκρίδος; ibi reſcribendum eſſe, εἰς Νάρυνα iam dudum docuit *Salmaſius*, unde & in poſteriori loco e L. XVI. ἐπανιόντων δὲ αὐτῶν, καὶ τῇ Ἀρυναίων πόλει πολιορκουμένῃ βοηθάντων: iam liquet legendum eſſe Ναρυναίων.

Quod vero paulo ante Pyraſi meminerim, non poſſum quin adſcribam locum ſatis difficilem *Thucyd.* L. II, c. 22. ἀφίκοντο παρ' αὐτοὺς, Λαρισσαῖοι, Φαρσάλιοι, Παράσιοι, Κρανώνιοι, Πειράσιοι, Γυρτώνιοι, Φεραῖοι. Scholiaſtes notat, Παράσιοι, Ἀρκάδες· Παράσιοι, Θεσσαλοί. quae manifeſte abſurda, debuit enim annotare, in quonam differat ſcriptura populi Arcadiae ab ea Theſſaliae. Ferme putem ea ſic corrigenda: Παῤῥάσιοι, Ἀρκάδες· Πειράσιοι, Θεσσαλοί. Parrhaſii antiqua Arcadiae gens, omnibus noti ſunt. Πειράσιοι vero dicuntur a Πειράσια urbe Magneſiae, ſive Theſſaliae, de qua ita *Steph.* Πειράσια. πόλις Μαγνησίας. Τὸ ἐθνικὸν Πειρασιεὺς, ὡς Ὑδριεὺς, καὶ Ὑσιεύς. Τὸ θηλυκὸν Πειρασίς. Λέγεται καὶ Πειρέσιος. Pro ultima voce *Holſtenius* corrigit Πειρεσία, quod ita apud *Orpheum* atque *Apollonium* legatur: forſan bene: ego tamen malim fere Πειράσιος, ut indicet gentile binis modis efferri, Πειρασιεὺς & Πειράσιος, quod hic apud *Thucydidem* habemus. Quod vero pro Ὑδριεὺς corrigit Ἰδριεὺς, id minus recte: formatur enim illud ab Ἰδριὰς, quod cum Πειρασία non convenit. Legendum procul dubio: ὡς Τριεὺς, καὶ Ὑσιεύς: eſt enim prius illud ab Τρία, quod videſis apud *Stephanum*.

Sic iam ſatis apud *Thucydidem* firmati videntur Πειράσιοι, ut omnino mendoſus ſit M. S. Caſſ. qui pro eo Πυράσιοι exhibet. Sed quid fiet τῷ Παράσιοι, quod antecedit? is enim populus, ut dixi, in Theſ-

ſalia plane ignotus: ſi igitur quis eos retinendos pertenderit, omnino emendandum vel Πυράσιοι vel Παράλιοι; verum cum utrique ad Melienſes pertineant, (vide *Thucyd.* L. III, c. 92.) hoc non admodum arridet: & quia M. S. Reg. hic Παῤῥάσιοι exhibet, fere perſuaſus ſum vocem hanc e Scholio margini adſcripto, Παῤῥάσιοι, Ἀρκάδες (ut ſupra emendavi,) in textum invaſiſſe, adeoque penitus delendam. Si tamen certiora quis docuerit, lubens illi manus dabo.

CAPUT XX.

Hippocratis locus diſcutitur. Ἶπνος. Κενέβρεια. *Fragmentum Ariſtophanis emendatur, Vox* Ἴκταρ *Hippocrati reſtituta. Diverſae Erotiani & Galeni explicationes. Varia lectio in Hippocrate.* Ἐξηγριασμένον *&* Ἐξηθριασμένον. *Lucretius tentatus. Anonymus Pythagoreus emendatur.* Σάκος *ſcribendum eſſe, non* Σάκκος. *Hippocrates bis emendatur.* Ἀλυσθαίνειν. Μαννῶδες.

FIdem liberabo, & quod Cap. XIV. promiſeram, pergam *Hippocratem* conjecturis tentare. Epidem. L. IV, p. 1128. E. legitur: Ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμέου ἵππου καταπεσὼν, ᾧ οὐ προσεβλήθη αὐτίκα σικύη. Ineptiſſima eſt haec lectio: quis enim non rideat *equum fictilem*, quem hic reperiunt interpretes? Ex Act. Lipſ. A. 1717. video locum hunc tractatum eſſe a Viro docto in Miſcell. Lipſ. Tom. IV. Obſ. 79. verum ea videre non licuit, nec gravatim lectores latu-

turos ſpero, ſi mea ipſis propoſuerim. Notat *Foeſ.* in uno M. S. Regio pro κεραμέου haberi κεραμείου: & forſan vera eſt ea lectio, dummodo ſic diſtinguatur: Ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμείου, ἵππου καταπεσών. κ. τ. λ. *Qui habitabat in figlina, cum ab equo decidiſſet, &c.* Κεραμεῖον dicitur officina figulorum, ut σκυτεῖον ſutorum, κναφεῖον fullonum &c. ſed Ionice κεραμηΐου potius ſcribendum. Amat vero *Hippocrates* eo modo domicilia aegrotorum annotare. Sic eodem hoc Lib. p. 1127. A. Ὁ ἐν τῷ σκυτείῳ ἡμοῤῥάγησε κατακορής & p. 1129. D. Ὁ ἐκ μετάλλων. & alibi. Lectio iam propoſita ſatis probabilis videtur: ſed non negligendum *Lindanum* audacter more ſuo edidiſſe, Ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμέου ἵπνου καταπεσών: quod factum etſi minime probem, dignam tamen puto hanc lectionem, quae diligenter conſideretur: ſed & tum legendum κεραμηΐου, & vertendum: *Qui a furno figuli deciderat:* ſtabilit hanc lectionem gloſſa *Erotiani:* Ἴπνου· καμίνου. οἱ δὲ φούρνου. καὶ γὰρ ὁ φοῦρνος ἴπνος λέγεται. Haec enim vox omnino ex Epidemiorum libris deſumta videtur, monſtrante ordine *Erotiani*, quo de iam ſaepius monui. Sed nondum deſino coniectare: dubito ſc. annon olim longe diverſa fuerit loci huius lectio. Quid ſuſpicioni anſam dederit accipe. ***Erotianus*** in litera κ ordine recenſet has *Hippocratis* gloſſas

Κορδίνημα. quod legitur Epid. L. II. p. 1020. E.
Κόλλικες. Epidem. L. II. p. 1056. E.
Καρφαλέον. Epidem. L. III. p. 1117. F.
Κενέβρεια.
Καρυκοειδέα. Epidem. L. IV. p. 1129. D.
Κοιλίης ταραχὴ ἠλεκτριώδης. Epid. L. IV. p. 1135. H.

omnes igitur hae dictiones ordine etiam exſtant apud *Hippocratem*, niſi quod τὸ κενέβρεια ſolum nullibi compareat, cum tamen certum habeam *Erotianum* id legiſſe in priori parte Lib. IV. Epidem. Verba ipſius ſunt: Κενέβρεια· τὰ νεκριμαῖα κρέα ἔτω καλῦνται, ὡς καὶ Ἀριςοφάνης. Οὐκ ἔσθ᾽ ὃ κενέβρειον ὅταν θύηςτι, καλεῖ με. καὶ ἡ ἀγορὰ δὲ ὅπε πωλεῖται τὰ τοιαῦτα, κενέβρεια καλεῖται. Pro ultimo illo κενέβρεια *Euſtachius* in ſuis libris reperit κενέβρειον; vertit enim: *Et forum ubi talia venduntur*, κενέβρειον *appellatur.* Atque hanc lectionem lubens equidem admitto, etſi non neſcius ſim Graecos ſaepe talia plurali numero efferre: ita enim ἰχθῦς, σκόροδα, γέλγη, χύτραι ſunt loca ubi talia venduntur. *Eupolis* apud *Poll.* L. IX. ſ. 47.

Περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα,
Καὶ τὸν λιβανωτὸν, κ᾽ εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων,
Καὶ περὶ τὰ γέλγη.

Verum, ut eo redeam, nihil apud *Hippocratem* reperio, quo *Erotiani* gloſſa pertinere poſſit, niſi ſit is locus, qui prae manibus eſt. Coniicio itaque olim hic lectum fuiſſe: Ὁ ἀπὸ τῦ κενεβρείε, ἵππε καταπεσὼν, vel, ſi id mavis, ἴπνε. Ita vero legendo κενέβρειον erit intelligendum, ut *Erot.* ultimo loco annotat, de foro ubi carnes animalium morticinae vendebantur: hinc vertendum: *Qui habitabat in morticinorum foro, cum ab equo* (vel *a furno*) *decidiſſet.* Quod vero attinet verſum *Ariſtophanis* ab *Erotiano* productum, is corruptus procul dubio eſt, nec quomodo reſtituam video. Citatur quoque, ut indicavit *Foeſ.* in Oecon. a Scholiaſte Comici, ſed ni-

nihilo melius. Ne tamen nihil omnino tentem, coniicio ita reſcribendum eſſe.

Οὐκ ἐσθίω κενέβρειον, ὅταν δὲ θύῃς τι, κάλει με.

vel quod a lectione corrupta propius abeſt: Οὐκ ἔσθω κενέβρειον. Ἔσθω enim idem quod ἐσθίω. In Comoedia, uude haec deſumta, ſordidus, puto, & illiberalis homo alterum ad coenam invitaverat: hic, eas epulas dedignatus, ſive quod prior ille revera κενέβρεια ſibi comparaverat, ſive quod hoc maledice tantum ipſi obiiciat, reſpondet: *Non comedo carnes morticinas; ubi vero immolaveris quid, [tunc] me voca.* De metro verſus nihil quod affirmem, habeo. Si ita legatur

Οὐκ ἔσθω κενέβρειον, ὅταν δὲ θύῃς τι, κάλει με.

habemus purum putum Heroicum: quo metro ſaepius uſum ſcio *Cratinum*, quin & ipſum *Ariſtophanem* in Pace, & alibi: ſi tamen in hoc fragmento locum illi concedere quis vereatur, legi quoque poterit,

Οὐκ ἔσθω κενέβρει', ὁπόταν δὲ θύῃς τι, κάλει με.

ita omnium quidem ſyllabarum eadem quae prius erit quantitas, ſed iam (quod ante propter caeſuram non licebat,) haberi haec poſſunt pro Anapaeſtico Ariſtophaneo, cui ab initio ſeſquipes deeſt: ſed haec aliis commendata volo, ego in *Hippocr.* pergam.

Adſcribo igitur alium ipſius locum e Lib. II. de Morb. Mul. p. 663. 46. Ἣν ἐρυσίπελας ἔχῃ τὰς μήτρας,

οἰδέει τοὺς πόδας, καὶ τοὺς μαζοὺς, καὶ τὸ σῶμα. καὶ πόνος αὐτὴν κατέχει καὶ ὀρθόπνοια γίνεται καὶ ἀλγέει τοὺς κενεῶνας, καὶ τὸ ὑπογάστριον, καὶ τὰ στερνὰ, καὶ τὴν κεφαλὴν τρόμος τὲ ἔχει καὶ τὰς χεῖρας νάρκη, καὶ τοὺς βουβῶνας. καὶ τὰς ἰγνύας τρέμει. ἐνίοτε δὲ καὶ ἐν τῇσιν ἰγνύησι καὶ πελιδναὶ γινονται. καὶ κουφίζει ὀλίγον χρόνον. καὶ ἡ χροιὴ, μάλιστα δὲ καὶ οἱ μαζοὶ ἀείρονται κατὰ τὴν ὁμοεθνίην. ἀλλὰ γὰρ οὐ πάνυ τὶ ἀλγέει. καὶ πῦρ καὶ ῥῖγος λαμβάνει. καὶ ἐρυθρὸν τὸ πρόσωπον γίνεται. καὶ δίψα ἰσχυρή καὶ τὸ ἧπαρ ξηραίνεται ταῦτα ἢν ἐγκύμονι περιπέσῃ, θνήσκει. καὶ οὐκ ἂν δυνήσεται διαφυγεῖν. Pluſcula excerpſi, ut facilius iudicet lector. Graphice ſatis deſcribit hic Medicorum princeps inflammationem uteri, & pleraque quae enumerat ſymptomata illam comitari quivis in ſcientia Medica non plane hoſpes facile concedet. Sunt tamen nonnulla, quae vitii ſuſpecta habeo, ut illa V. G. *καὶ ἡ χροιὴ, μάλιστα δὲ καὶ οἱ μαζοὶ ἀείρονται.* Quid enim ſibi vult *ἡ χροιὴ*, & quorſum referendum eſt? Fallor, aut legendum: *καὶ κουφίζει ὀλίγον χρόνον. καὶ ἀχροΐη. μάλιστα δὲ καὶ οἱ μαζοὶ ἀείρονται κατὰ τὴν ὁμοεθνίην. Et per breve tempus melius habet: color foedus [evadit.] maxime vero & mammae attolluntur propter conſenſum.* Epid. L. VI. p. 1190. G. memorantur *ἄχροιαι ἄκρητοι* Vide & *Foeſ.* in Oecon. Poſſet quoque corrigi, *καὶ ἀχρεῖα*: vide quae ſupra Cap. VII. notavi ad locum Lib. de Vict. Rat. p. 372. 29.

Sed nec ea quae ſequuntur admodum expedita ſunt: quod enim ait, *καὶ τὸ ἧπαρ ξηραίνεται*, id nullus capio: quare enim hepar magis quam cetera viſcera patitur? & quo demum indicio patet hepar ſiccari? Ne longus ſim, mendoſa haec exiſtimo, & hunc locum eum eſſe, ubi veteres pro *ἧπαρ* lege-

ge-

gerunt Ἴκταρ, quam vocem nullibi in noſtris libris reperiri confido, quo de iam Cap. XIII. monere memini. Sed audiamus explicationem *Erotiani*. Ἴκταρ· ἐγγὺς, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς καὶ Αἰσχύλος ἐν Εὐμενίσι φησί. Χαίρετ' Ἀττικὸς λεὼς, ἴκταρ ἥμενοι Διός. μέμνηται ὁ αὐτὸς τῆς λέξεως καὶ ἐν Ἠδωνοῖς. οἱ δὲ περὶ Ἰσχόμαχον καὶ Κυδίαν τὸν Μυλασσέα ἔγραψαν Ἴκμαρ· αἴτιον δὲ τούτου ἡ τῆς λέξεως ἄγνοια. Locus *Aeſchyli* reperitur Eumen. v. 1000 & 1001, eo cum diſcrimine, quod ibi legatur: Χαίρετ' ἀστικὸς λεώς: nec aliter in Codice ſuo *Erotiani* legiſſe videtur *Euſtachius*, vertens: *Salve urbane popule*. Frequentaverat igitur vocem eam *Aeſchylus*: exſtat enim & in Agamemn. v. 117. Φανέντες ἴκταρ μελάθρων. Sed alii quoque veterum uſi ſunt: notum eſt proverbium apud *Platon*. Polit. L. IX. p. 575. c. Οὐδ' ἴκταρ βάλλει. Vide *Timaei* Lexic. Platonicum in Bibl. Coiſl. p. 459. *Suidam* & *Moeridem* Atticiſtam: habet *Heſiodus* quoque Theogon. v. 691, & tanquam obſoletam ridet *Lucianus* in Lexiph. Verum & *Galeni* verba adſcribo: Ἴκταρ· ἐγγὺς, παρὰ γοῦν τοῖς Ἀττικοῖς. παρὰ δὲ τῷ Ἱπποκράτει ἐν δευτέρῳ τῶν Γυναικείων, τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον καλεῖται. Liquet ex his iam olim admodum incertam fuiſſe eius vocis lectionem & ſignificationem; cum *Erotianus* explicet *prope*, *Galenus* autem *feminal*: *Cydias* vero Mylaſſenſis & *Iſchomachus* mutarint veterem lectionem, & repoſuerint Ἴκμαρ, procul dubio pro Ἰκμὰς, *humor*. quod agnoſcit etiam *Heſychius*, Ἴκμαρ, νοτίς, exponens. Jam praeterquam quod *Galenus* diſertim affirmet dictionem hanc legi L. II. de Morb. Mul. ſingulae hae explicationes aliquo cum ſenſu, licet non aeque bono, conveniunt loco adducto *Hippocratis*, quod

conjecturam meam haud parum firmat. Si enim legatur: *καὶ δίψα ἰσχυρή. καὶ τὸ ἴκμαρ ξηραίνεται.* ſenſus erit, omnia liquida per vim inflammationis, & febris inde oriundae diſſipari, hinc craſſiora tantum reſtare, ac intenſam proin ſitim oriri. Sin vero Ἴκταρ legere placet, & cum *Erotiano* exponas ἐγγὺς, intelligendum erit, ea quae parti affectae proxima ſunt, reſiccari & humido naturali orbari, ob cauſas mox dictas: utero enim inflammato, neceſſarium eſt ſaepe quoque vulvam aliaque vicina affici, hinc dolere, reſiccari, humore eas partes naturaliter irrorante deſtitui. Eodem vero manente ſenſu, facilior aliquanto eſt expoſitio *Galeni*, per Ἴκταρ intelligentis τὸ γυναικὸς αἰδοῖον: admodum enim coactus eſt ſenſus in explicatione *Erotiani*. Utinam tamen *Galenus* vel unicum produxiſſet teſtem ad ſtabiliendam hanc vocis ἴκταρ notionem! id vero quoniam nec ab eo, nec ab aliis (quantum ſcio) praeſtitum eſt, ampliandum duco.

Tranſeo ad locum *Galeni* in Ἐξητριασμένον, ubi ait Ἐξητριασμένον. τὸ διὰ ἠτρίȣ ἠθημένον. λεπτὸν δέ τι ὕφασμα τὸ ἤτριον. Locum *Hippocratis*, ad quem pertinet haec gloſſa, non indicavit in Oeconomia ſua *Foeſius*: & ſane, aut valde fallor, aut fruſtra in noſtris editionibus quaeretur. *Galenus* tamen (ne longior ſim,) illud vocabulum reperit in Lib. I. de Morb. Mul. ubi iam ſic editur p. 632. 22. *ἐμεσάτω, καὶ ῥοφέειν ἄλευρον δȣ̃ναι, καὶ ἐπιπιεῖν οἶνον εὐώδεα παλαιὸν ἐξηθριασμένον.* Nullum eſt dubium, quin ibi legerit *οἶνον εὐώδεα παλαιὸν ἐξητριασμένον*: atque ſatis commoda eſt illa lectio, ſolebant enim veteres vina turbida, vel etiam generoſa per colum traiicere, illa quo deſaecarentur, haec vero ut mitiora evaderent,

ac

ac caput minus tentarent: unde etiam *caſtrari* dicebantur vina ita percolata. Videſis *Foeſium*, qui in Oecon. plura huc pertinentia collegit. Unum adducam *Lucretium*, L. II. v. 391. ita canentem:

Et quamvis ſubito per colum vina videmus,
Perfluere: at contra tardum cunctatur olivum,
Aut quia nimirum maioribus eſt elementis:
Aut magis hamatis inter ſe, perque plicatis.

In quorum verſuum ſecundo pro *cunctatur* parum abeſt, quin corrigam *cunctanter*, quod τῷ *ſubito* opponatur. Sed hoc miſſo, miror omnino *Lambinum* ad hunc *Lucretii* locum notantem, *Colum* eſſe *vas ad colandum aptum, ex lapide, aut argilla*: quae confutari non merentur. Sacco enim lineo vina colabant, non lapide vel argilla; hinc *Horat.* ex perſona Catii, Sermon. L. II. ſ. 4. 53.

at illa (Maſſica ſc.)
Integrum perdunt lino vitiato ſaporem.

Ubi Commentator Cruquianus annotat: *per ſaccum lineum colata*: quae ideo adſcripſi, quod idem plane doceant atque *Galenus*, cum Ἐξητριασμένον explicat: τὸ διὰ ἠτρίου ἠθημένον. Ἤτριον itaque ſecundum *Galenum* eſt ſaccus ille colatorius, panno lineo conſtans, (addit enim ἤτριον eſſe λεπτόν τι ὕφασμα,) atque inde formatur verbum ἐξητριάζω.

Ceterum Graecis colum tale dicebatur ὑλιστήρ, τρύγοιπος, quin & σάκκος, quod ab illis mutuo ſumſerunt Latini. *Poll.* L. x. ſ. 75. καὶ ὁ τρύγοιπος, καὶ ὁ σάκκος ἐπὶ τοῦ τρυγοίπου εἰρημένος, καὶ ὁ ὑλιστήρ· Ἱππῶναξ δέ φησι,

Στάζουσιν ὥσπερ ἐς τροπήϊον σάκος.

Obiter noto M. S. S. *Pollucis* exhibere σάκος ſimplici κ: atque eam ſcripturam veram eſſe, & antiquiſſimis temporibus receptam liquet ex Anonymo Pythagoreo inter opuſcula a *Galeo* edita p. 725. ἐγὼ δὲ οὐ πράγματος τοσούτω προςτεθέντος ἀλλοιοῦσθαι δοκῶ τὰ πράγματα, ἀλλ' ἁρμονίας διαλλαγείσας· ὥσπερ Γλαῦκος καὶ γλαυκὸς, Ξάνθος καὶ ξανθὸς, Ξοῦθος καὶ ξουθὸς. ταῦτα μὲν τὰν ἁρμονίαν ἀλλάξαντα διήνεικαν. τὰ δὲ μακρῶς καὶ βραχυτέρως ῥηθέντα, Τύρος καὶ τυρὸς, σάκος καὶ σάκος, κ. τ. λ. Attamen & ibi male editur σάκκος καὶ σάκος, plane contra auctoris mentem; qui paulo poſt addit: ἐπεὶ ὧν οὐκ ἀφαιρεθέντος οὐδενὸς τοσοῦτον διαφέρει, τί δὴ αἴ τις ἢ ποτιτιθεῖ τι, ἢ ἀφαιρεῖ. Id enim vult σάκος denotare res diverſiſſimas pro varia prioris ſyllabae quantitate; quae ſi brevis eſt, *ſcutum* ſignificat, ſi longa, *ſaccum:* quemadmodum τύρος priore brevi urbis nomen eſt; τυρὸς eadem producta *caſeum* notat. Jam vero in plerisque veterum locis σάκκος perperam legitur, ut ex dictis liquet.

Satis itaque probabilis (ut eo redeam,) eſt *Galeni* lectio in loco *Hippocratis*, nec dubitarem eam reſtituere, ſi conſtaret omnia ἀπόγραφα *Galeni* tempore ita legiſſe: quia vero plures loci a Criticis antiquis interpolati ſunt, vereor ne & hic ex eorum numero ſit, quippe altera illa ſcriptura ἐξηθριασμένον aeque bene locum tueri poteſt. Solebant enim & vina aëri exponere, quo illa attenuarent & emendarent. *Horat.* loco ante adducto, v. 51.

Maſſica ſi coelo ſupponas vina ſereno,
Nocturna, ſiquid craſſi eſt, tenuabitur aura,
Et decedet odor nervis inimicus.

ad

ad verbum ἐξαιθριάζειν procul dubio reſpexit, quod vix melius verteris, quam *coelo ſereno ſupponere*; eſt enim ἐξαιθριάζω ab αἰθρία. Hanc vero ſcripturam & illud ſtabilit, quod *Hippocrates* alibi quoque eandem vocem adhibet: ſic I. de Intern. Aff. p. 551. 44. ταῦτα ὁκόταν λειφθῇ διψήσας ἐξαιθριάσαι. ubi nullus locus alterae lectioni, ob praecedens διψήσας. Vide & Epid. L. II. p. 1020. A. Quaenam ergo vera ſit *Hippocratis* manus, aliis decidendum relinquo, mihi variam lectionem e *Galeno* indicaſſe ſuffecerit.

L. II. de Morbis p. 480. 31. de aegro cui pulmones male affecti, leguntur ſequentia: καὶ ἐκ ἀνέχεται, ὅτε καθήμενος, ὅτε κείμενος, ὅτε ἑςηκὼς, ἀλλὰ δυσθενέει: quae verba ſimili in caſu repetuntur p. 482. II. niſi quod ibi edatur, ἀλλὰ δυσθενεῖ. Dixerit quis forte etiam poſterius hoc ad normam Jonicae dialecti exigendum, legendo δυσθενέει: mihi vero tantillum diſcrimen gravioris mendae ſuſpicionem movit, eamque auxit ſenſus verborum minus commodus: ſi enim debilis quis eſt & proſtratis viribus, omnino ipſi decumbendum eſt, adeoque non bene conveniunt, ἐκ ἀνέχεται κείμενος, & δυσθενεῖ. Ne longior ſim, utrobique corrigendum puto, ἀλλ' ἀλυσθαίνει Verbum hoc aliquoties nobis offert *Heſych.* nusquam vero emendate ſcriptum; alibi Ἀλυσθενεῖ. ἀσθενεῖ, ἀνιᾶται, errore ſimili ac in loco *Hippocratis*, quem ipſi *Heſychio* adſcribendum puto, paſſim αι & ε confundenti, non librariis: dein Ἀλυςαίνειν ἀσθενεῖν, ἀδυνατεῖν. alibi etiam peius Ἀλισθένειν. ἀσθενεῖν. Sed verum eſt Ἀλυσθαίνειν. Vide Cl. *Albert.* ad locum priorem, ubi *Nicandri* loca adducit, quorum alterum ex Theriac. v. 427. adſcribo:

Ἐν

Ἐν δὲ νόον κεδόωσιν ἀλυσθαίνοντος ἀνίαι
Ἐχθομέναι.

unde liquet ἀλυσθαίνειν dici de anxietate, & recte *Heſychium* exponere ἀνιᾶσθαι, minus bene (ut puto,) ἀσθενεῖν. Hoc admiſſo planus iam erit ſenſus loci noſtri: *prae anxietate & inquietudine neque ſedere, neque decumbere, neque ſtare poteſt.* Idem verbum tertio quoque *Hippocr.* loco reſtituendum puto L. II. de Morb. Mul. p. 645. 11. ubi vulgo editur, ἀλησθύει καὶ ἐμέει: ſed legendum ἀλυσθαίνει, alterum enim illud Graecum vix crediderim.

Sed iam ſatis coniecturarum; addam emendationem aliquanto certiorem in loco Epidem. L. VII. p. 1207. F. qui ita concipitur in editis: ἡ γλῶσσα δὲ τὸ μανῶδες ξυνήνεγκε. quae interpretibus non intellecta fuiſſe, eorum verſiones & explicationes abunde monſtrant: & qui intelligere potuerunt ea quae corruptiſſima ſunt? legendum enim: τῇ γλώσσῃ δὲ τὸ μαννῶδες ξυνήνεγκε. Ubi τὸ μαννῶδες vocat medicamentum cum manna paratum; ſupra nempe de aegro hoc dixerat: γλῶσσα ἐκ τȣ̃ ὕπνȣ εἰ μὴ διακλύσαιτο ὑπότραυλος ὑπὸ ξηρότητος, καὶ ῥήγματα περὶ αὐτὴν ἑλκέων, καὶ ἐν χείλει τῷ κάτω, καὶ παρ᾽ ὀδόντας. iam igitur ſubiicit ulcuſculis illis levamen attuliſſe medicamentum hoc μαννῶδες. Emendationem extra dubium ponit locus ex eodem Lib. p. 1223. B. ubi ſimili in caſu ait: πρὸς τὸ ϛόμα τὸ μαννῶδες ξὺν τοῖσιν ἄλλοισι μισγομένοισι ξυνήνεγκεν. Paratum vero hoc medicamentum non ex manna, quam hodie vocant, ſed thure, docebit *Foeſ.* in Oeconom.

CAPUT XXI.

Fragmenta Poetarum apud Athenaeum corriguntur. Cratetis & Cratini fragmenta metro reſtituta. Κολία. *Epicharmi fragmentum. Ananiae verſus Trochaici. Dialecto Ionica ſcripſiſſe Ananiam. Archeſtrati locus emendatus. Athenaeus emaculatur. Cleoſtrati Tenedii* Ἀςρολογία. *Archeſtratus ſemel iterumque tentatus.*

FRagmenta nonnulla Poetarum ab *Athenaeo* ad nos transmiſſa, ſed temporis iniuria male habita, in integrum reſtituere conabor. L. VI. p. 267. F. adducitur locus ſatis inſignis *Cratetis* Comici, his verbis. Κράτης δ' ἐν Θηρίοις. ἔπειτα δȣ̃λον ȣ̓δὲ εἷς κεκτήσεται ȣ̓δὲ δȣ́λην, ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ δῆτ' ἀνὴρ γέρων διακονήσει. ȣ̓ δῆτα. ὁδοιπόρȣ, τὰ γὰρ ταῦτα πάντ' ἐγὼ ποιήσω. τὶ δῆτα τȣ̃τ' αὐτοῖς πλεῖον πρόσεισιν αὐθέκαςον τῶν σκευαρίων, ὅταν καλῇ τι παρατιθῶ. τράπεζα αὕτη, παρασκεύαζε σαυτήν. μάττε θυλακίσκε. ἔγχει κύαθε. ποῦσθ' ἡ κύλιξ, λίαν νίζȣσα σεαυτήν. ἀνάβαινε μάζα, τὴν χύτραν χρὴ ἐξάραι τὰ τεῦτλα. ἰχθὺ βάδιζε. ἀλλ' ȣ̓δέπω τἀπὶ θάτερ' ὀπτός εἰμι. ȣ̓κȣ̃ν μεταςρέψας σεαυτὸν ἀλειπαζ' εἰσαλείφων. Foediſſime haec corrupta: praeter mendas enim ac pravas diſtinctiones ſententiam penitus obvolventes, metri ne veſtigium quidem apparet. Senſum quidem fragmento reſtituit magnus *Caſaubonus*, ſed nonnullae ex ipſius emendationibus tales ſunt, ut metro, quo *Crates* haec conceperat, adverſentur. Totum itaque locum, partim ex *Caſauboni*, partim ex propria emendatione ita reſtituo:

A. Ἔ.

A. Ἔπειτα δοῦλον οὐδὲ εἷς κεκτήσεται, οὐδὲ δούλην;
Ἀλλ' αὐτὸς αὑτῷ δῆτ' ἀνὴρ γέρων διακονήσει;
B. Οὐ δῆθ', ὁδοιποροῦντα γὰρ τάδε πάντ' ἐγὼ ποιήσω
A. Τί δῆτα τοῦτ' αὐτοῖς πλέον; B. Πρόσεισιν αὐθέκαστον
Τῶν σκευαρίων ὅταν καλῇ τι· παρατίθου τράπεζα,
Αὐτὴ παρασκεύαζε σαυτήν· μάττε θυλακίσκε.
Ἔγχει κύαθε· ποῦσθ' ἡ κύλιξ; λίαν σὺ νίζε σαυτήν·
Ἀνάβαινε μάζα· τὴν χύτραν χρὴ ἐξάραι τὰ τεῦτλα.
Ἰχθὺ βάδιζ'· ἀλλ' οὐδέπω τἀπὶ θάτερ' ὀπτός εἰμι.
Οὐκοῦν μεταστρέψας σεαυτὸν, ἀλείφατ' εἰσάλειφε.

A. *Nemone igitur ſervum vel ſervam habebit?*
Sed vel ſenex ſibi ipſi miniſtrabit?
B. *Nequaquam: efficiam enim, ut haec omnia ſponte moveantur.*
B. *Quid, quaeſo, inde commodi [naſcetur] ipſis?*
B. *Accedet ſponte*
Si quod utenſilium vocaverit: Adponeremenſa,
Ipſa te inſtrue: Panarium mazam ſubige:
Infunde cyathe: Ubi eſt calix? lava te ipſum:
Adſcende maza: ollam betas extrahere oportet:
Accede piſcis; ſed alteram partem nondum asſus ſum.
Convertere itaque, & oleo te inunge.

Verſus ſunt Iambici Tetrametri Catalectici, quorum ſententia iam ſatis expedita videtur, ſi cum noſtris contuleris ea quae notavit *Caſaubonus*. In vſ. 4. reſcripſerim fere αὐτῷ, quod requirere videtur γέρων vſ. 2, & καλῇ in ſequenti: nec tamen obnitar, ſi quis αὐτοῖς retinere maluerit, aliquando enim numeri ita mutantur. In vſ. 5. retinui ὅταν καλῇ τι, referendo ad

τῶν

τῶν σκευαρίων. *Caſaubonus* emendabat καλῇ τις. In vſ. 7. haereo, nec enim probo quod *Caſaubonus* reponebat, λίαν νίζε σὺ σεαυτὴν, quia verſus ita vitiatur; gravius hic mendum latere ſuſpicor; interea vero, dum certius quid inveniatur, emendo, λίαν σὺ νίζε σαυτήν. In ſequenti quoque verſu ſpondeus praeter ſolitum ſextam ſedem occupat: nec tamen video, quid pro ἐξάραι reponam. An itaque dicendum *Cratetem*, qui inter primos Comicos cenſendus eſt, non aeque ſcrupuloſum fuiſſe in verſibus pangendis, ac recentiores Poetas? atque hinc ſpondeum loco pari admiſiſſe? Verſum denique ultimum aliter emendaui atque *Caſaubonus*: meam lectionem probabit, ni fallor, quicunque cogitaverit, piſces olei aliusve pinguedinis ope friixari.

Cratetis fragmentum proxime antecedit aliud *Cratini* ἐν Πλέτοις, quod & ipſum obiter numeris ſuis reſtituere placet; ſic nempe diſtinguendum:

οἷς δὴ βασιλεὺς Κρόνος ἦν τὸ παλαιὸν,
Ὅτε τοῖς ἄρτοις ἠστραγάλιζον, μάζαι δ' ἐν ταῖσι παλαίστραις
Αἰγιναῖαι κατεβέβληντο δρυπετεῖς, βώλοις τε κομῶσαι.

Verſus ſunt Anapaeſtici Ariſtophanei vulgo dicti, licet iam ante *Ariſtophanem* iis uſi ſint *Crates*, *Cratinus*, aliique; quod *Hephaeſtio* quoque notat in Enchirid. p. 25. In ultimo autem *Cratini* verſu omnino corrupta eſt vox βώλοις. Notat *Caſaubonus* in Epitome legi κώλοις: ipſe coniicit δρυπέπεσιν ἐλαίαις κομῶσαι: quod verius recipere abnuit. Forte legendum, κολίοις τε κομῶσαι. *Heſychius* enim Κολία inter cetera exponit, τὰ ἐκ μέλιτος τραγάλια, (lege τρωγάλια:) quod ſenſui loci ſatis convenit.

Eo-

Eodem metro concepta eſt ῥῆσις *Pherecratis* ἐν Πέρσαις, quam adducit *Athen.* p. 269. c. cuius ſeptimus verſus ita circumfertur:

Ἀπὸ τῶν δὲ τεγῶν ὄχετοι βοτρύων μετ' ἀμητίσκων καὶ νασίσκων πολυτύρων
Ὀχετεύσονται θερμοὶ σὺν ἔτνει.

Verba illa καὶ νασίσκων exercuerunt *Caſaubonum* aliosque; ſed non eſſe iſta a Poeta metrum evincit: & verſus & ſententia conſtabunt ſi ſpuriis illis eiectis legas,

Ἀπὸ τῶν δὲ τεγῶν ὄχετοι βοτρύων μετ' ἀμητίσκων πολυτύρων
Ὀχετεύσονται θερμοὶ σὺν ἔτνει.

Si iam quaerat quis, undenam ea irrepſerint, certi nihil quod reſpondeam habeo: ſuſpicor tamen ex varia lectione orta, quod nempe nonnulli legebant, μετὰ νασίσκων πολυτύρων, vel ſimile quid.

Tranſeo ad locum *Epicharmi*, quem reperire licet apud *Athen.* L. VII. p. 282. B. & p. 328. A, ſed utrobique corrupte: ſenſum iam reſtituit *Caſaubonus*; adeoque nihil ſupereſt, niſi ut & metrum revocemus: lego itaque

Καὶ σκιφίας, χρόμιός θ' ὅς ἐν τῷ ἦρι καττὸν Ἀνάνιον
Ἰχθύων πάντων ἄριστος, ἀνθίας δὲ χείματι.

Trochaici ſunt, ut plerique Siculi Comici verſus: quin & *Ananiae* locus, quem reſpiciebat *Epicharmus*, eodem metro decurrit: & quia *Athenaeus* eum mox

mox eadem pagina ſubiicit, ego ipſius exemplum ſequar, atque huic quoque poetae Trochaicos ſuos reddam, ita nempe a me digeſtos:

Ἔαρι μὲν χρόμιος ἄριςος, ἀνθίας δὲ χειμῶνι.
Τῶν καλῶν δ' ὄψων ἄριςον καρὶς ἐκ συκέης φύλλων.
Ἡδὺ γ' ἐσθίειν χιμαίρης Φθινοπωρίσμῳ κρέας.
ΔέλΦακος δ' ὅταν τραπῶσιν καὶ πατέωσιν ἐσθίειν,
Καὶ κυνῶν αὐτὴ δέ θ' ὥρη, καὶ λαγῶν κἀλωπέκων.
Οἰὸς αὖθ' ὅταν θέρος τ' ᾖ, κήχέται βαβράζωσιν,
Εἶτα δ' ἐςὶν ἐκ θαλάσσης θύννος ȣ κακὸν βρῶμα,
Ἀλλὰ πᾶσιν ἰχθύεσσιν ἐμπρεπὴς ἐν μυττώτῳ.
Βȣ̃ς δὲ πιανθεὶς, δοκέω μὲν, καὶ μέσων νύκτων ἡδὺς
Χ' ἡμέρης.

Vere quidem optimus eſt Chromis, hyeme vero
Anthias,
Inter opſonia vero praeſtat locuſta e ficus foliis:
Capellae caro eſu ſuavis eſt autumno;
Porcelli vero cum [uvas] exprimunt & calcant:
Et catuli quoque tunc tempeſtivi ſunt, lepores-
que ac vulpes.
Ovis rurſus, vigente aeſtate, cicadis ſtrepentibus.
Deinde thynnus e mari cibus eſt non malus;
Sed piſcibus cunctis praeſtat cum alliato.
Bos vero pinguis & media nocte, ut videtur, gratus,
Et interdiu.

Illud obiter noto; Dialecto *Ananium* hunc (ſive *Ananiam* cum aliis mavis,) ſcripſiſſe Ionica, non Dorica; unde pro vitioſo χειμερὶς repoſui χιμαίρης, non χιμάρῳ cum *Caſaubono* quod & verſus reſpuit.

M nec

nec *Φθινοπωρισμὸς* vox Sicula eſt, quod viro egregio videbatur, ſed Jonica potius.

Verum & id notandum, Trochaicos nempe *Ananii* pleroſque ſeptima ſede non Trochaeum habere, ſed Spondeum; quales *claudos* nominat *Hephaeſt.* p. 19. Τȣ̃το δὲ τὸ μέτρον γίνεται καὶ χωλὸν τοῦ παρατελευταίȣ ποδὸς σπονδείȣ γενομένȣ.

Μητροτίμῳ δεῦτέ με χρὴ τῷ σκότῳ δικάζεσθαι.

cuius verſus ſcripturam jam non diſcutiam: hinc vero diſcimus *Ananium*, & fortaſſe alios quoque poetas, Trochaicos hos claudos ceteris in eodem poemate intermiſcuiſſe: ita hic tertius cum binis ſequentibus ſolitas Trochaicorum leges ſequuntur, reliqui claudi ſunt.

Tranſeo ad locum *Archeſtrati*, quem adducit *Athen.* eodem L. VII. p. 278, ubi de amia inter cetera ait,

"Ιςω δ' αὕτη σοι Βυζαντίȣ ἐξ ἐρατεινȣ̃,
Εἴπερ ἔχειν ἀγαθὴν ἐθέλεις, καὶ ἐγγὺς ἅλω πȣ,
Τȣ̃δε τόπȣ κεδνὴν λήψει. τηλȣ̃ δὲ θαλάσσης
Ἑλλησποντιάδος χείρων, κᾂν κεῖνον ἀμείψης
Αἰγαίȣ πελάγȣς ἔναλον πόρον, ȣ̓κ ἔθ' ὁμοία
Γίνεται, ἀλλὰ καταισχύνει τὸν πρόσθεν ἔπαινον.

Secundus verſus ſanus non eſt: vellem tamen *Caſaubonus* non probaſſet *Dalecampii* lectionem ἁλὸς reponentis pro ἅλω, quod mutari non indiget; eſt enim pro ἑάλω, ab ἁλίσκω: Repono igitur certa (quantum video,) emendatione,

κᾂν ἐγγὺς ἅλω πȣ
Τȣ̃δε τόπȣ, κεδνὴν λήψει.

quod

> *quod ſi etiam capta ſit prope*
> *Hunc locum, egregiam accipies.*

Sequentia etiam, τηλȣ̃ δὲ θαλάσσης Ἑλλησποντιάδος male vertit *Dalecamp. procul a mari Helleſpontiaco*: neque enim idem proprie notant τηλοῦ θαλάσσης & τηλοῦ ἀπὸ θαλάσσης, uti nec τηλοῦ γῆς & τηλοῦ ἀπὸ γῆς. Ita V. G. τηλοῦ γῆς πορεύεσθαι, eſt *in terram longe diſſitam proficiſci*: ſed τηλȣ̃ ἀπὸ γῆς, eſt *procul a terra*: adeoque & hic τηλȣ̃ θαλάσσης eſt *ulterius in mari Helleſpontiaco*, longius ſc. a Byzantio recedendo. Forſan etiam in verſu quarto pro κεῖνον emendandum κεῖθεν: *Dalecampius* vertit *vicinum*, quaſi legiſſet, κᾂν γείτον' Ἀμείψῃς. ſi mea placuerit emendatio, hunc ſenſum fundet locus:

> *longius vero [hinc] in mari*
> *Helleſpontiaco peior eſt: ſi & hinc tranſieris*
> *In maris Aegaei tractum, iam nequaquam ſimilis*
> *Gignitur ibi, ſed priſtinam laudem dedecorat.*

Sed non poſſum quin adſcribam verba *Athenaei*, quae eadem hac pag. *Archeſtrati* locum praecedunt. ὁ δὲ ὀψοδαίδαλος (inquit) Ἀρχέστρατος ἐν τῇ γαστρολογίᾳ (οὕτως γὰρ ἐπιγράφεσθαί φησι Λυκόφρων ἐν τοῖς περὶ κωμῳδίας, ὡς τὴν Κλεοστράτȣ τȣ̃ Τενεδίȣ γαστρολογίαν,) περὶ τῆς ἀμίας φησὶν οὕτως. Ait *Archeſtrati* opus vocari Γαστρολογίαν, quemadmodum *Cleoſtrati* Tenedii Γαστρολογίαν: ſed opus eo titulo nunquam ſcripſiſſe *Cleoſtratum* certiſſimus ſum. Erat ille, quod *Athenaeus* quoque notat, Tenedius, & inter primos fuit Graecorum, qui caeleſtium corporum motibus invigilarunt, & adhucdum celebris eſt Octaëteris ab ipſo

 con-

condita. Meminit ipſius praeter *Cenſorinum*, *Scylax* ubi de Tenedo agens inquit: ὅθεν Κλειόστρατος ὁ Ἀστρόλογος ἐστί. Aetas aliquatenus apparet ex eo quod *Plin.* L. II. c. 8. ait. *Obliquitatem ejus* (ſigniferi ſc.) *intellexiſſe, hoc eſt, rerum fores aperuiſſe, Anaximander Mileſius traditur primus, Olympiade* LVIII. *Signa deinde in eo Cleoſtratus, & primum Arietis ac Sagittarii.* Unde Olymp. LVIII. iuniorem conſtat: *Hygin.* quoque Poet. Aſtron. c. 15. ait: *Hos autem Hoedos Cleoſtratus Tenedius dicitur primus inter ſidera oſtendiſſe.* Ubi *Munckerus* (cui ſatis ignotus fuiſſe videtur *Cleoſtratus*,) notat M.S.S. pro *Tenedius* legere *Teneus*, addens: *Non male, ut arbitror:* immo peſſime. Facile iam quivis videbit, Aſtrologum hunc ſcripſiſſe Ἀστρολογίαν, non Γαστρολογίαν, & omnino ita reſcribendum apud *Athenaeum*. Vult enim *Archeſtrati* librum vocari Γαστρολογίαν nomine alludente ad Ἀστρολογίαν *Cleoſtrati*.

Sed quid vetat unum adhuc alterumque τοῦ ὀψοδαιδάλου (ut cum *Athenaeo* loquar,) fragmentum emendare. p. 300. E, de ellope ſic canit:

> Τὸν δ' ἔλλοπ' ἔσθε μάλιστα Συρακούσαις ἐνὶ κλειναῖς
> Τόν γε κρατιστεύοντ'. οὗτος γὰρ αὖ ἐστιν ἐκεῖθεν
> Τὴν ἀρχὴν γεγονὼς, κᾆν ἢ περὶ νήσους
> Ἢ περὶ τὴν ἄλλην που ἄλω γῆν, ἢ περὶ Κρήτην,
> Λεπτὸς καὶ στερεὸς καὶ κυματοπλὴξ ἀφικνεῖται.

In primo verſu lege, Τὸν δ' ἔλοπ' ἔσθε, metri cauſa: quod iam monuit *Caſaubonus*, vel ut amicus ex meis, Ἔλλοπα δ' ἔσθε. tertius mutilus eſt; ſupplet *Caſaubonus*, κᾆν νὴ Δία, ἢ περὶ νήσους: quod ſupplementum lubentius in verſum Comici cuiusvis, quam in hunc

Ar-

Archeſtrati receperim. In ſequenti quoque nonnihil ſuſpectum eſt τὴν ἄλλην: quid ſi reſcripſerim? (quod tamen timidiuſcule pono:)

κἂν ἀλλαχῦ ἢ περὶ νήσους
Ἢ περὶ Ἰταλίην που ἄλω γῆν.

locum autem hunc vel ideo adſcripſi, quod firmet emendationem meam paulo ante poſitam, κἂν ἐγγὺς ἄλω που.

P. 301. F. de thynno ait:

τούτου δὲ θεοῖς χρὴ
Ὀψωνεῖν, ἃ πρέπει ταχέως καὶ μητέρι τιμῆς.

Pro ultimis, manifeſte corruptis, legit Vir magnus, καὶ μὴ περιμίμνειν: quod etſi non improbem, proponam tamen & meam coniecturam, qua lego:

τούτου δὲ θεοῖς χρὴ
Ὀψωνεῖν, ἃ πρέπει ταχέως, κἂν ᾖ ἐριτίμος.

Ita ipſe *Archeſtratus* in alio fragmento p. 305. E.

Τὸν κάπρον ἄν γ' ἐσίδῃς ὠνοῦ, καὶ μὴ κατάλειπε
Κἂν ἰσόχρυσος ἔῃ.

Finiam hoc Caput in fragmento eiusdem poetae, quod habetur p. 316. A.

Τὸν δ' ὄνον Ἀνθήδων, τὸν καλλαρίαν καλέουσιν,
Ἐκτρέφει εὐμεγέθη, σομφὴν δὲ τρέφει τινὰ σάρκα,
Καλῶς οὐχ' ἡδεῖαν ἐμοί με † ἀλλὰ
Αἰνοῦσιν. χαίρει γὰρ ὁ μὲν τούτοις, ὁ δ' ἐκείνοις.

Ver-

Verſus binos poſteriores valde corruptos eſſe cuivis apparet; & omnino infeliciter ceſſit *Caſaubono* opera, quam iis reſtituendis inſumſit: neſcio enim quo fato, tertium verſum integro pede mutilum reliquit. Mihi, quantum ex *Archeſtrati* mente, & corruptis vocibus colligo, ita haec concepta fuiſſe videntur:

> *τομφὴν δὲ τρέφει τινα σάρκα,*
> *Κ' ἄλλως ὐχ' ἡδεῖαν ἐμοί γ', ἄλλοι δὲ μάλιςα*
> *Αἰνῦσιν· χαίρει γὰρ ὁ μὲν τύτοις, ὁ δ' ἐκείνοις.*

> *mollem vero alit carnem,*
> *Et alioqui mihi non gratam; alii vero maxime*
> *Laudant: gaudet enim hic illis, alter aliis.*

Poſſis etiam, *ἄλλοι δέ τε πολλοὶ Αἰνῦσιν·* quod vero addit: *χαίρει γὰρ ὁ μὲν τύτοις, ὁ δ' ἐκείνοις:* ſimile omnino eit huic *Archilochi.*

> *Ἄλλοις γὰρ ἄλλος καρδίην ἰαίνεται.*

ille vero expreſſit hoc *Homer*. Odyſſ. Ξ. v. 228.

> *Ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.*

quae loca congeſſit quoque *Fulv. Urſinus* ad illuſtrandum *Maronis* illud,

> *trahit ſua quemque voluptas.*

C A-

CAPUT XXII.

Epigrammata a Ienſio edita paſſim emendata & tentata. Multa ex iis iam edita eſſe obſervatur. Τροχιά. *Leonides poeta quando vixerit. Eius epigramma in Veſpaſianum.* Ἀκεστορία. Ὕδατα Κοτίλεια. *Veſpaſianum Cutiliis obiiſſe. Aliud Leonidae epigramma. Q. Maecius & Geminus Poetae epigrammatum.*

EPigrammata, quae ante paucos annos evulgavit Cl. *Ienſius*, hoc Capite me occupabunt: obſervavi autem, quam plurima eorum iam dudum edita fuiſſe a *Salmaſio*, *Bentleio*, *Kuſtero*, *Wolfio*, aliisque; pauca etiam exſtare in Anthologia edita: nec dubito quin & alia ex iis edita ſint locis a me forte non deprehenſis. Pleraque vero tam foede corrupta ſunt, ut vel Sphinge vel Oedipo opus ſit ad eorum ſententiam eruendam. Longe emendatiora omnino dare haec potuiſſet Cel. *Dorvillius*, a quo luculentam Anthologiae editionem exſpectamus; quam utinam maturet Vir egregius! Interim vero ego pro virili nonnulla ex *Ienſianis* in integrum reſtituere conabor.

Epigramma numero ſecundum (quod alibi editum puto, tametſi locus iam non ſuccurrat,) ita habet:

Ἴσχετε χεῖρα μυλαῖον ἀλετρίδες, εὕδετε μακρὰ,
Κῆν ὄρθρον προλέγῃ γῆρυς ἀλεκτρυόνων.

Δηὼ γὰρ νύμφαισι χορῶν ἐπετείλατο μόχθους,
Αἳ δὲ κατ' ἀκροτάτην ἀλλόμεναι προχέην
Ἄξονα δινεύουσιν, ὁ δ' ἀκτίνεσσιν ἑλικταῖς
Στρωφᾶται πισύρων κοῖλα βάρη μυλάκων.
Γευόμεθ' ἀρχαίου βιότου πάλιν, εἰ δίχα μόχθου
Δαίνυσθαι Δηοῦς ἔργα διδασκόμεθα.

Secundum diſtichon manifeſte vitioſum eſt; quid enim hic χορῶν? quid προχέην? nec melius, quod *Ienſius* tentabat προχόην: legendum cenſeo,

Δηὼ γὰρ νύμφαισι κόρων ἐπετείλατο μόχθους,
Αἳ δὲ κατ' ἀκροτάτην ἀλλομέναι τροχιὴν,
Ἄξονα δινεύουσιν.

Ceres, inquit, *nymphis* (i. e. aquis,) *iniunxit laborem puellarum*, ἀλετρίδων ſc. quas proin v. 1. dormire iubet. Poſſis & χερῶν reponere pro χορῶν. Τροχιὰ vero eſt rota, vel tympanum, quo ab impetu fluminis verſato, mola circumgebatur, quales machinae etiam nunc & ad farinam molendam, & ad alios uſus conſtruuntur. De tympanorum horum ſtructura conſule *Vitruv.* L. x. c. 9. & 10.

Epigr. III. editum eſt ab *Holſten.* ad *Steph.* v. Φολέγανδρος, absque ulla ſcripturae differentia, niſi quod ibi vſ. 3. recte legitur ἐμιμήσασθε, ubi *Ienſius* mendoſe ἐμμνήσασθε: ſed haereo in ultimo diſticho,

Ἦρ' ὑμᾶς ἐδίδαξεν ἕνα τρόπον ἡ τότε λευκὴ
Δῆλος ἐρημαίου δαίμονος ἀρξαμένη;

quae vitio carere vix mihi perſuaſerim; quid ſi legam?

Ἦρ' ὑμᾶς ἐδίδαξεν ἑὸν τρόπον ἥ ποτε λευκὴ
Δῆλος, ἐρημαίου δαίμονος ἀρξαμένη.

Sane

Sane vos mores ſuos docuit Delos felix
Quondam, [dein] infelicis fati initium.

Ut λευκὴ hic felicitatem priſtinam notet; quemadmodum *albus* & *ater* apud Latinos ſaepe de fortuna ac fato leguntur: ſed aliud forte latet, quod doctioribus relinquo expendendum.

Epigr. IV, protulit iam *Holſtenius* ad *Steph.* v. Κυβέλεια, nec non *Salmaſ.* in *Plinianis.* Ita vero concipitur apud *Holſten.*

Αὐλοὶ τοῦ Φρυγὸς ἔργον Ὑαγνίδος, ἡνίκα μήτηρ
Ἱερὰ τὰν Κυβέλοις πρῶτ' ἀνέδειξε θεῶν·
Καὶ πρὸ. ἐμὸν Φώνημα καλὴν ἀμεδύσατο χαῖταν
Ἔκφρων Ἰδαίης ἀμφίπολος θαλάμης.
Εἰ δὲ Κελαινίτης ποιμὴν πάρος οὔπερ ἄεισας
Ἐγνώθη, Φοίβου κεῖνον ἔδειξεν ἔρις.

In v. 3. mendoſa eſt vox ἀνεδύσατο, pro quo *Ieſsius* aliquanto etiam peius ἐνεδύσατο exhibet; *Salmaſius* Exerc. *Plin.* p. 87. ἀνεσείσατο ex conjectura proculdubio, quae ſatis placet: ſolebant enim Machades ac Galli matris Cybeles miniſtri paſſis ac ſolutis crinibus vagari, ut conſtat vel ex Epigrammate *Rhiani* quod *Holſten.* l. c. protulit, & integrum quoque legitur apud *Suidam*, partim in v. Θαλαμήπολος, partim in Γαλλαίῳ ceteroqui quam proxime ad lectionem librorum accederet,

Καὶ πρὸς ἐμὸν Φώνημα καλὴν ἀνεδήσατο χαίτην.

ubi ἀνεδήσατο intelligere poteris de hedera, qua caput revinciebant. Ultimum diſtichon *Salmaſ.* l. c. p. 84. ita exhibet:

Ἡ δὲ Κελαινείτης ποιμὴν πάρος οἶςπερ ἄειςας
Ἐγνώθη, Φοίβȣ κεῖνον ἔδειξεν ἔρις.

quae aeque parum, atque *Holſteniana* intelligo: legendum forte,

Εἰ δὲ Κελαινίτης ποιμὴν πάρος ȣ̓, πρὶν ἀείσας,
Ἐγνώσθη, Φοίβȣ κεῖνον ἔδειξεν ἔρις.

Si vero Celaenites paſtor (Marſyas ſc.) *antequam caneret ignotus fuit, certamen cum Phoebo ſuſceptum ſatis eum nobilitavit.*

Epigr. v. *Leonidae* adſcribitur, atque ita a *Ienſio* vulgatum eſt:

Ὕδατά σοι κοτίλεια γενέθλιον ἦμαρ δρῶντι,
Καῖσαρ, ἐπιβλύζοι σωρὸν ἀκεσορίης,
Ὄφρα σε κόσμος ἅπας πάππον αὐγάζηται,
Ὡς πατέρα τρίσσης εἴσιδεν εὐτοκίης.

quae non uno loco corrupta ſunt: poſterius diſtichon citat *Spanhem.* Diſſ. VIII. de Praeſt. & Uſ. Num. p. 759. Ed. Vet. ubi pro εὐτοκίης legitur εὐτυχίης, ſimulque notatur, facile ſuppleri poſſe defectum verſus tertii: quam vellem labori facili non ſuperſediſſet Vir magnus! nec enim mihi adeo in promptu videtur haec ita reſtituere, ut de auctoris manu certi eſſe poſſimus.

Priusquam vero ulceribus his manum admoveo, lubet nonnulla monere de aetate *Leonidae*, quibus totum Epigramma haud parum illuſtrabitur. Multa quidem in Anthologia edita occurrunt Epigrammata, quae *Leonidem* agnoſcunt auctorem, ſed in iis

vix

vix ulla, unde de ipſius aetate certi quid concluſeris. *Berkelius* in notis ad *Steph.* v. Θύμβρις adducens Epigr. VII. in collectione Jenſii, Julio Caeſari eum σύγχρονον facit, deceptus nempe *Caeſaris* nomine, quod non magis in Julium, ac in quemvis ſequentium imperatorum quadrat: multo vero iuniorem eſſe *Leonidem* liquet ex *Epigr.* Jenſiano CXLIV, v. 3, ubi ait:

Ποππαῖα, Διὸς εὐνὶ Σεβαστιάς.

Poppaea illa *Auguſta*, quam alloquitur, non alia eſt a coniuge Neronis, qua de conſule *Sueton.* Ner. c. 35, *Tacitum* aliosque. Sub Nerone itaque florebat, quem ſatis adulatorie Δία vocat: non abludit ab hoc tempore aliud huius poëtae epigramma in Anthol. L. III, c. 31. ep. 42. quod legitur etiam apud *Macrob.* Saturn. L. I. c. II.

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος,
Καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Epictetus enim, docente *Suida*, fuerat δοῦλος Ἐπαφροδίτου τῶν σωματοφυλάκων τοῦ Βασιλέως Νέρωνος: poſtea tamen maxime floruit, ſi, quod *Suidas* ibidem addit, ad Marci usque Antonini tempora vixit: quoniam vero *Leonides* hoc Epigramma ſcribere non potuit, niſi Epicteto iam ſatis celebri, probabile ſit, & eum diu ultra Neronem aetatem produxiſſe; atque adeo ſub Veſpaſiano quoque, forſan & Tito ac Domitiano vixiſſe. Si tamen, quod *Macrobius* vult, diſtichon illud ipſum Epictetum auctorem habuerit, nihil huc pertinebit.

Id

Id vero ex multis ipſius *Leonidae* carminibus conſtat, genere fuiſſe Aegyptium, & quantum coniicio Alexandrinum: ea ſane Epigrammata quae leguntur Anthol. L. VII. c. 12. Λεωνίδα Ἀλεξανδρέως nomen praeferunt, qui a noſtro non diverſus videtur, tum quia ſtylus plane idem eſt, tum etiam quia Capitis illius Ep. 8, Agrippinae inſcribitur, Neronis matri, ut videtur. Noſtrum autem Epigramma (ut eo redeam,) nequaquam ad Neronem pertinet, verum ad Veſpaſianum, ut mox demonſtrabo: ipſa vero poetae verba ſic conceperim:

Ὕδατά σοι Κοτίλεια γενέθλιον ἦμαρ ὁρῶντι,
  Καῖσαρ, ἐπιβλύζοι σωρὸν ἀκεσορίης·
Ὄφρα σε κόσμος ἅπας πάππον [πάλιν] αὐγάζηται,
  Ὡς πατέρα τρίσσης εἴσιδεν εὐτοκίης.

De ἀκεσορίης, quod reſtitui, nemo dubitabit: eſt enim illud ab ἀκέσωρ, *medicus*. *Heſych.* Ἀκέσωρ. ἰατρὸς, θεραπεύτης. Legitur vero ἀκεσορίη apud *Apoll.* Rhod. L. II. v. 514. De vocula πάλιν, qua tertii verſus hiatum replevi, non contenderim verum me adſequutum: id gaudeo vocem deperditam non magnum ſenſui detrimentum attuliſſe. Denique verſu ultimo retinui εὐτοκίης, prae illo quod *Spanhem.* agnoſcit εὐτυχίης: quippe τρίσση εὐτοκίη hic notat *ternos liberos felici partu editos*. Reſtat, ut moneam, quid ſint ὕδατα Κοτίλεια. Eſt nempe *Cutiliae* nomen oppidi in Sabinis, quod *Dionyſ. Halicarn.* L. I. p. 11, Κοτυλίαν vocat, & LXX ſtadiis a Reate removet: prope hoc erant aquae medicatae, *Aquae Cutiliae* inde dictae, quas celebrat *Plin.* L. XXXI. c. 6. uti & *Celſ.* L. IV. c. 5, ubi contra reſolutionem ſtoma-

 chi

chi commendat, *conſiſtere in frigidis, medicatisque fontibus, quales Cutiliarum Simbruinarumque ſunt.* In Tab. Peuting. viſitur aedificium, earum inſigne, cum nomine nonnihil vitiato *Aque Cutillie*, IX M. P. a Reate, quod a ſtadiis LXX *Dionyſii* non multum abit. Has itaque aquas Graecus poeta Ὕδατα Κοτίλεια vocat; de quibus plura videas apud *Cellar.* G. A. L. II. c. 9. & *Surit.* ad *Anton.* Itiner. p. 306.

Expeditus iam eſt Epigrammatis ſenſus, quod Caeſaris natali celebrando conſcriptum videtur, cum ait, γενέθλιον ἦμαρ ὁρῶντι. Continet autem votum, ut aquarum Cutiliarum uſu ſanitati reſtitutus, brevi ab orbe Romano avus conſalutetur, quemadmodum iam trium liberorum patrem viderant. Haec vero in Veſpaſianum unice conveniunt, quem ex uxore Flavia Domitilla liberos ſuſcepiſſe Titum, Domitianum & Domitillam, narrat *Suet.* Veſpaſ. c. 3. omne hac de re dubium tollet idem *Suet.* c. 24, ubi de hoc principe ait: *Conſulatu ſuo nono tentatus in Campania motiunculis levibus, ac protinus urbe repetita, Cutilias ac Reatina rura, ubi aeſtivare quotannis ſolebat, petiit.* Immo Cutiliis eum obiiſſe ex ſequentibus *Suetonii* verbis clare patet, ac diſerte teſtatur *Xiphilinus:* μετήλλαξεν ἐν τοῖς ὕδασι τῶν Σαβίνων τοῖς Κουτιλίοις ὠνομασμένοις. Non tamen ad ultimum hunc Veſpaſiani morbum referendum eſt *Leonidae* epigramma, quia imperator ille a. d. IX Kal. Junii mortuus eſt, diu ante, quam natalem ſuum celebrare debuiſſet. Sed iam ſatis de his: tranſeo ad ſequentia.

Epigramm. VI. eiusdem *Leonidae* habet:

Ἰτρία μοι βύβλων κλονώδεα σὺν καλάμοισι
Πέμπει νειλορύτου δῶρον ἀπὸ προβολῆς·

Μου-

Μȣσοπόλῳ δ' ἀτελῆ, Διονύσιε, μηκέτι πέμπε
"Οργανα. τίς τȣτων χρῆσις ἄτερ μέλανος;

Primus verſus vehementer corruptus eſt, nec ſecundus omni labe immunis. Notat *Ienſius* in M. S. pro προβολῆς corrigi προχοῆς, quod non diſplicet; ut Νειλόρυτος προχοὴ ſit oſtium Nili: nec tamen alteram lectionem temere damnaverim, cum Νειλόρυτος προβολὴ notare poſſit promontorium quod a Nilo alluitur: corrigo itaque

Ἠτριά μοι βύβλων † αλονώδεα σὺν καλάμοισι
Πέμπεις Νειλορύτȣ δῶρον ἀπὸ προβολῆς.
Μȣσοπόλῳ δ' ἀτελῆ, Διονύσιε, μηκέτι πέμπε
"Οργανα· τίς τȣτων χρῆσις ἄτερ μέλανος;

Ἤτριον, ut ſupra Cap. xx. vidimus, *Galenus* exponit λεπτόν τι ὕφασμα: itaque ἤτρια βύβλων hic ſunt tenues illae papyri lamellae telis perſimiles: ſed epitheton additum ἀλονώδεα crucem mihi figit, quare & ego viciſſim infauſtum ſignum praepoſui. Poſſim coniicere ἀλοκώδεα, quod tamen ſenſus vix admittere videtur; poſſim & ἀνεμώλια, ſed neque illud placet: abſtineo itaque, & aliorum curae ulcus hoc committo.

Epigr. VII. (quod obiter iam monui,) dudum edidit *Berkel.* ad *Steph.* v. Θύμβρις, ut & ſequens VIII. ad v. Νεῖλος, ubi poſterius diſtichon, plane ut *Ienſius*, ita exhibet:

Τȣ͂το δ' ἑορτάζοντι γενέθλιον ἠριγένειαν.
Δῶρον ὁ Νειλαιεὺς πέμπει ἀοιδοπόλων.

ſed corrigendum ἀοιδοπόλος.

E-

Epigr. x. ΜΑΚΚΙΟΥ inſcribitur, quo nomine poetam ignoro. Legendum ΜΑΙΚΙΟΥ, cuius epigrammata aliquot leguntur in Anthologia edita. *Quintus Maecius* dictus fuiſſe videtur: Anthol. enim L. VI, c. 3. ep. 12. nomen praefert Μαικίου Κοΐντου, quem a noſtro non diverſum puto. Epigramma quoque XII *Ienſii* male dicitur Γαιμίνου. Scribendum Γεμίνου, cuius & nonnulla in Anthologia occurrunt.

CAPUT XXIII.

Epigrammata Ienſiana emendantur. Δόβηρος *urbis nomen. Baucis Erinnae amica.* Ἑτερόπτολις. *Patria Baucidis Tenos.* Πιτανάτις. *Stephanus emendatur.* Διωλύγιος. Ἄλλαστος. *Aliud Erinnae de Baucide epigramma. Anacreontis epitaphium.* Δηρίφατος.

PErgo in *Ienſii* Epigrammatibus: eorum XIII. ita habet:

> Κὴν μύχον Ὀρκυναῖον, ἢ ἐς πύματον Σολόεντα
> Ἔλθῃς καὶ Λιβυκῶν κράσπεδον Ἑσπερίδων,
> Καῖσαρ ὁ πολυσέβαστος ἅμα κλέος εἶσιν ἐκείνῳ·
> Πάντῃ Πυρήνης ὕδατα μαρτύρια.
> Οἷσι γὰρ ὐδὲ πέριξ δρύτομοι ἀπεφαιδρύναντο,
> Λυτρὰ καὶ ἠπείρων ἔσσεται ἀμφοτέρων.

Epigramma hoc *Crinagorae* iam dudum editum eſt ab *Holſtenio* ad *Steph.* v. Ἑρκύνιον, ubi in v. 1. recte legitur Ἑρκυναῖον. Medium diſtichon admodum cor-

corruptum videtur: dum vero certius quid diſcam, ita conſtituo priores verſus:

Κὴν μυχὸν Ἑρκυνεῖον, ἢ ἐς πύματον Σολόεντα
Ἔλθῃ καὶ Λιβυκῶν κράσπεδον Ἑσπερίδων
Καῖσαρ ὁ πουλυσέβαστος, ἀγακλεὴς εἶσιν ἐκεῖνος
Πάντῃ Πυρήνης ὕδασι μαρτύριον.

Mallem tamen minori mutatione rem expediri poſſe.

In ſequenti Epigramm. XIV. v. 2. pro Φέγξατο legendum Φθέγξατο. Corruptus quoque eſt v. 4. ſed corrigi poteſt ex *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 83, qui medium huius epigrammatis diſtichon adducit.

Epigr. XVII. ſic edidit *Ienſius:*

Ταύρῳ Φρικαλέον νῶτος ἐμβαίνοντι Δοβήρου
Πευκέτης ἵππῳ κάρτερος ἠντίασεν.
Ἀλλ' ὁ μὲν ὡρμήθη πρειὼν ἅτε, τοῦ δ' ἀπαλοῖο
Παιονίδα λόγχην ἧκε διὰ κροτάφων.
Συλήσας κεφαλῆς δὲ διπλοῦν κέρας, αἰὲν ἐκείνῳ
Ζωροποτῶν ἐχθροῦ κόμπον μὴ θανάτου.

Hoc quoque epigramma iam produxerat *Holſten.* ad *Steph.* v. Δόβηρος, quod ſi obſervaſſet Cl. *J. H. Leichius* in Praefatione ad Epigrammata a ſe edita, pro Δοβήρου non conieciſſet σοβηρῷ: eſt enim nomen proprium urbis Thraciae, ut ex *Steph.* l. c. patet. V. 2. *Holſtenius* habet Πευκίστης, aliquanto melius quam Πευκέτης; corrigendum Πευκέστης, quod eſt nomen proprium Macedonibus non ignotum, ut docet Peuceſtes dux Alexandri Magni, *Arriano* aliisque ſaepius memoratus. vſ. 3. pro πρειὼν legendum videtur πρηὼν, quo indicatur ſtupenda tauri illius moles; ut

ut *Virg*. Aeneid. L. IX. v. 674. Pandarum & Bitian dicit

Abjetibus iuvenes patriis & montibus aequos.

v. 5. κεφαλῆ legitur apud *Holſten*. & v. 6. Ζωροπατῶν; utrumque male. Mendoſa vero, vel metro indicante, eſt ultima pars verſus 6; unde pro μὴ ſubſtituendum puto ἔχει, & ita legendum totum Epigramma:

Ταύρῳ Φρικαλέον νάπος ἐκβαίνοντι Δοβήρε
  Πευκέςης ἵππῳ κάρτερος ἠντίασεν
Ἀλλ' ὁ μὲν ὡρμήθη πρηὼν ἅτε, τῶ δ' ἀταλοῖο
  Παιονίδα λόγχην ἧκε διὰ κροτάφων.
Συλήσας κεφαλῆς δὲ διπλῶν κέρας, αἰὲν ἐκείνῳ
  Ζωροποτῶν ἐχθρῶ κόμπον ἔχει θανάτε.

Epigr. XIX.

Βίβλων ἡ γλυκερὴ λυρικῶν ἐν τεύχεϊ τῷδε
  Πεντὰς ἀμιμήτων ἔργα φέρει Χαρίτων,
Ἀνακρέοντος ἃς ὁ Τήϊος ἡδὺς πρέσβυς
  Ἔγραψεν ἢ παρ' οἶνον, ἢ σὺν ἱμέροις·
Δῶρον δ' εἰς ἱερὴν Ἀντωνίη ἥκομεν ἠῶ,
  Κάλλευς καὶ πραπίδων ἔξοχ' ἐνεγκαμένην.

Editum iam erat hoc Epigramma a Cel. *Dorvillio* in Vann. Crit. p. 185, ubi ultimum diſtichon recte ſic legitur:

Δῶρον δ' εἰς ἱερὴν Ἀντωνίῃ ἥκομεν ἠῶ,
  Κάλλευς καὶ πραπίδων ἔξοχ' ἐνεγκαμένῃ.

Medium diſtichon Jambicum eſt, ſed corruptum; praeter coniecturas, quas adfert Vir Cl. tentari etiam poſſet:

Ἃς Ἀνακρέων ὁ πρέσβυς ἡδὺς Τήϊος
Ἔγραψεν ἢ παρ᾽ οἶνον, ἢ σὺν ἱμέροις.

Ceterum adi Vann. Crit. l. c. ubi luculenter tum de hoc Epigrammate, tum de *Crinàgora* ipſius auctore diſſeritur.

Epigramma xx. poſt *Jenſium* edidit quoque Cel. *Albertius* ad *Heſych*. p. 1472, non ſine aliqua varietate, quam ibi vide.

Epigr. xxi. ita legendum videtur:

Μήτε μακρῇ θαρσέων ναυτίλλεο, μήτε βαθείῃ
　Νηΐ· κρατεῖ παντὸς δέρατος εἷς ἄνεμος.
Ὤλεσε καὶ Πρόμαχον πνοιὴ ἅμα, κῦμα δὲ ναύτας
　Ἀθρόον εἰς κοιλὴν ἐϛυφέλιξεν ἅλα.
Οὐ μὴν ἐ δαίμων πάντη κακὸς, ἀλλ᾽ ἐπὶ γαίῃ
　Πατρίδι καὶ τύμβȣ καὶ κτερέων ἔλαχες,
Κηδεμόνων ἐν χερσίν· ἐπεὶ τρηχεῖα θάλασσα
　Νεκρὸν πεπταμένοις θῆκεν ἐπ᾽ αἰγιαλοῖς.

Epigr. xxiii.

Στᾶλαι καὶ σειρῆνες ἐμαὶ, καὶ πένθιμε κρωσσὲ,
　Ὅϛις ἔχεις ἀΐδα τὰν ὀλίγαν σποδιὰν,
Τοῖς ἐμὸν ἐρχομένοισι παρ᾽ ἠρίον εἴπατε χαίρειν
　Αἴτ᾽ ἀϛοὶ τελέτων ταἴθ᾽ ἑτέρω πόλιος·
Χ᾽ ὤτί με νύμφαν εὖσαν ἔχει τάφος, εἴπατε καὶ τὸ,
　Χ᾽ ὤτὶ πατὴρ μ᾽ ἐκάλει Βρυκίδα, χ᾽ ὤτὶ γένος
Τηνίδως εἰδῶντι καὶ ὅττι μοι ἁ συνεταιρὶς
　Ἤρινν᾽ ἐν τύμβῳ γράμμ᾽ ἐχάραξε τόδε.

Vul-

Vulgatum iam erat hoc *Erinnae* Epigramma a Cl. *Wolfio* in Fragm. Poetriarum; atque ita (ne longus ſim,) emendandum videtur:

Στᾶλαι καὶ σειρῆνες ἐμαὶ, καὶ πένθιμε κρωσσὲ,
  Ὅςις ἔχεις Ἀΐδα τὰν ὀλίγαν σποδιὰν,
Τοῖς ἐμὸν ἐρχομένοισι παρ' ἠρίον εἴπατε χαίρειν,
  Αἴτ' ἀςοὶ τελέθωντ', αἴθ' ἑτεροπτόλιες·
Χὤτι με νύμφαν εὖσαν ἔχει τάφος, εἴπατε καὶ τὸ,
  Χὤτι πατήρ μ' ἐκάλει Βαυκίδα, χὤτι γένος
Τήνια, ὡς εἰδῶντι, καὶ ὅττι μοι ἁ συνεταιρὶς
  Ἤρινν' ἐν τύμβῳ γράμμ' ἐχάραξε τόδε.

Verſ. 4. eodem fere modo correxiſſe *Lactozium*, poſtquam iam ſic emendaveram, vidi; verius tamen videtur noſtrum ἑτεροπτόλιες: ſicut enim dicitur ἄπολις, ὁμόπολις, ita etiam ἑτερόπολις, vel metri cauſa ἑτερόπτολις, de eo qui civis non eſt, ſed alia urbe oriundus, unde hic ἀςοῖς opponitur: v. 6. Βαυκίδα reſcripſi, ut de eadem agatur puella, quam iterum luget *Erinna* Epigr. XXV, mox adſcribendo: eam Teno inſulae natales debuiſſe, docet Epigramm. huius v. 7, ſi tamen mendoſa ſcriptura feliciter a me mutata eſt.

Epigr. XXIV.

Ἤδη μὲν κρόκεις πιτανατίδι πίτνατο νύμφα
  Κλειναρέτα χρυσέων παςὸς ἔσω θαλάμων.
Καδέμονες δ' ἤλποντο δι' ὠλένιον φλόγα πεύκης
  Ἅψειν ἀμφοτέραις ἀνσχόμενοι παλάμαις
Δημὼ καὶ Νίκιππος· ἐφάρπαξε δὲ νοῦσος
  Παρθενικὰν λάθας ἄγαγεν ἐς πέλαγος.
Ἀλγειναὶ δ' ἐκάμαντο συνάλικες οὐχὶ θυρέτρων,
  Ἀλλὰ τὸν αἴδεω ςερνοτυπῆ θάλαμον.

Id vero ex multis ipſius *Leonidae* carminibus conſtat, genere fuiſſe Aegyptium, & quantum coniicio Alexandrinum: ea ſane Epigrammata quae leguntur Anthol. L. VII. c. 12. Λεωνίδου Ἀλεξανδρέως nomen praeferunt, qui a noſtro non diverſus videtur, tum quia ſtylus plane idem eſt, tum etiam quia Capitis illius Ep. 8, Agrippinae inſcribitur, Neronis matri, ut videtur. Noſtrum autem Epigramma (ut eo redeam,) nequaquam ad Neronem pertinet, verum ad Veſpaſianum, ut mox demonſtrabo: ipſa vero poetae verba ſic conceperim:

Ὕδατά σοι Κοτίλεια γενέθλιον ἦμαρ δρῶντι,
  Καῖσαρ, ἐπιβλύζοι σωρὸν ἀκεσορίης·
Ὄφρα σε κόσμος ἅπας πάππον [πάλιν] αὐγάζηται,
  Ὡς πατέρα τρίσσης εἴσιδεν εὐτοκίης.

De ἀκεσορίης, quod reſtitui, nemo dubitabit: eſt enim illud ab ἀκέσωρ, *medicus*. *Heſych.* Ἀκέσωρ. ἰατρὸς, θεραπεύτης. Legitur vero ἀκεσορίη apud *Apoll.* Rhod. L. II. v. 514. De vocula πάλιν, qua tertii verſus hiatum replevi, non contenderim verum me adſequutum: id gaudeo vocem deperditam non magnum ſenſui detrimentum attuliſſe. Denique verſu ultimo retinui εὐτοκίης, prae illo quod *Spanhem.* agnoſcit εὐτυχίης: quippe τρίσση εὐτοκίη hic notat *ternos liberos felici partu editos.* Reſtat, ut moneam, quid ſint ὕδατα Κοτίλεια. Eſt nempe *Cutiliae* nomen oppidi in Sabinis, quod *Dionyſ. Halicarn.* L. I. p. 11, Κοτυλίαν vocat, & LXX ſtadiis a Reate removet: prope hoc erant aquae medicatae, *Aquae Cutiliae* inde dictae, quas celebrat *Plin.* L. XXXI. c. 6. uti & *Celſ.* L. IV. c. 5, ubi contra reſolutionem ſtomachi

chi commendat, *conſiſtere in frigidis, medicatisque fontibus, quales Cutiliarum Simbruinarumque ſunt.* In Tab. Peuting. viſitur aedificium, earum inſigne, cum nomine nonnihil vitiato *Aque Cutillie*, IX M. P. a Reate, quod a ſtadiis LXX *Dionyſii* non multum abit. Has itaque aquas Graecus poeta Ὕδατα Κοτίλεια vocat; de quibus plura videas apud *Cellar.* G. A. L. II. c. 9. & *Surit.* ad *Anton.* Itiner. p. 306.

Expeditus iam eſt Epigrammatis ſenſus, quod Caeſaris natali celebrando conſcriptum videtur, cum ait, γενέθλιον ἦμαρ ὁρῶντι. Continet autem votum, ut aquarum Cutiliarum uſu ſanitati reſtitutus, brevi ab orbe Romano avus conſalutetur, quemadmodum iam trium liberorum patrem viderant. Haec vero in Veſpaſianum unice conveniunt, quem ex uxore Flavia Domitilla liberos ſuſcepiſſe Titum, Domitianum & Domitillam, narrat *Suet.* Veſpaſ. c. 3. omne hac de re dubium tollet idem *Suet.* c. 24, ubi de hoc principe ait: *Conſulatu ſuo nono tentatus in Campania motiunculis levibus, ac protinus urbe repetita, Cutilias ac Reatina rura, ubi aeſtivare quotannis ſolebat, petiit.* Immo Cutiliis eum obiiſſe ex ſequentibus *Suetonii* verbis clare patet, ac diſerte teſtatur *Xiphilinus:* μετήλλαξεν ἐν τοῖς ὕδασι τῶν Σαβίνων τοῖς Κοτιλίοις ὠνομασμένοις. Non tamen ad ultimum hunc Veſpaſiani morbum referendum eſt *Leonidae* epigramma, quia imperator ille a. d. IX Kal. Junii mortuus eſt, diu ante, quam natalem ſuum celebrare debuiſſet. Sed iam ſatis de his: tranſeo ad ſequentia.

Epigramm. VI. eiusdem *Leonidae* habet:

Ἰτρία μοι βύβλων κλονώδεα σὺν καλάμοισι
 Πέμπει νειλορύτου δῶρον ἀπὸ προβολῆς·

Με-

Μεσοπόλῳ δ' ἀτελῆ, Διονύσιε, μηκέτι πέμπε
Ὄργανα. τίς τούτων χρῆσις ἄτερ μέλανος;

Primus verſus vehementer corruptus eſt, nec ſecundus omni labe immunis. Notat *Ienſius* in M. S. pro προβολῆς corrigi προχοῆς, quod non diſplicet; ut Νειλόρυτος προχοὴ ſit oſtium Nili: nec tamen alteram lectionem temere damnaverim, cum Νειλόρυτος προβολὴ notare poſſit promontorium quod a Nilo alluitur: corrigo itaque

Ἤτριά μοι βύβλων † κλονώδεα σὺν καλάμοισι
Πέμπεις Νειλορύτου δῶρον ἀπὸ προβολῆς.
Μεσοπόλῳ δ' ἀτελῆ, Διονύσιε, μηκέτι πέμπε
Ὄργανα· τίς τούτων χρῆσις ἄτερ μέλανος;

Ἤτριον, ut ſupra Cap. xx. vidimus, *Galenus* expoſuit λεπτόν τι ὕφασμα: itaque ἤτρια βύβλων hic ſunt tenues illae papyri lamellae telis perſimiles: ſed epitheton additum ἀλονώδεα crucem mihi figit, quare & ego viciſſim infauſtum ſignum praepoſui. Poſſim coniicere ἀλοκώδεα, quod tamen ſenſus vix admittere videtur; poſſim & ἀνεμώλια, ſed neque illud placet: abſtineo itaque, & aliorum curae ulcus hoc committo.

Epigr. VII. (quod obiter iam monui,) dudum edidit *Berkel.* ad *Steph.* v. Θύμβρις, ut & ſequens VIII. ad v. Νεῖλος, ubi poſterius diſtichon, plane ut *Ienſius*, ita exhibet:

Τοῦτο δ' ἑορτάζοντι γενέθλιον ἠριγένειαν
Δῶρον ὁ Νειλαιεὺς πέμπει ἀοιδοπόλων.

ſed corrigendum ἀοιδοπόλος.

E-

Epigr. x. ΜΑΚΚΙΟΥ inſcribitur, quo nomine poetam ignoro. Legendum ΜΑΙΚΙΟΥ, cuius epigrammata aliquot leguntur in Anthologia edita. *Quintus Maecius* dictus fuiſſe videtur: Anthol. enim L. VI, c. 3. ep. 12. nomen praefert Μαικίου Κοΐντου, quem a noſtro non diverſum puto. Epigramma quoque XII *Ienſii* male dicitur Γαιμίνου. Scribendum Γεμίνου, cuius & nonnulla in Anthologia occurrunt.

CAPUT XXIII.

Epigrammata Ienſiana emendantur. Δόβηρος *urbis nomen. Baucis Erinnae amica.* Ἑτερόπτολις. *Patria Baucidis Tenos.* Πιτανάτις. *Stephanus emendatur.* Διωλύγιος. Ἄλλαςος. *Aliud Erinnae de Baucide epigramma. Anacreontis epitaphium.* Δηρίφατος.

R Ergo in *Ienſii* Epigrammatibus: eorum XIII. ita habet:

> Κἢν μύχον Ὀρκυναῖον, ἢ ἐς πύματον Σολόεντα
> Ἔλθῃς καὶ Λιβυκῶν κράσπεδον Ἑσπερίδων,
> Καῖσαρ ὁ πολυσέβαςος ἅμα κλέος εἶσιν ἐκείνῳ·
> Πάντῃ Πυρήνης ὕδατα μαρτύρια.
> Οἷσι γὰρ ὐδὲ πέριξ δρύτομοι ἀπεφαιδρύναντο,
> Λυτρὰ καὶ ἠπείρων ἔσσεται ἀμφοτέρων.

Epigramma hoc *Crinagorae* iam dudum editum eſt ab *Holſtenio* ad *Steph.* v. Ἑρκύνιον, ubi in v. 1. recte legitur Ἑρκυναῖον. Medium diſtichon admodum cor-

corruptum videtur: dum vero certius quid diſcam, ita conſtituo priores verſus:

> Κὴν μύχον Ἑρκυνιδῶν, ἢ ἐς πύματον Σολόεντα
> Ἔλθῃ καὶ Λιβυκῶν κράσπεδον Ἑσπερίδων
> Καῖσαρ ὁ πουλυσέβαστος, ἀγακλεὲς αἰεὶ ἐκεῖνος
> Πάντῃ Πυρήνης ὕδασι μαρτύριον.

Mallem tamen minori mutatione rem expediri poſſe.

In ſequenti Epigramm. XIV. v. 2. pro Φέγξατο legendum Φθέγξατο. Corruptus quoque eſt v. 4. ſed corrigi poteſt ex *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 83, qui medium huius epigrammatis diſtichon adducit.

Epigr. XVII. ſic edidit *Ienſius*:

> Ταύρῳ Φρικαλέον νάπος ἐκβαίνοντι δοβήρου
> Πευκέτης ἵππῳ κάρτερος ἠντίασεν.
> Ἀλλ' ὁ μὲν ὡρμήθη τρειὼν ἅτε, τοῦ δ' ἀπαλοῖο
> Παιονίδα λόγχην ἧκε διὰ κροτάφων.
> Συλήσας κεφαλῆς δὲ διπλοῦν κέρας, αἰὲν ἐκείνῳ
> Ζωροποτῶν ἐχθροῦ κόμπον μὴ θανάτου.

Hoc quoque epigramma iam produxerat *Holſten.* ad *Steph.* v. Δόβηρος, quod ſi obſervaſſet Cl. *J. H. Leichius* in Praefatione ad Epigrammata a ſe edita, pro Δοβήρου non conieciſſet σοβηροῦ: eſt enim nomen proprium urbis Thraciae, ut ex *Steph.* l. c. patet. V. 2. *Holſtenius* habet Πευκίστης, aliquanto melius quam Πευκέτης; corrigendum Πευκέστης, quod eſt nomen proprium Macedonibus non ignotum, ut docet Peuceſtes dux Alexandri Magni, *Arriano* aliiſque ſaepius memoratus. vſ. 3. pro τρειὼν legendum videtur τρηχὼν, quo indicatur ſtupenda tauri illius moles; ut

ut *Virg*. Aeneid. L. IX. v. 674. Pandarum & Bitian dicit

Abjetibus iuvenes patriis & montibus aequos.

v. 5. κεφαλῆ legitur apud *Holſten.* & v. 6. Ζωροπατῶν; utrumque male. Mendoſa vero, vel metro indicante, eſt ultima pars verſus 6; unde pro μὴ ſubſtituendum puto ἔχει, & ita legendum totum Epigramma:

Ταύρῳ Φρικαλέον νάπος ἐμβαίνοντι Δοβήρε
  Πευκέςης ἵππῳ κάρτερος ἠντίασεν
Ἀλλ' ὁ μὲν ὡρμήθη πρηὼν ἅτε, τῦ δ' ἀταλοῖο
  Παιονίδα λόγχην ἧκε διὰ κροτάφων.
Συλήσας κεφαλῆς δὲ διπλῦν κέρας, αἰὲν ἐκείνῳ
  Ζωροποτῶν ἐχθρῦ κόμπον ἔχει θανάτυ.

Epigr. XIX.

Βίβλων ἡ γλυκερὴ λυρικῶν ἐν τεύχεϊ τῷδε
  Πεντὰς ἀμιμήτων ἔργα φέρει Χαρίτων,
Ἀνακρέοντος ἃς ὁ Τήϊος ἡδὺς πρέσβυς
  Ἔγραψεν ἢ παρ' οἶνον, ἢ σὺν ἱμέροις·
Δῶρον δ' εἰς ἱερὴν Ἀντωνίη ἥκομεν ἠῶ,
  Κάλλευς καὶ πραπίδων ἔξοχ' ἐνεγκαμένην.

Editum iam erat hoc Epigramma a Cel. *Dorvillio* in Vann. Crit. p. 185, ubi ultimum diſtichon recte ſic legitur:

Δῶρον δ' εἰς ἱερὴν Ἀντωνίῃ ἥκομεν ἠῶ,
  Κάλλευς καὶ πραπίδων ἔξοχ' ἐνεγκαμένῃ.

Medium diſtichon Jambicum eſt, ſed corruptum; praeter coniecturas, quas adfert Vir Cl. tentari etiam poſſet:

Ἃς Ἀνακρέων ὁ πρέσβυς ἡδὺς Τήϊος
Ἔγραψεν ἢ παρ' οἶνον, ἢ σὺν ἱμέροις.

Ceterum adi Vann. Crit. l. c. ubi luculenter tum de hoc Epigrammate, tum de *Crinagora* ipſius auctore diſſeritur.

Epigramma XX. poſt *Jenſium* edidit quoque Cel. *Albertius* ad *Heſych.* p. 1472, non ſine aliqua varietate, quam ibi vide.

Epigr. XXI. ita legendum videtur:

Μήτε μακρῇ θαρσέων ναυτίλλεο, μήτε βαθείῃ
Νηῒ κρατεῖ παντὸς δέρατος εἷς ἄνεμος.
Ὤλεσε καὶ Πρόμαχον πνοιὴ ἅμα, κῦμα δὲ ναύτας
Ἀθρόον εἰς κοιλὴν ἐξυφέλιξεν ἅλα.
Οὐ μὴν οὐ δαίμων πάντη κακὸς, ἀλλ' ἐπὶ γαίῃ
Πατρίδι καὶ τύμβου καὶ κτερέων ἔλαχες,
Κηδεμόνων ἐν χερσίν· ἐπεὶ τρηχεῖα θάλασσα
Νεκρὸν πεπταμένοις θῆκεν ἐπ' αἰγιαλοῖς.

Epigr. XXIII.

Στᾶλαι καὶ σειρῆνες ἐμαὶ, καὶ πένθιμε κρωσσὲ,
Ὅστις ἔχεις ἀΐδα τὰν ὀλίγαν σποδιὰν,
Τοῖς ἐμὸν ἐρχομένοισι παρ' ἠρίον εἴπατε χαίρειν
Αἴτ' ἀστοὶ τελέθωντι, ταὶθ' ἑτέρας πόλιος·
Χ' ὤτι με νύμφαν εὖσαν ἔχει τάφος, εἴπατε καὶ τὸ,
Χ' ὤτι πατήρ μ' ἐκάλει Βαυκίδα, χ' ὤτι γένος
Τηνίδος εἰδῶντι καὶ ὅττι μοι ἁ συνεταιρὶς
Ἤρινν' ἐν τύμβῳ γράμμ' ἐχάραξε τόδε.

Vul-

Vulgatum iam erat hoc *Erinnae* Epigramma a Cl. *Wolſio* in Fragm. Poetriarum; atque ita (ne longus ſim,) emendandum videtur:

Στᾶλαι καὶ σειρῆνες ἐμαὶ, καὶ πένθιμε κρωσσὲ,
  Ὅςις ἔχεις Ἀΐδα τὰν ὀλίγαν σποδιὰν,
Τοῖς ἐμὸν ἐρχομένοισι παρ' ἠρίον εἴπατε χαίρειν,
  Αἴτ' ἀςοὶ τελέθωντ', αἴθ' ἑτεροπτόλιες·
Χὤτι με νύμφαν εὖσαν ἔχει τάφος, εἴπατε καὶ τὸ,
  Χὤτι πατήρ μ' ἐκάλει Βαυκίδα, χὤτι γένος
Τήνια, ὡς εἰδῶντι, καὶ ὅττι μοι ἁ συνεταιρὶς
  Ἤρινν' ἐν τύμβῳ γράμμ' ἐχάραξε τόδε.

Verſ. 4. eodem fere modo correxiſſe *Lacrozium*, poſtquam iam ſic emendaveram, vidi; verius tamen videtur noſtrum ἑτεροπτόλιες: ſicut enim dicitur ἄπολις, ὁμόπολις, ita etiam ἑτερόπολις, vel metri cauſa ἑτερόπτολις, de eo qui civis non eſt, ſed alia urbe oriundus, unde hic ἀςοῖς opponitur: v. 6. Βαυκίδα reſcripſi, ut de eadem agatur puella, quam iterum luget *Erinna* Epigr. xxv, mox adſcribendo: eam Teno inſulae natales debuiſſe, docet Epigramm. huius v. 7, ſi tamen mendoſa ſcriptura feliciter a me mutata eſt.

Epigr. xxiv.

Ἤδη μὲν κροκόεις πιτανατίδι πίτνατο νύμφα
  Κλειναρέτα χρυσέων παςὸς ἔσω θαλάμων.
Καδέμονες δ' ἥλποντο δι' ὠλένιον φλόγα πεύκης
  Ἅψειν ἀμφοτέραις ἀνσχόμενοι παλάμαις
Δημὼ καὶ Νίκιππος· ἐφάρπαξε δὲ νοῦσος
  Παρθενικὰν λάθας ἄγαγεν ἐς πέλαγος.
Ἀλγειναὶ δ' ἐκάμαντο συνάλικες οὐχὶ θυρέτρων,
  Ἀλλὰ τὸν αἴδεω ςερνοτυπῆ θάλαμον.

Epigramma elegans, ſed corruptum, cui nihil opis attulit *Jenſius*, niſi quod v. 7, recte emendavit ἀφαρπάξασα: ego vero totum ita reſtituere conatus ſum:

Ἤδη μὲν κρουόεις Πιτανάτιδι πίτνατο νύμφα
Κλειναρέτα χρυσέων πασὸς ἔσω θαλάμων.
Καδεμόνες δ᾽ ἤλποντο διωλύγιον φλόγα πεύκας
Ἅψειν ἀμφοτέραις ἀνσχόμενοι παλάμαις
Δαμὼ καὶ Νίκιππος. ἀφαρπάξασα δὲ νοῦσος
Παρθενικὰν λάθας ἄγαγεν ἐς πέλαγος.
Ἀλγειναὶ δ᾽ ἐκάμαντο συνάλικες ἀγχὶ θυρέτρων
Ἄλλαισον Ἀΐδεω στερνοτυπεῖς θάλαμον.

In primo verſu Πιτανάτιδι eſt gentile ab urbe Pitana, unde oriunda erat Clinarete. Eſt enim Πιτανάτις a maſculino Πιτανάτης, quod legitur apud *Steph.* in v. Βοῖον. *Herodianus* quoque Hiſt. L. IV. c. 13, Πιτανάτην λόχον commemorat. Vide etiam *Pauſan.* L. III. c. 14. Sed obſervandum, duplicem fuiſſe Pitanen, Laconicam (ad quam *Herodiani* & *Pauſaniae* loca pertinent,) & Aeolicam, qua de *Steph.* in v. cuius verba adſcribo: Πιτάνη, πόλις Αἰολίδος· Ὁ πολίτης, Πιταναῖος, καὶ Πιτανίτις χώρα, καὶ Πιτανίτις Νύμφη, καὶ Πιταναῖα: ubi ex Epigrammate noſtro emendandum, καὶ Πιτανάτις νύμφη, quae ipſum hunc verſum, —— Πιτανάτιδι πιτνατο νύμφα, reſpicere videntur, ut vix dubitem, quin *Stephanus* in integro opere hoc Epigramma adſcripſerit. vſ. 3. reſcripſi διωλύγιον, quod non ſemper de ſono dicitur, ſed in genere de iis, quae ad magnam pertingunt diſtantiam, unde recte taedarum flammam διωλύγιον φλόγα πεύκας vocat poëta. Sic *Apollon.* *Rhod.*

Rhod. L. IV. v. 1258, terram in longum protenſam διωλυγίην ἤπειρον dixit, quod notatum etiam a Cl. *Albertio* in Notis ad *Heſych.* v. Διωλύγιον. vide etiam *Suid.* in v. Ultimum diſtichon emendavi, ut potui; non multum ſane a corrupta lectione receſſi. Si vera eſt mea coniectura, Ἄλλαστον erit pro Ἄλαστον, metri cauſa λ duplicato: ultima vero ſyllaba producitur caeſurae ope. *Heſych.* Ἄλαστα. ἄτλητα, ἀνεπίληστα, ἄτιμα, δεινὰ· ἢ μιαρά. Non ineleganter ergo ἄλαστος Ἀΐδεω θάλαμος dicitur de puella, quae morbo ſublata Orco nupſit, non ſponſo, cui deſtinata fuerat.

Sequitur n. XXV. Epigramma *Erinnae*, quod ita exhibet *Jenſius*.

Νύμφας Βαυκίδος εἰμὶ πολυκλαυτὰν δὲ παρέρπων
  Στάλαν τῷ κατὰ γᾶς τῦτο λέγοις ἀΐδᾳ,
Βάσκανος ἐσσ' ἀΐδα, τάδε τοι καλὰ μεθορῶντι
  Ὄμματα τὰ Βαύκυς ἀγγελέοντι τύχα.
Οἱ τὰν παῖδ' Ὑμέναιος ἐφ' αἷς ἤδετο πεύκαις,
  Τὰν δ' ἐπὶ κηδευτὰς ἔφλεγε πυρκαΐᾶς.
Καὶ σὺ μὲν ὦ Ὑμέναιε γάμων . . . . ἀοιδὰν
  Ἐς θρήνων γοερῶν φθέγμα μεθηρμόσαο.

Editum iam fuerat hoc Epigramma a *Wolfio* in Fragm. Poetriarum p. 22, ubi v. 5. pro Οἱ melius legitur Ὃς, item ſequenti καδευτᾶς; tum lacuna verſus penultimi ſuppletur voce μολπαίαν: cetera aeque mendoſa ſunt. Jam totum, quale a poetria profectum mihi videtur, adſcribo.

Νύμφας Βαυκίδος εἰμὶ, πολυκλαυτὰν δὲ παρέρπων
  Στάλαν τῷ κατὰ γᾶς τῦτο λέγοις Ἀΐδᾳ.
Βάσκανος ἐσσ' Ἀΐδα· τὰ δέ τοι καλὰ τῷ μ' ἐφορῶντι
  Ὄμματα τὰν Βαύκυς ἀγγελέοντι τύχαν,

Ὃς τὰν παῖδ', Ὑμέναιος ἐφ' αἷς πάρος ἤδετο πεύκαις,
Ταῖς δ' ἐπὶ καδευτᾶς ἔφλεγε πυρκαϊᾶς.
Καὶ σὺ μὲν ὦ Ὑμέναιε γάμων μολπαῖαν ἀοιδὰν
Ἐς θρήνων γοερῶν φθέγμα μεθηρμόσαο.

Ad Baucidem, quae hic celebratur, ſupra ex conjectura retuli quoque Epigr. XXIII. Videtur illa ipſo nuptiarum tempore, vel paulo poſt fato praepropero abrepta, ob ea quae ultimo diſticho canit *Erinna*; quod etiam liquet ex voce νύμφη, quo & hic & Epigr. XXIII ſignatur: quippe vel *Heſychio* docente Νύμφη. ἡ νεωςὶ γαμηθεῖσα dicitur. Bauces vero v. 4. memoratus (niſi forte corruptum eſt nomen,) fuit ni fallor, maritus, cui nupſerat, cuiusque acerbum caſum miſeratur poetria; hic igitur mediorum ſenſus erit ex emendatione noſtra: *pulchri vero hi oculi* (Baucidis nempe effigies in ſepulchro expreſſa erat,) *cuicunque me intuenti oſtendent grave Baucis infortunium, qui puellam in miſerando rogo iis cremavit taedis, quibus gaviſus paulo ante fuerat Hymenaeus.* Verba vero illa v. 3.

Βάσκανος ἔσσ' Ἀΐδα.

reſpicit *Leonides* Antholog. L. III. c. 25. ep. 68. Erinnam laudans, his verbis

ἦ ῥα τόδ' ἔμφρων
Εἶπ' ἐτύμως ἡ παῖς· βάσκανος ἔσσ' Ἀΐδη.

Epigr. XXVII, ut & XXXI. iam edidit *Wolfius*.
Epigr. XXVIII, ita vulgavit *Jenſius*:

Τέλ-

Τέλληνος ὅδε τύμβος, ἔχω δ' ὑπὸ βώλεω πρέσβυν
Τήϊον τὸν πρῶτον γνόντα γελοιομελεῖν.

Quid quaeſo eſt Τέλληνος illud in priori verſu? manifeſte emendandum:

Ἕλληνος ὅδε τύμβος, ἔχω δ' ὑπὸ βώλυ πρέσβυν
Τήιον, τὸν πρῶτον γνόντα γελοιομελεῖν.

Τήιον duarum ſyllabarum eſt verſus ergo: Anacreontem vero hic ſignari docet vel ſolum *Crinagorae* diſtichon Epigr. XIX, ita ſonans ex mea coniectura:

Ἃς Ἀνακρέων ὁ πρέσβυς ἡδὺς Τήϊος
Ἔγραψεν ἢ παρ' οἶνον, ἢ σὺν ἱμέροις.

Epigr. XXIX. *Chaeremonis* ita habet:

Κλευάσυ τοί μοι κλεῖος ὑπὲρ θυρέαν δόρυ τείνας
Κάτθανες ἀμφὶ λόγον γᾶν ἀμφιτεμνόμενος.

Corruptiſſimum eſt hoc diſtichon, & nihilo melius exſtat apud *Holſten.* ad *Steph.* v. Θυρέα, niſi quod ἀμφίλογον ibi legitur. In priori verſu requiritur nomen illius, quem alloquitur poeta: in poſteriori corruptum etiam eſt τὸ ἀμφιτεμνόμενος vel metro indicante, etſi non ignorem aliis ſecus viſum eſſe. Quid ſi tentavero?

Κλεύβυλ', οἴμοι, κλεινὸς ὑπὲρ Θυρέαν δόρυ τείνας
Κάτθανες, ἀμφιλόγου γᾶς ἐπ' ἀποφθίμενος.

Κλεύβυλος eſt pro Κλεόβυλος, ut Θεύπομπος & ſimilia: ſed aliud forte nomen deſideratnr, nec enim conie-

ctuirae meae ſatis confido. Ceterum unicum quoque *Chaeremonis* huius Epigramma legitur in Anthol. L. III. c. 5. ep. 51, de eadem materia.

Epigr. XXX.

Δηρίφαγον Τιμοσθένη υἷα Μολόσσου
Ξεῖνον ἐπὶ ξείνῃ Κεκροπίᾳ φθίμενον.

Idem Epigramma integrius poſtea edidit Cel. *Albertius* ad *Heſych.* v. Δήρη. ubi ita legitur:

Δηρίφαον κλαίω Τιμοσθένη, υἷα Μολόσσου,
Ξεῖνον ἐπὶ ξείνῃ Κεκροπίᾳ φθίμενον.

ſed ex iis quae addit Vir Cl. typorum vitium videtur τὸ Δηρίφαον pro Δηρίφαγον: notat praeterea *Guietum* reponere Δηρίφατον, *in praelio occiſum*, quae mihi vera emendatio videtur. Similis eſt vox apud *Heſych.* obvia. Ἀρηΐφατοι. ἐν πολέμῳ πεφονευμένοι.

CAPUT XXIV.

Heſychius paſſim emendatus & tentatus. Ἀγγίτης *fluvius.* Ἀγιάδαι *locus Lacedaemone. Pauſanias correctus. Aratus emendatur.* Νικλᾶν Βαθύρρη. Βαννεῖα. Βινητιᾶν. *Platonis Comici locus emendatur.* Λόρδων & Κύβδασος, *numina ficta.* Βουθυλεύματα. *Pollux emendatus.* Πυρόεις *ſtella.* Μηκώνιον. *Hippocrates illuſtratus.*

H*Eſychius*, etſi iam Cel. *Albertii* doctrina & diligentia multo, quam ante, nitidior in publicum prodire coeperit, plurimis iisque foediſſimis maculis, tam ab ipſo Viro Cl. quam ab aliis, quorum notas publicavit, ab-

abſterſis, multa tamen in eo reſtant, quae ſatis obſcura ſunt, & corrupta: ego tam in ea parte, quae a Viro egregio edita eſt, quam in poſteriori, paucula quaedam pro modulo meo illuſtrare & emendare conabor, ipſius *Heſychii* ordinem ſequutus.

Ἀγγίτας. ὄνομα ποταμȣ̃. καὶ ἔςι παρὰ τὸ Παγγαῖον. ὁμοίως καὶ ἡ Ἄρτεμις. Ultima verba, ὁμοίως καὶ ἡ Ἄρτεμις, omnino ad aliam Gloſſam pertinuiſſe videntur, cuius caput forte excidit: priora levis corruptela inſedit; ita enim conſtituenda ſunt: Ἀγγίτης. ὄνομα ποταμȣ̃. καὶ ἔςι περὶ τὸ Παγγαῖον. quae hauſta videntur ex *Herod.* L. VII. c. 113. ἡ δὲ γῆ αὕτη ἡ περὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος, καλέεται Φυλλὶς, κατατείνȣσα, τὰ μὲν πρὸς ἑσπέρην, ἐπὶ ποταμὸν Ἀγγίτην, ἐκδιδοντα ἐς τὸν Στρυμόνα· τὰ δὲ πρὸς μεσαμβρίην, τείνȣσα ἐς αὐτὸν τὸν Στρυμόνα. Cuius loci priorem partem adducit *Steph.* Byzant. in v. Φυλλίς.

Ἀγιάδαι. τόπος ἐν Λακεδαιμονίᾳ καὶ οἱ βασιλεῖς δὲ ȣ̃τω καλȣ̃νται, ἀπὸ Ἄγιδος. *Kuſteri* coniectura, qua Καιάδαν huc advocat, tanto viro plane indigna eſt. Fuit Ἀγιάδαι nomen loci in ipſa Spartanorum urbe, ubi nempe familiae regiae Agidarum ſepulchra erant, unde correxerim, τόπος ἐν Λακεδαίμονι. Meminit *Pauſan.* L. III. c. 14. Κατὰ τȣ̃το τῆς πόλεως τάφοι τῶν Ἀγιαδῶν βασιλέων εἰσὶ, καὶ πλησίον ἡ ὀνομαζομένη λέσχη Κροτανῶν εἰσὶ δὲ οἱ Κροτανοὶ Πιτανατῶν μοῖρα. Ἀσκληπιȣ̃ δὲ ȣ̓ πόῤῥω τῆς λέσχης ἔςιν ἱερὸν, ἐν Ἀγιαδῶν καλȣ́μενον. Ita enim locus ille legendus eſt.

Ἀγχιδίαι. ἐν θαλάσσῃ δίαι. *Bruno* & *Voſſius* corrigunt ἐνθαλασσίδιαι, quod non damno: eritque tunc Ἀγχιδίαι corruptum ex Ἀγχίαλαι. Ceterum ante viſam *Albertii* editionem conieceram gloſſam hanc depravatam ex Ἀλλ δίᾳ, quando forte legendum,

'Αγχιδίᾳ. ἐν θαλάσσῃ δίᾳ. Facile enim 'Αλιδίᾳ coniunctis vocibus, in 'Αγχιδίᾳ abire potuit, cum auctor huius Lexici portenta longe foediora in collectionem ſuam admiſerit. Etſi vero falſa fuerit haec conjectura, profuit tamen in emendando verſu *Arati* Dioſem. v. 186. quem ſic lego:

> *Πολλάκι δ' ἀγριάδες νῆσσαι, ἢ εἰν ἁλὶ δίᾳ*
> *Αἴθυιαι χερσαῖα τινάσσονται πτερύγεσσιν.*

ubi vulgo editur: ἢ εἰν ἁλὶ δῖναι. Aliter hunc locum tentabant *Grotius* & *Arnaldus* noſter.

"Αζοξ. ὕλη. Infelices ſunt *Guieti* & *Voſſii* hariolationes: nec dubito, quin recte Cel. Editor contulerit "Αξος. ὕλη, παρὰ Μακεδόσιν. corrigo itaque "Αζος. ὕλη ut rurſus *Heſychius* more ſuo Ξ & Ζ confuderit.

'Αήτη. πνόη, ἀναθυμίασις. Praecedit, 'Αήτας. πνοάς. quae eiusdem originis videri queant: ego tamen ſecus cenſeo, quippe 'Αήτας eſt a nominativo 'Αήτης, quod ſuo loco per ἄνεμος exponit, quae ſignificatio ſatis eſt nota. Verum 'Αήτη hinc deduci nequit, neque poſterior expoſitio ἀναθυμίασις ad 'Αήτης pertinet. Nullus dubito, quin ex 'Αϋτμὴ auctor novam hanc vocem procuderit, quae infra ſuo loco recte legitur & explicatur: 'Αϋτμή. πνοή, Φλόξ. Et Etymologus in loco ibi adducto: 'Αϋτμὴ σημαίνει ἀναπνοὴν, εὐωδίαν, ὀσμὴν, κ. τ. λ. quae coniecturam meam haud parum ſtabiliunt.

'Αθλεύεται. διηθεῖται. Corrigendum cenſeo 'Αθλέβεται. διηθεῖται. ut ſit per literarum transpoſitionem pro 'Αθέλβεται. Millies vero β & υ confunduntur ob figuram in veteri ſcriptura valde ſimilem. Quin & ſe-

ſeries literarum Ἀθλέβεται legendum docet; ponitur enim haec gloſſa inter Ἀθλα & Ἀθλεῖν.

Ἀλατρίας. ἁμαρτωλίας. Ab ἀλάω deducere conatur *Guietus*. Ego & hic *Heſychium* ſolito more peccaſſe puto, atque Ἀλατρίας dediſſe, cum debuiſſet Ἀλιτρίας. Infra legitur, Ἀλιτρίας. ἁμαρτωλῶς. ubi corrigendum videtur, ἁμαρτωλίας. Conſule ibi *Albertium*.

Ἀλήπορον. λευκὸν τὸ ἄνθος. Ignota mihi penitus huius vocis origo: coniicio tamen ſcriptum fuiſſe, Ἀλήπορον. λευκόϊον τὸ ἄνθος. ut violas albas vel Graecorum pars, vel alia gens Ἀλήπορα vocaverint: ſed hoc divinare eſt.

Ἀμμιρός. πεπληρωμένος. An legendum eſt πεπηρωμένος? ut Ἀμμιρός ſit pro Ἄμμορος vel Ἄμμοιρος: quo commode notari poteſt is, qui aliqua parte mutilus eſt. Vide etiam v. Ἀμερής, ubi *Voſſius* producit Gloſſam *Cyrilli*. Ἀμερός. τυφλός. θάνατος. Legendum ἀθάνατος, quae explicatio ad Ἄμοιρος pertinet.

Ἀμφιλάων. περικυκλέντων. Legendum puto Ἀμφιλαφῶν. vide ſupra Ἀμφιλαφὲς & Ἀμφιλαφῆ, quaeque ibi Viri Docti adducunt.

Ἀμφιόνη. κιθάρα. Puto apud poetam aliquem citharae hoc epitheton tributum fuiſſe, ab Amphione ſcilicet, ſed vix dubito quin ibi fuerit Ἀμφιονὶς, atque ita apud *Heſych.* corrigo.

Ἀμφὶ πυρίνην. περὶ πυράν. Immo legendum Ἀμφὶ πυρήν, quod deſumtum eſt ex *Hom.* Il. H. v. 336.

Τύμβον δ' ἀμφὶ πυρὴν ἕνα χεύομεν ἐξαγαγόντες.

Ἀνικλώμενον. ἀνακαθαιρόμενον. Fruſtra eſt *Voſſius* Ἀνικμώμενον córrigens. Notum eſt Λίκνον *vannum* no-

notare, pro quo *Heſych.* alibi literis transpoſitis Νῖκλον & Νεῖκλον exhibet: a priori eſt verbum Νικλᾷν, *vannere, frumenta vanno purgare*; hinc Νικλώμενον, adeoque a mala manu auctoris videtur Α praefixum.

Ἀπαυςίας. ἀπαροσχύτας. Gloſſa corruptiſſima: pro poſteriori voce haud magno molimine reſcripſeris ἀπαράχυτος, quod dici ſolet de vino mero & aqua non diluto: ſed quomodo huc trahi poterit Ἀπαυςίας? Forte (hariolari enim libet,) apud Comicorum aliquem οἶνος ἀπλυςίας vocabatur, nomine a πλύνω deducto, quaſi dicas *vinum illotum:* ex Ἀπλυςίας enim auctor noſter pro egregia ſua linguae Graecae peritia Ἀπαυςίας procudere facillime potuit.

Ἀρυετᾷ. ἀντλεῖ. Jota ſubſcriptum ad latus ponendum eſt, ac legendum Ἀρύεται. ἀντλεῖ. Infra Ἀρύομαι. ἀντλῶ. & Ἀρυσάμενος. ἀντλήσας. Monui, ne cui fraudi ſit mendum leviculum, ac novum hinc fingatur verbum Ἀρυετᾷν.

Βαθυῤῥηγάλη. ἰκτῖνος, ὑπὸ Λυδῶν. Pro ἰκτῖνος *Pergerus* ἰκτὶς coniiciebat, quod ſatis placet: quin totum hoc ita reſtituendum puto: Βαθύῤῥη. γαλῆ, ἰκτὶς, ὑπὸ Λυδῶν.

Βαλίαδος. μαινόμενος. Jam ante viſam *Pergeri* notam emendaveram, Βαλιάδος. μαινομένης. quod forma prioris vocis poſcere videtur: ſuſpicatus praeterea noſtrum ex Μαινάδος procudiſſe ſuum illud Βαλιάδος, confuſis literis ſimilibus Μ & Β, nec non Ν & ΛΙ.

Βανεῖα. τὰ ἀρνεῖα. καὶ Βάννιμα, τὸ αὐτό. Certiſſime cum *Voſſio* ex ordine literarum emendandum Βαννεῖα. Exiſtimaverit quis forſan, huc facere quod infra legitur: Βρίννια. τὰ ἄρνεια κρέα. Mihi tamen aliud

liud latere videtur. Habetur paulo ante haec gloſſa: Βάννας. βασιλεὺς, παρὰ Ἰταλιώταις. οἱ δὲ, μέγιςος ἄρχων. Quemadmodum igitur ſummus magiſtratus alibi Graeciae vocabatur ἄρχων, vel πρύτανις, vel ςρατηγὸς, &c. ſic in Magna Graecia, vel Tarenti vel in alia urbe, βάννας. Solebant vero curiae, ubi magiſtratus illi de rebus publicis conſultabant, & in quibus leges, foedera, atque omnia inſtrumenta publica aſſervabantur, nomine inde deducto vocari ἀρχεῖα, πρυτανεῖα, ςρατηγεῖα, &c. Quidni itaque Italiotae illi βαννεῖα dixerint aedificia huic uſui accommodata? Hoc ſi non plane abſurdum, facili mutatione emendaverim: Βαννεῖα. τὰ ἀρχεῖα. καὶ Βάννιμα, τὸ αὐτό.

Βεινητιᾷν. τὸ πασχητιᾷν. καὶ τὸ ὄρεξιν ἐπὶ συνουσίαν ἔχειν. Emendat *Guietus* Βινητιᾷν: melius dixiſſet Βεινητιᾷν culpa auctoris eſſe pro Βινητιᾷν, ut praecedens Βείνειν pro Βινεῖν. Reſtituendum vero eſt hoc verbum *Platoni* Comico apud *Athen.* L. x. p. 442. A. ubi male legitur κινητιᾷν, quod a *Caſaubono* non animadverſum miror, niſi forte typorum vitium eſt. Maximam totius loci partem adſcribo, quia plus una vice corruptus eſt, ſi forte auxilium ferre poſſim.

Εἰ γὰρ Φάωνα δεῖσθ' ἰδεῖν, προτέλεια δεῖ
Ὑμᾶς ποιῆσαι πολλὰ πρότερον τοιαδί.
Πρῶτα μὲν ἐμοὶ γὰρ Κουροτρόφῳ προθύεται,
Πλακοῦς ἐνόρχης, ἄμυλος, ἐγκύμων, κίχλαι
Ἑκκαίδεχ' ὁλόκληροι μέλιτι διαμεμιγμέναι,
Λαγῷα δώδεκ' ἐπὶ σελήνῃ, τἄλλα δὲ
Ἤδη ταῦτ' εὐτελέςατ' ἄκουε δὴ
Βολβῶν μὲν ὀρθάννῃ τριημίεκτα·
Κονισάλῳ δὲ καὶ παραςάταιν δυοῖν

Μύρ-

Μύρτων πινακίσκος, χειρὶ παρατετιλμένων
Λύχνων γὰρ ὀσμὰς ὃ φιλοῦσι δαίμονες
Πύργης τετάρτης κυσί τε καὶ κυνηγέταις
Δόρδωνι δραχμὴ, κύβδασοι τριώβολον,
Ἥρῳ κέλητι δέρμα καὶ θυλήματα.
Ταῦτ' ἐςὶ τἀναλώματ'. εἰ μὲν οὖν τάδε
Προσοίσετ', εἰσέλθοιτ' ἄν· εἰ δὲ μὴ, μάτην
Ἔξεςιν ἡμῖν διὰ κενῆς κινητιᾷν.

Haec inde a v. 3. ita corrigenda puto:

Πρῶτα μὲν ἐμοὶ γὰρ Κυροτρόφῳ προθύεται
Πλακοῦς ἐνόρχης, μύλλος ἐγκύμων, κίχλαι
Ἐκκαίδεχ' ὁλόκληροι μέλιτι μεμιγμέναι,
Λαγῷα δώδεκ' ἐπισέληνα. τἄλλα δὲ
Ἤδη 'ςὶ ταῦτα γ' εὐτελέςατ', ἄκουε δή.
Βολβῶν μὲν Ὀρθάνῃ τρί' ἡμιεκτέα·

Pro ἄμυλος reſcripſi μύλλος, quo ad μύλλειν alludit Comicus; ἐγκύμων vero addit, quod tale ſacrificium τῇ Κυροτρόφῳ optime conveniat. In ſequentibus μεμιγμέναι dedi pro διαμεμιγμέναι, quod ultra verſus numeros excurrit. Verſu 6. pro ἐπὶ σελήνῃ reſtitui ἐπισέληνα emendatione, quantum video, certiſſima. *Heſych.* Ἐπισέληνα, πόπανα μηνοειδῆ. Cur vero addat epitheton λαγῷα, non admodum perſpicio, niſi & hic ad leporum frequentem partum alludat. Vide etiam *Heſych.* in Λαγής, ſed quod ex Λάγυνης corruptum videtur. Ὀρθάνης & Κονίσαλος qui dein nominantur, erant Dii Athenienſium, Priapi adminiſtri, quorum praeter *Strabonem* meminit etiam *Heſych.* apud quem legendum: Ὀρθάνης. τῶν περὶ τὸν Πρίαπον θεῶν ἐςὶ καὶ αὐτὸς, ἐντεταμένον ἔχων τὸ αἰδοῖον.

Vi-

Vide & v. Κονίσαλος. Verſus qui ſequuntur a *Dalecampio* male verſos, non explicabo: *Ariſtophanem* adeant, qui myſteriis his initiari cupiunt. Poſtea forſan legendum,

Πύρνυ τέταρτον κυσί τε καὶ κυνηγέταις.

Πύρνος eſt panis πύρινος, quae vox reperitur apud *Lycophronem*. Sequentem verſum recte emendavit *Caſaubonus*,

Λόρδωνι δραχμὴ, Κυβδάσῳ τριώβολον.

ſed male Κύβδασος a κύβδης deducit: Λόρδων & Κύβδασος ſunt, ni fallor, numina a poeta ficta ad imitationem priorum, Ὀρθάνης & Κόνισαλος. Rationem vero nominum horum nemo prudens a me requiret, ac facile ea patebit, ſi quis conferat *Suidam* v. Λορδουμένη, *Ariſtoph.* Concionatr. v. 10. *Suid.* v. Κύβδα, & *Machon.* apud *Athen.* L. XIII. p. 580. D. ubi de adoleſcente quodam Gnathaenae reſpondente,

Ὁ δὲ μειδιάσας, κύβδ' ἔφη τριωβόλου.

Proximus quoque verſiculus valde mihi ſuſpectus eſt; ut enim iam concedam ſana forte eſſe Ἥρῳ Κέλητι, vel Ἥρωϊ Κέλητι, ſequentia omnino mendoſa ſunt: pro δέρμα *Dalecampius* legiſſe videtur θέρμα, quod probo; verum eo admiſſo, nullus eſt locus τῷ καὶ, quod ſequitur: forte legendum,

Ἥρωϊ Κέλητι θέρμα βουθυλεύματα.

Βουθυλεύματα eſt a βουθυλεύειν, quod aliquando legitur

tur pro ὀνθυλεύειν. *Heſych*. Βονθυλεύματα. τὰ μαγειρικὰ ἀρτύματα κατεσκευασμένα. Ita enim legendum, non ut vulgo Βομβυθυλεύματα. Apud *Pollux*. etiam L. vi. ſ. 60. pro ὀνθυλεύσεις M. S. *Falkenburg*. habet βοχθυλεύσεις; corrige βονθυλεύσεις: ſimiliter eodem Libro, ſ. 91. pro ὀνθυλεύειν in optimo eo M. S. habetur βανθυλεύειν, unde & ibi βονθυλεύειν reſtituendum. Hoc vero depravatum eſſe ex μονθυλεύειν, quod & ipſum apud Veteres reperitur, iudicat *Hemſterhuſius*, Vir Summus, quem curatius de his diſſerentem adi in Notis ad *Ariſtoph*. Plut. p. 394. 395. Dum obiter oculos coniicio in verba *Pollucis* τὸ ὀνθυλεύειν praecedentia, video ibi legi: τρίβειν ἐν θυείαις, τεθεύειν. Recte pro ultima voce ςαθεύειν ſubſtituunt Viri Docti, ſed legendum eſt, nulla litera mutata τρίβειν ἐν θυείᾳ, ςαθεύειν. verum hoc leviculum; redeo ad *Platonem*, cuius ultima verba ita legenda ſunt:

εἰ δὲ μὴ, μάτην
Ἔξεςιν ὑμῖν διακενῆς βινητιᾷν.

Jam ad *Heſychium*.

Βελέβατος. ὁ τοῦ πυρὸς ἀςήρ. Βαβυλώνιοι. An legendum eſt, ὁ Πυρόεις ἀςήρ? *Pyrois* vocatur Martis ſtella, ut vel ex *Hygin*. Aſtron. c. 42. conſtat; ubi plures teſtes excitat *Munckerus*.

Βηκώνιον. εἶδος βοτάνης. Sero mihi perſuadebit *Heſychius* Βηκώνιον fuiſſe nomen alicuius herbae: immo nullus dubito quin vocem hanc formaverit ex Μηκώνιον, confuſis Μ & Β, quo de ſupra quoque ad v. Βαλίαδος monui. Μηκωνίς vero herbae non ſemel meminit *Hippocrates*, & ex eo *Galen*. in Exegeſ. Μηκώνιον. τὸν πέπλον καλούμενον. ὃν καὶ μηκωνίτην ὀνομάζει.

Vi-

Vide *Foëſ.* in Oecon. qui tamen male, me iudice, accipit ultima verba *Hippocr.* de Vict. Rat. in Acut. p. 407. 36, quare non poſſum, quin paucula de iis moneam. Ita igitur Cous ſenex: Καὶ τὸ μηκώνιον τρίβων, ὕδωρ ἐπιχέων, καὶ διηθέων, ἄλευρον Φυρῶν, ἴτριον ὀπτῶν, μέλι παραχέων, τοῖσι ὑδρωπικοῖσι τρώγειν δίδε, ... τὸ δὲ ἀπὸ τῶν κοπρίων μηκώνιον ξυλλέγων, ταμιεύε καὶ θεράπευε. Notum eſt μηκώνιον quoque dici excrementa, quae infantes recens in lucem editi emittere ſolent, ac de iis *Foeſius* intelligit τὸ ἀπὸ τῶν κοπρίων μηκώνιον. ſed cum antecedentia, τὸ μηκώνιον τρίβων, omnino de herba peplio intelligenda ſint, quomodo quis aliam hic vocis μηκώνιον notionem quaerere potuerit, miror: ita vero vertenda ſunt ultima illa: *peplum vero e ſterquiliniis colligens, in uſum reconde.* Solent aliquando plantae pro diverſo ſolo natali habitu & viribus multum variare; quod & in peplio obſervaſſe videtur *Hippocrates*, adeoque illud commendat, quod in ſterquiliniis proveniebat. Κοπρία enim, (niſi mutato accentu κοπριὰ ſcribendum,) *ſterquilinium* notat & in hoc *Hippocr.* loco, & apud *Strattidem* Comicum, e quo ſenarium ſequentem adducit *Poll.* L: VII. ſ. 134.

Οὐδ᾽ ἐν κοπρίᾳ θησαυρὸν ἐκβεβλημένον.

Conſule ibi notas.

O C A-

CAPUT XXV.

Heſychius paſſim emendatur & illuſtratur. Minerva Βομβυλία. Γαλήνη *meretricis nomen.* Γελαςύς. Δάτος. Δημαρτρεύεσθαι *verbum ab Heſychio fictum.* Διάῤῥινον. *Polyaenus emendatus.* Ἐγγλοψόμενα *pro* Ἐκχλοιόμενα. Τροφιώδεα *gloſſa Hippocratea.* Εἰλενίη *Minervae cognomen.* Ἐμβίανος *pro* Ἐνυάλιος. Ἐς ἠγάθεον. Ζάει. Ζεῦμα *vox Phrygia.*

PErgam in labore praecedenti capite ſuſcepto, & hanc quoque operam *Heſychio* inſumam.

Βλιαρόν. ἀβλαβές. Non placet *Guietus* a βλίω hoc deducens. Coniecerim potius Β eſſe loco F Aeolici, ut proin Fλιαρὸν ſit idem ac λιαρὸν, *tepidum:* & potuit omnino vox haec apud Poetam aliquem notaſſe, *modicum*, *innoxium.*

Βομβυλία. ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Βοιωτίᾳ. Recte notat *Kuſterus* ex ſerie literarum legendum Βομβιλία: quae tamen ſcriptura vitio non caret: bene infra: Βομβυλία. κρήνη ἐν Βοιωτίᾳ. Minervam Bombyliam in Bœotia cultam fuiſſe docet *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 786. Βομβυλία καὶ Βομβύλιον, πόλις καὶ ὄρος Βοιωτίας, ὅπερ νῦν * λέγεται ...... τιμᾶται δὲ ἐκεῖ καὶ Ἀθηνᾶ Βομβυλεία· *Lycophronis* locus, quem illuſtrat, ita legendus eſt:

Ὁν Βομβυλείας κλιτὺς ἡ Τεμμικία
Ὕψιςον ἡμῖν πῆμ᾽ ἐτέκνωσέν ποτε.

Quorum verſuum uterque in editis manco incedit pe-

pede. Erunt forte qui hinc in poſteriori *Heſychii* gloſſa pro κρήνη reponent Ἀθηνᾶ; ſed potuit in monte illo fons quoque Bombylii nomine inſignis adeſſe: unde nihil mutaverim.

Βυκανῆ. ἄνεμον. ἢ τὸ ἄνθος. Κύπριοι. Vera eſt Cl. *Relandi* coniectura de *anemona*, ſed propius ad vulgatum corrige: ἀνεμώνη τὸ ἄνθος.

Γάζας ἰχθὺς ποιὸς γάζης κεκορεσμένος. Simpliciſſimum videtur ita haec diſtinguere:

Γάζας. ἰχθὺς ποιός.

Γάζης κεκορεσμένος.

Ut poſterioris huius gloſſae explicatio deſit, quod frequens eſt tam apud *Heſychium*, quam apud *Suidam*. Notat vero Γάζης κεκορεσμένος, hominem *ſaturem divitiarum*, *praedivitem*.

Γαλίνη. ὄνομα κύριον ἑταίρας. Scribendum fuerat Γαλήνη. ſed paſſim η & ι confundit noſter. Galenae vero huius meminit *Philetaerus* Comicus apud *Athen.* L. XIII. p. 587. F.

καὶ Γαλήνας καὶ Κορώνας ὐ λέγω·
Περὶ δὲ Ναΐδος σιωπῶ, γομφίους γὰρ οὐκ ἔχει.

quem locum mutilum eſſe in noſtris editionibus, & metrum (quod Trochaicum eſt,) oſtendit, & ex *Dalecampii* notis liquet.

Γελαιώς. ὁ γέλως. Corruptam eſſe gloſſam ordo literarum docet; legitur enim poſt Γέλαρος: corrigendum forte Γελαςύς. ὁ γέλως. Eſt nomen eiusdem formae ac illud quod ſupra habetur: Ἀπεςύς. ἀποχώρησις. ſimiliter ὀρχηςὺς, δειπνηςὺς, ἀκοντιςὺς, & alia. Ne vero temere quis damnet emendationem noſtram, adſcribo *Callim.* in Del. v. 324.

ἁ Δηλιὰς εὕρετο νύμφη
Παίγνια, χαρίζοντι καὶ Ἀπόλλωνι γελαςύν.

Γέντινοι. οἰκεῖοι. Blanditur mihi quod *Mauſſacus* adſcripſerat, *gentiles:* ac parum abeſt, quin reſcribam Γεντίλιοι. οἰκεῖοι. Ut ex Latino *Gentilis* Graeci Γεντίλιος formarint.

Γοργωπένεδραν. Φοβερὰν, καὶ καθέδραν. ἢ ὄψιν. Legendum omnino cum Cel. *Albertio* Γοργωπὸν ἕδραν. Φοβερὰν καθέδραν. Vide etiam Cel. *Dorvill.* Vann. Crit. p. 288. Sumta vero eſt gloſſa ex Tragoedia Rheſo v. 8.

Λῦσον βλεφάρων γοργωπὸν ἕδραν,
Λεῖπε χαμεύνας φυλλοςρώτυς
Ἕκτωρ· καιρὸς γὰρ ἀκῦσαι.

Δάτος ὁ τρυγητός. ἢ πόλεως ὄνομα, ὑπὸ Λακεδαιμονίων. Satis nota eſt urbs illa ex *Herodoto*, *Stephano*, aliisque: ſed moleſtiam creat, quod addit ὑπὸ Λακεδαιμονίων, quae perperam accepit *Berkel.* ad *Steph.* v. Δᾶτον, ac ſi *Heſychius* diceret Datum ſub Lacedaemoniorum fuiſſe poteſtate: notat enim ſimpliciter, Datum apud Laconas urbis nomen fuiſſe; quod mirum, conſtat enim urbem illam apud omnes Graecos Datum audiiſſe, non apud Laconas ſolos: unde etiam liquet nihil proficere *Berkelium* & *Meurſium* emendantes ὑπὸ Μακεδόνων vel Μακεδονίων. Crediderim potius priorem Gloſſae interpretationem Laconibus propriam fuiſſe, ac transpoſitis vocibus emendo: Δάτος. ὁ τρυγητὸς, ὑπὸ Λακεδαιμονίων. ἢ πόλεως ὄνομα. Ubi iam clara ſunt omnia.

Δεδιώς. Φοβύμενος.

Δε-

Δέδικώς. δείσας. Pro Δεδιὼς omnino cum *Voſſio* corrige Δεδειὼς ex ordine alphabetico: dein omnia haec ita continua: Δεδειώς. Φοβούμενος, δεδοικὼς, δείσας.

Δημαντρεύεσθαι. ἐπὶ πολὺ ὑπερτίθεσθαι. Cum mirus in fingendis vocabulis artifex ſit *Heſychius*, vix dubito quin & hoc ipſi debeamus: coniicio ſaltem ſcribendum ipſi fuiſſe: Δηθὰ ςρεύγεσθαι. ἐπὶ πολὺ ὑπερτίθεσθαι. ex *Hom*. Iliad. o. v. 512.

Ἢ δηθὰ ςρεύγεσθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.

Vide *Heſych*. v. Ἢ δηθὰ ςρεύγεσθαι, nec non in v. Θαςρεύεσθαι, quod monſtrum ex eodem loco ortum eſſe monuerunt iam Viri egregii ibi in Notis laudati.

Διάρινον. τὸ σίνηπι. Nullibi hoc nomen reperi praeterquam apud *Polyaen*. L. IV. c. 3. § 32. ubi inter cetera, quibus regum Perſarum menſa inſtrui ſolebat, memoratur διαῤῥινὸς σπέρμα; ubi corrigendum puto, διαῤῥίνȣ σπέρμα: vera enim ſcriptura videtur Διάῤῥινον. Ex eo tamen loco concludas, *diarrhinum* non plane idem fuiſſe ac *ſinapi*; ante enim iam praeceſſerat apud *Polyaenum*, σινήπιος σπέρματος, τρίτον μέρος ἀρτάβης. Simile itaque fuerit.

Δριαλεῖν. ποιεῖν. Niſi placuerit *Voſſii*, (Δριάειν. ποιῆσιν, emendantis,) coniectura, recurrendum erit forte ad gloſſam quam ſupra dederat: Δραίνει. ποιεῖ. ut Δριαλεῖν ſit vitioſe pro Δραίνειν.

Δρυοπαγῆ ςόλον. τὸν πάσσαλον. Miram hanc eſſe interpretationem, non iniuria notat *Kuſterus*. Emendandum proculdubio, Δρυοπαγῆ ςύλον: quod iam notat *clavum* vel *paxillum e ligno querno*, adeoque rectiſſime per πάσσαλον explicatur. Vox ςύλος ſimiliter adhibetur ſupra in v. Ἀδροὶ & Ἄδρυα.

Ἐγγλοψώμενα. ἔνωχρα. ἄχροα. Legitur Gloſſa haec poſt Ἐγγλύσσει, contra ordinem literarum: facile eſt reponere Ἐγγλυψώμενα cum *Voſſio*, quod vero altero nihil notius eſt: nec multum refert, quid dederit auctor, cum certum habeam etiam hoc vocabulum eſſe non Graecum, ſed Heſychianum. Scribere debuerat (niſi plane fallor,) Ἐγχλοιώμενα vel Ἐκχλοιώμενα. ἔνωχρα. ἄχροα. quam Gloſſam ex *Hippocrate* eſſe deſumtam, videbis ex iis quae notavi ſupra Cap. XIV. p. 111, ubi & locum ad quem referenda eſt, indicare conatus ſum.

Ἔγμα. ὀχύρωμα. ςύλος.

Ἐκμαγεῖον. ἐκτύπωμα.

Ἔγματα. τύποι. Ita haec vulgantur, ubi tamen media gloſſa literarum ordinem manifeſte turbat: ſi nihil vitii adeſt in ultima, Ἔγματα. τύποι. praecedent a in unum coniecerim, legendo Ἔγμα. ὀχύρωμα. ςύλος, ἐκμαγεῖον, ἐκτύπωμα. Idem enim eſt ἐκτύπωμα ac τύπος. Eſt vero Ἔγμα, quatenus ſaltem per ὀχύρωμα & ςύλος explicatur, pro Ἔχμα.

Ἐκκοχύζειν. ἐκκοιτίζειν. Ex iis quae Cel. Editor huc contulit, coniicio *Heſychium* dediſſe: Ἐκκοχρύζειν. ἐκκοκκίζειν. Ut Ἐκκοχρύζειν ſit corrupte pro Ἐκκαχρύζειν, quod ſuadet gloſſa adducta, Ἐκκαχρύσω. ἐκκοκκίσω.

Ἐκπλαγείς. θαυμάσας.

Ἐκπεπαταγμένος. ἐκπεπληγμένος. Ne & hic turbetur ordo Alphabeti, iunge haec omnia: Ἐκπλαγείς. θαυμάσας, ἐκπεπαταγμένος, ἐκπεπληγμένος. quippe Ἐκπεπαταγμένος iam ſupra ſuo loco habetur, & fruſtra eſt *Voſſius* Ἐκπλαγμένος hic corrigens.

Ἐκ τροφωλέων. σκοδοειδῶν. Vere vidit *Salmaſius* legendum eſſe: Ἐκ τροφωδέων, niſi forte, quod Cel. Editor indicat, Ἐκ τροφιωδέων voluerit. Addit *Salmaſ.*

„ Sic

„ Sic apud Hippocrat. Τροφιοδέων. σποδιοδέων. Τρο-
„ φία γὰρ ἡ σποδιὰ λέγεται. „ Quae verba ita accepit *Kuſterus*, ac ſi *Salmaſ.* ea omnia tanquam Hippocratea produceret, quae tamen nunquam ipſi mens fuit: vult tantum gloſſam hanc ex *Hippocrate* deſumtam eſſe, verba autem allata leguntur in *Erotiani* Lexico, ubi editur, τροφιωδέων. σποδωδέων. corrige σποδοειδῶν, ut apud *Heſych.* Omnino igitur conſtat gloſſam hanc Hippocrateam eſſe, etſi enim neget *Kuſterus Hippocratem* hoc ſenſu voce Τρωφιώδης uſum; liquet *Erotianum* ſaltem ita accepiſſe, cui accedit *Heſych.* quaenam autem explicatio vera ſit, an haec, an vero illa *Galeni* exponentis: Τροφιῶδες. ἔχον ἐμφερόμενά τινα πεπηγότα· παρὰ τὸ τρέφεσθαι, ὅ ἐστι πήγνυσθαι. non adeo ad *Heſychium* pertinet. Locus *Hippocratis*, quem reſpicit *Erotianus*, eſt Prorrhet. L. 1. p. 81. c. Ἐκ τροφιωδέων ὑπόστασις ἰλυώδης, ὑποπέλιος, κακή. ubi M. S. S. ἐκ στροφωδέων habent: quin & tertiam lectionem ſubminiſtrare videtur gloſſa *Heſychii*, Ἐκ τεφρωδέων. ἐκ τεφροειδῶν. quam ad eundem pertinere iudico. Ego tamen (quod ſolum addam,) *Galeno* ſubſcribo.

Ἐλίπαναν. πλουσίαν ἐποίησαν. Legitur poſt Ἐλένιος, unde *Voſſius* Ἐλένιπαν coniiciebat, quod ordo poſtulet. Sed veriſſime notat Cel. Editor deſumtum eſſe ex Gloſſis in XII Prophetas: unde liquet non emendanda haec eſſe, ſed delenda, quod de omnibus Gloſſis ſacris certo certius demonſtravit Criticorum princeps *R. Bentleius* in Epiſt. ad Cl. *Bielium*.

Ἑλλά. καθέδρα. καὶ Διὸς ἱερὸν ἐν Δωδώνῃ. Λάκωνες. Ultimam vocem loco motam puto, & legendum: Ἕλλα. καθέδρα. Λάκωνες. καὶ Διὸς ἱερὸν ἐν Δωδώνῃ. Vide quae paulo ante ad v. Δάτος notavi.

'Ελλωσίη. ἡ 'Αθηνᾶ. Non accedo Kuſtero, "Αρτεμις coniectanti ro 'Αθηνᾶ, cum tot diverſis cognominibus numina Veterum ſuperbiant, nunc a loco ubi colebantur, nunc aliunde deductis. Cogitaverim potius reſcribendum 'Ελλενίη. ἡ 'Αθηνᾶ. quod ſit pro Ελλενίη, quo cognomine colebatur Minerva in magna Graecia, prope Metapontum. Videſis Viros praeſtantiſſimos *T. Hemſterhuſ.* & *P. Weſſeling.* in huius notis ad *Anton.* Itiner. p. 490.

'Εμβίανος. "Αρης. Utinam addidiſſet *Heſychius*, quaenam gens ita Martem nominaret! hoc dum aliunde eruatur, ego corruptam putabo vocem 'Εμβίανος, ac detortam ex 'Ενυάλιος, quod flagitium aliis multis peius non eſt. Facile enim μ & ν, uti & β ac υ, nec non ν & λι in veteri ſcriptura confunduntur: ſi quis 'Εμβιάλιος ſaltem voluerit reponere, non refragabor, id enim literarum ordo admittit: ſed in prioribus literis error certiſſime eſt auctoris, non librarii.

"Εμβριον. θεῖον. Forte θεῖον hic denotat *ſulphur*, non *divinum*.

'Επίπλαδον Φέρεσθαι. Obſcura ſunt bina haec vocabula; coniecerit quis forſan, eſſe gloſſam, cuius explicatio deeſt. quid ſi fuerit? 'Επιπλάδδην. Φέρεσθαι, Laconice pro 'Επιπλάζειν, vel 'Επιπελάζειν; quod recte per Φέρεσθαι exponi potuit. Quin & 'Επιπλάδδην vitioſum forte eſt pro 'Επιπολάδδην, i. e. ἐπιπολάζειν. Infra. 'Επιπολάσαντες. ἐπάνω τȣ̃ ὕδατος περιΦερόμενοι. De forma vero horum verborum Laconica egregia nuper dedit Cel. *Valkenar.* in Epiſtola *Urſini Virgilio Illuſtrato* praemiſſa.

'Εσηγάθεον. ἄγαν θαυμαςόν. Nihil in hac gloſſa eſt myſterii, ſi modo diſtinxeris 'Ες ἠγάθεον. ἄγαν θαυμα-

μαϛόν. Namque Ἠγάθεον infra etiam exponitur, ἅγαν θεῖον. Praepoſitio vero Ἐς in explicatione omittitur, ut & alibi.

Ἐσωματώσασθαι. εἰσηγήσασθαι. Mendoſum forte eſt hoc verbum pro Ἐσματεύσασθαι, quo de vide *Foeſ.* Oecon. *Hippocr.* in v. Μάττεσθαι Pro ſequenti vero Ἔσοπτρον legendum Ἔσωπτρον ob ordinem, licet hoc vitioſum ſit pro illo.

Ζάει βινεῖ. καὶ πνεῖ. Κύπριοι. Neſcio an ſatis huc quadret τὸ βινεῖ. forte ſimplicius legendum: Ζάει. κινεῖ. καὶ πνεῖ. Κύπριοι. Venti utique vehementius flantes omnia movent ac concutiunt.

Ζευμαντήν πηγήν. Φρύγες. Adfert Cel. Editor ex *Photii* Lex. M. S. Ζέτνα. Φρύγιος ἡ λέξις. σημαίνει δὲ τὴν πύλην. quod omnino huc pertinet: ſuſpicor vero, in utraque gloſſa unam literulam eſſe corruptam, & ex altera reſtituendam, ut nempe in *Heſychio* legatur, Ζεύμαν. τὴν πυγήν. Φρύγες. apud *Photium* vero, σημαίνει δὲ τὴν πυγήν. In ipſa vero Gloſſa veriorne ſit *Heſychii* ſcriptura, an illa *Photii*, illis decidendum relinquo, qui Phrygiae linguae periti ſunt.

CAPUT XXVI.

Heſychii loca nonnulla emendata, & notata. Ἰάδος *male pro* Ἰλλός. Ἱερόλας. Ἰκτεῦμαι *verbum Laconicum.* Ἰλυσπᾶσθαι. I *&* EI *Paſſim ab Heſychio confundi notatur. Neptunus* Ἵππειος. *Lutatius Statii ſcholiaſtes corrigitur. Hercules* Ἱπποδέτης. Ἱπποκάμπαι. Καγαθῆσαι *pro* Καθαγίσαι. Καλαβίδες. *Eupolidis fragmentum metro reſtitutum. Alia nonnulla. Antoninus Liberalis emendatus.*

ADhuc in *Heſychio* haereo.

Ἰάδος. ϛρεβλός. Graecis unquam in uſu fuiſſe vocem Ἰάδος, difficulter mihi perſuaſerit *Heſychius:* nec dubito quin more ſolito ex ΙΛΛΟΣ procuderit ΙΑΔΟΣ illud. Infra ſuo loco; Ἰλλός. ϛρεβλὸς, ϛραβὸς, διεϛραμμένος.

Ἰάλασι. δεσμοῖς. Ad eundem rurſus lapidem offendit noſter: eſt enim hoc pro Ἰλλάσι ab Ἰλλάς· Infra: Ἰλλάδας. σειρὰς ἐξ ἱμάντων ἢ σχοίνων, παρὰ τὴν εἴλησιν. ubi ex egregia illa *Heſychii* orthographia, quam ipſe in praefatione adeo extollit, legendum παρὰ τὴν ἴλησιν, ut paulo poſt Ἰλόμενος. περιϛρεφόμενος: ceterum enim ipſius etymologia, qua Ἰλλὰς ab ἰλεῖν deducit, non conſtaret.

Ἰαμενάς. τὰς πόλεις. Recte obſervavit *Salmaſius* hoc & praecedens Ἰαμεναὶ male eſſe pro Εἰαμεναὶ, quod ſaepe apud poetas occurrit: verum corrigendum hic Ἰαμενάς. τὰς πόας. Ita in explicatione τοῦ Ἰαμεναί. --- οἱ ἔνυδροι τόποι καὶ πόαν ἔχοντες Contrario modo a librariis erratum eſt infra, ubi legitur, Σεδέκ. πόα Μωαβιτῶν: corrige, πόλις Μωαβιτῶν: quod vidiſſe etiam *Sopingium*, ex ipſius nota facile apparet. Ἴδωρ.

Ἴδαρ. βρῶμα. Male pro Εἶδαρ.

Ἱερόλας ἴσιφις Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτοις, ὡς καὶ τὸν γέροντα, γεροιδὰν, ἢ γεροῦντα λέγει Vox ἴσιφις pelliſme afflicta eſt: corrigo, Ἱερόλας. ἱερεύς. Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτοις. ὡς καὶ τὸν γέροντα, γεροίταν, ἢ γεροντίαν λέγει.

Ἰκτευκρατεῖς. Λάκωνες. Non dubium eſt, quin Gloſſa cum explicatione ſua male coaluerit: fortaſſe legendum, Ἰκτεῦ. κρατεῖς. Λάκωνες. Ut ſit a verbo Ἰκτέομαι vel Ἰκτεῦμαι, quod Laconibus in uſu eſſe potuit. Sed certiora ſi quis protulerit, libenter amplectar: nec enim *Meurſii* rationem habendam puto, qui in Miſcell. Lacon. ex loco hoc *Heſychii* docet Laconas Ἰκτευκρατεῖς dictos fuiſſe.

Ἴλιλον. ἀθρόον, ἀθρόως. Monſtrum iterum vocis, & Graecis auribus inauditum, ex quo tamen pedetentim progrediendo verum eruere conabor. Primo cum Gloſſa ponatur ante Ἴλην, ex ordine corrigendum Ἴληλον: ſed quid hoc vocis? inquies: corruptum ex Ἰληδὸν, quod idem ac Ἰλαδὸν. Supra ſuo loco: Ἰλαδόν ἀθρόως. & in litera E corrupte Εἰλαδόν. ἀθρόως.

Ἴλιγοι θηρία διὰ Φρυγάνων, ἢ σκώληκες ἐν ταῖς ἀρυσιν οἷς χρῶνται, εἰς δέλεαρ. Et hic ex ordine corrige Ἴλιοι, quod dubitanter propoſuit *Palmerius:* dein lege, ἢ σκώληκες ἐν ταῖς δρυσὶν, οἷς χρῶνται εἰς δέλεαρ. Haec ſcripſeram, cum forte oculos conjicio in notam *Albertii* ad v. Εἰλύϊος, ubi eodem modo corrigit.

Ἴλιον εἴσω. εἰς Ἴλιον, εἴσω Ἴλιον, τὸ τῆς γυναικὸς ἐφήβαιον δηλοῖ. καὶ κόσμον γυναικεῖον παρὰ Κώοις. Binae Gloſſae male confuſae ſunt, ita ſeparandae.

Ἴλιον εἴσω. εἰς Ἴλιον.

Ἴλιον. τὸ τῆς γυναικὸς ἐφήβαιον δηλοῖ. κ. τ. λ.

Ἰλι-

'Ιλισπῶντες, συνελῦντες. Lege συνειλῦντες: eſt autem 'Ιλισπῶντες corrupte pro 'Ιλυσπῶντες, unde infra, 'Ιλυσπᾶσθαι, quod & *Suidas* agnoſcit: puto tamen veriorem ſcripturam eſſe, quae ſupra habetur, Εἰλυσπᾶσθαι, ubi vide notas. Semel enim notandum auctorem noſtrum ex prava illorum temporum conſuetudine, centenis vicibus confundere Ι & ΕΙ, quorum ſonus idem fere erat. Ita paulo ante 'Ιλέοντο. ἐςρέφοντο, pro Εἰλέοντο. Idem obtinet in 'Ιλικρινές. 'Ιλισάμενος. 'Ιλιτενής. 'Ιλύει. 'Ιλέμενος. & quamplurimis aliis, quae prudens omitto. Contrarium vitium eſt in Εἰθύ. Εἰθύοντα. Εἰθύφαλλον. Εἰλαδόν. Εἰλύος. Εἰλύς, &c. quae viri docti ſuis locis ſingula notarunt.

'Ιππειος Ποσειδῶν. Φυσικῶς Φασί. διὰ τὸ λέγειν τῦ τήν τ' αἰθαλὸς ἵπποι ἀνδράσι γίγνονται κατὰ τὸν μῦθον, ἢ ὅτι ἵππυς ἐγέννησε Ποσειδῶν 'Αρίωνα Φασὶν Πήγασον. De Neptuno Hippio ſatis nota omnia, quare omittam teſtimonia de eo colligere: coniecturam tantum proponam, qua verba *Heſychii* peſſime habita, ita reſtituere tentavi: 'Ιππειος Ποσειδῶν. Φυσικῶς Φασί. διὰ τὸ λέγειν τὸν ποιητήν,

αἴθ' ἐξ ἁλὸς ἵπποι
'Ανδράσι γίγνονται,

κατὰ τὸν μῦθον. ἢ ὅτι ἵππυς ἐγέννησε Ποσειδῶν 'Αρίονα καὶ Πήγασον. Verba quibus verſuum formam dedi, omnino ex poeta aliquo deſumta videntur; an vero *Homeri* ſint, iam non ſuccurrit. De Arione praeter alios multos vide *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 766. & *Pauſan.* L. VIII. c. 25. ubi *Kuhnius* advocat locum *Lutatii* in *Statium*, his verbis conceptum. *Neptunus pater quorundam equorum fertur, Pegaſi &*

Me-

Meduſae, Arionis ex Cerere: ita enim recte Vir Cl. emendat pro *aere.* Sed Meduſam equum fuiſſe, nemo (quantum ſciam,) tradidit; legendum itaque: *Pegaſi e Meduſa, Arionis ex Cerere. Hygin.* in Praefat. *Ex Neptuno & Meduſa, Chryſaor, & equus Pegaſus.* Alia de Pegaſi origine habet *Heſiod.* Theogon. v. 280, quae tamen loca *Heſychii* & *Luctatii* a me emendata, aliquatenus illuſtrant.

Τῆς δ᾽ ὅτε δὴ Περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν,
Ἐξέθορε Χρυσάωρ τε μέγας, καὶ Πήγασος ἵππος.
Τῷ μὲν ἐπώνυμον ἦν, ὅτ᾽ ἄρ᾽ Ωκεανȣ̃ περὶ πηγὰς
Γείνεθ᾽, ὁδ᾽ ἄορ χρύσειον ἔχεν μετὰ χερσὶ φίλῃσι.

De Meduſa ſermo eſt, quam Perſeus occidit.

Ἱπποδάμȣ Νέμεσις .... ȣ̃τος (ita enim recte emendatur pro ȣ̃τως,) δὲ ἦν καὶ ὁ μετοικήσας εἰς Σατυρικȣ̀ς, Μιλήσιος ὤν. Minime capio quid ſibi velit vox Σατυρικȣ̀ς, quam mendòſam non dubito. An fuerat? ὁ μετοικήσας εἰς Ἀττικȣ̀ς: ſed εἰς Ἀθηναίȣς dicendum fuiſſet. Viderint igitur alii.

Ἱπποδέτης Ἡρακλῆς, ὁ ἐν Ὀγχηςῷ τιμώμενος, οἱ δὲ ἐν Θήβαις. Herculis ita cognominati meminit *Pauſan.* L. IX. c. 26. ubi vulgo legitur: καὶ Ἡρακλέȣς ἱερὸν μέγα, ἐπίκλησιν Ἱπποδότȣ. ſed *Camerarius* recte emendat Ἱπποδέτȣ; quod liquet ex ſequentibus *Pauſaniae* verbis: τȣ́ς τε γὰρ Ὀρχομενίȣς φασὶν ἐς τȣ̃το ἀφῖχθαι ςρατιᾷ, καὶ τὸν Ἡρακλέα νύκτωρ τȣ̀ς ἵππȣς λαβόντα, συνδῆσαί σφισι, τȣ̀ς ὑπὸ τοῖς ἅρμασι: e quibus ratio huius cognominis ſatis conſtat; nec dubito quin & apud *Heſych.* Ἱπποδέτης ſit legendum. Colebatur vero Hercules Hippodetes loco inter Thebas & Oncheſtum fere medio, ut ex *Pauſan.* l. c. conſtat, & hinc

hinc ab aliis priori, ab aliis poſteriori urbi adſcribebatur, ut notat Lexicographus noſter.

Ἱπποκαμπὰς, ὕλην λίαν μεγάλην. ἵππους * λεκεμμαίνην, οἱ δὲ ζῶον. Locus peſſime afflictus; de quo duplex ſuborta eſt coniectura: prior, quod illa: ἵππους * λεκεμμαίνην κ. τ λ. novam forte gloſſam conſtituant a prioribus verbis ſeparandam; quod ſi eſt, peritioribus eam ſanandam commendo. Si vero hoc minus probabile, vide num legendum ſit: Ἱπποκάμπας. εὐλὴν λίαν μεγάλην, πεποικιλμένην. οἱ δὲ ζῶον. Erucas Graecis vocari κάμπας, quod multae earum corpus in progrediendo incurvent, notum eſt: hinc ἱπποκάμπαι vocari poſſunt erucae maiores; nam ἵππος vel βῦς vocibus praepoſitum magnitudinem fere notat, quod recte hic obſervat *Palmerius*. vide *Caſaub.* Animadv. ad *Athen.* p. 864. Quia vero inter erucas illas multae ſunt verſicolores admodum & variegatae, recte Ἱπποκάμπας, vel ſi mavis Ἱπποκάμπην exponit, εὐλὴν λίαν μεγάλην, πεποικιλμένην. Illud forte aliquem morabitur, quod εὐλὴ vox ſit rarior, qua *Herodotus* & pauci forte alii utuntur, quam vero noſter in explicatione Gloſſae adhibere non debuit: eam obiectionem neſcio an ſatis diluam, dicendo, alibi etiam *Heſychium* explicare gloſſas per gloſſas alias, (Vide V. G. Ἀμύσαττον. ἐσίηχαινον,) adeoque lubens aliorum coniecturas exſpectabo.

Ἱπποκόριος. ἥρωος. Forte Ἱπποκούριος. ἥρως. Neptunus cognomine Ἱπποκούριος colebatur Spartae. vide *Pauſan.* L. III. c. 14.

Ἰσθμιάσι. παροιμία ἐπὶ κακοῦ βίου. ἐπίνοσος γὰρ ὁ καιρὸς, ἐν ᾧ τὰ Ἴσθμια ἄγεται Pro Ἰσθμιάσι omnino legendum Ἰσθμιάσαι, a verbo Ἰσθμιάζειν, quod *Junius* bene adſcri-

ſcripſit; nec dubito, quin ita etiam correxerit *Salmaſius*.

Ἴφλημα. τραῦμα. Coniecerim fere mendoſum hoc eſſe pro Σίφλημα, a Σιφλῶν, quod noſter inter alia exponit πηρῶν, βλάπτειν.

Καγαθῆσαι. νεκροῖς θῦσαι. Male ut puto, pro Καθαγίσαι. Infra: καθαγίσω. συντελέσω, καθιερώσω.

Καιρότερον. ἐνωρότερον ἀχαιοί. Legendum & diſtinguendum: Καιρότερον. ἐνωρότερον. Ἀχαιοί. Plures Achaeorum Gloſſas hic illic conſervavit noſter; ut poſtea: Καλάζει. ὀγκῦται. Ἀχαιοί.

Κακοῦργος, δόλιος, κακὰ ἐργαζόμενος.

Κακοήθης. κακότροπος. Ordo Alphabeticus docet, poſt Κακοῦργος non ſubſiſtere poſſe Κακοήθης. Incommodum ſuſtuleris, binas gloſſas in unam coniungendo: κακοήθης enim & κακότροπος ſunt explicationes vocis Κακοῦργος.

Κακυκία. ὀψοφαγία. Etſi ſequatur, Κακῦναι. ὀψοφαγῆσαι, quo inductus videtur *Salmaſius* ut Κακυνία corrigeret, puto tamen Κακυκία vitioſum eſſe pro Καρυκία vel Καρυκεία. Infra ſuo loco: Καρυκεία. ἡ ἡδύτης τῶν ζωμῶν, ὀψοφαγία.

Κακχαδίαι. ἰσχνόφωνοι. Male pro Καχλαδίαι. Notat enim Καχλάζειν, *acutum & tinnulum ſonum reddere:* hinc Καχλαδίας.

Καλαβίς. τὸ περισπᾶν τὰ ἰσχία καλαβοῦσθαι, ἐν τῷ τῆς Δερεατίδος ἱερῷ Ἀρτέμιδος, ᾀδόμενοι ὕμνοι. Confuſa haec ſunt, nec vitiorum immunia. Vix dubito, quin binae gloſſae in unam perperam coaluerint, ita rurſum diſtinguendae.

Καλαβίδες. οἱ ἐν τῷ τῆς Δερβιάτιδος ἱερῷ Ἀρτέμιδος ᾀδόμενοι ὕμνοι.

Καλαβοῦσθαι. περισπᾶν τὰ ἰσχία. Derrhii loci Laconiae

niae & Dianae Δερρμιάτιδος meminit *Pauſan.* L. III. c. 20. unde apparet non bene a *Fungero* emendatum eſſe Κεδρεατίδος. Καλαβίδας autem, vel Καλλαβίδας caeteri vocant non hymnos ſed ſaltationis genus. Vide *Athen.* L. XIV. p. 629. F. Utramque ſignificationem iungendam puto, quod inter ſaltandum ſaepe etiam canerent. Uſus erat hac voce *Eupolis* ἐν Κόλαξι apud *Athen.* L. XIV. p. 656. F. cuius verſus cum neque Jambici, neque Trochaici ſint, ita digerendos coniicio:

῞Ος χαρίτων μὲν ὀμιχεῖ, καλλαβίδας δὲ βαίνει,
—— σησαμίδας δὲ χέζει,
Μῆλα δὲ χρέμπτεται.

Ut metrum ſit Cratineum, quod πολυσχημάτιστον erat apud *Eupolidem.* vide *Hephaeſt.* p. 57. ubi ſimilem his verſum citat

Καὶ ξυνεγεννόμην ἀεὶ τοῖς ἀγαθοῖς Φάγροισιν.

ſi tamen omnes eandem formam habuerunt, Choriambici potius ἐπίμικτοι Anacreontei dicendi ſunt, qualis eſt verſus ex *Hephaeſtione* adſcriptus: atque hoc verius puto ob rationes alibi forte latius explicandas. In priori verſu ſuſpecta ſunt illa χαρίτων ὀμιχεῖ, cum hic etiam accuſativus caſus requiri videatur, ut καλλαβίδας, σησαμίδας, μῆλα. Metrum etiam vitiatum eſt: requiritur enim ut ſecunda dipodia Jambica ſit. Malum a me indicatum alii forte tollent. Secundi verſus prius hemiſtichium vel *Athenaei* vel librariorum culpa omiſſum videtur. Καλαβοῦσθαι, quod dein explicat *Heſych.* a Καλαβὶς deductum videtur. Κα-

Καλύκοντος. εὐόφθαλμος. Forte Καλυκωπός. Frequens apud poetas epitheton Καλυκῶπις.

Κάββαλεν. κατέβαλεν, κατέλαβεν. Ordo literarum mendoſam eſſe hanc Gloſſam evincit; legendum itaque; Κάμβαλεν. κατέβαλεν: quod enim ſequitur κατέλαβεν, ex varia tantum lectione ortum, & hinc eiiciendum eſt. Eſt vero Κάμβαλεν mendoſum pro Κάββαλεν: ſaepe enim apud *Heſych.* probae voces depravandae ſunt, ut vera ipſius ſcriptura obtineatur. Ita mox Καμβολίαι pro Καββολίαι.

Κάνανις. ξίφος. Videtur vox decurtata & corrupta ex Ἀκινάκης.

Κανθήλως. ὠμὸς, μωρὸς. ὄνομα. Nonne egregie addit Κανθήλως eſſe ὄνομα? immo ὄνομα hoc ortum ex ὄνος, quod aliquis adſcripſerat ad emendationem praecedentis ὠμός: Veriſſime: reſcribamus igitur Κανθήλιος. ὄνος, μωρός. quod viderunt etiam *Guietus* & *Sopingius.* Voces vero ὄνομα & ὄνος, quod eodem fere modo in M. S. S. ſcripta reperiantur, ſaepe confundi docet *Kuſter.* ad v. Ἀμφώδων, Ἀνεμῶτας, & alibi; nec non *Albertius* ad v. Γρισῶν.

Κρατύνεσθαι. ἀσφαλίζεσθαι, διϊσχυρίζεσθαι. Ex ordine Alphabetico legendum Καρτύνεσθαι.

Κατάλογος. Ultima huius articuli verba ſeparatim ita ſcribenda, ut novam gloſſam conſtituant; Κατάλογον. τὸ μύρτον: Ubi quid per μύρτον intelligat, non definio.

Καταπίμπρασθαι. κατακαίεσθαι. κατὰ Πίνδαρον. Simile quid & hic obtinet, ſeparatim ſcribendum Κατὰ Πίνδαρον, ſed interpretatio horum verborum interiit, damno non adeo gravi.

Κατέσχεθε θεοφορεῖσθαι. Ordo docet legendum eſſe, Κατέχεσθαι. θεοφορεῖσθαι.

Καυνός. κακός, σκληρός, κλῆρος. καὶ πόλις Ῥόδε. Binarum vocum σκληρὸς, κλῆρος, alterutra mihi extrudenda videtur, orta nempe, ut ſaepius iam obſervavi, e varia lectione. Lege igitur. Καυνός. κακός, κλῆρος καὶ πόλις Ῥόδε. vide v. Διακαυνιάσαι. Quod vero Καυνὸς exponit κακός, videtur hoc corruptum ex Καυρός. κακός. quod mox ſequitur. Supra etiam ſcripſerat Καυαρόν. κακόν. quin & Καπρός. κακός. Ita in omnes formas vertit voces, ut fere cum *Horatio* exclames,

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Jam quod ſub finem addit, καὶ πόλις Ῥόδε, manifeſte falſum eſt, cum Cariae fuerit Caunus, non Rhodi oppidum. Plures in re omnibus nota teſtes non proferam; unum *Anton. Liberalis* locum, quo ſimul emendetur, adſcribam. Ait ille Fab. 30. Καὶ ἐγένοντο δίδυμοι παῖδες αὐτῷ Καῦνος καὶ Βιβλὶς, ἀφ' ἧς πόλις ἐςὶν ἔτι νῦν ἐν Καρίᾳ, Καῦνος καὶ Βιβλίς. Legendum abiectis binis vocibus, quas mala librariorum manus intruſerat: Καὶ ἐγένοντο δίδυμοι παῖδες αὐτῷ, Καῦνος (ἀφ' ἧς πόλις ἐςὶν ἔτι νῦν ἐν Καρίᾳ Καῦνος,) καὶ Βιβλίς. Ita clara erunt omnia.

Κίχοις καταλάβοις. Corrumpenda iterum vox proba, ut veram lectionem nanciscamur. Scripſerat enim auctor Κείχοις.

Κεκύκη. καμπύλη. Ordo requirit Κεκύνη, quod forte notat baculum e ramo ſycamini. Supra enim legitur Κεικύνη. συκάμινος.

Κηχί. ῥύπος. Forte legendum Κηχίς. ῥύπος. ut ſit male formatum ex Κηλὶς, quod ſupra expoſuit ῥύπος. Λ enim & Χ ſaepe confunduntur.

Κί-

Κίβεῤῥοι ὦχροί. Μακεδόνες. Ordo docet legendum Κίκεῤῥοι. ὦχροὶ vero hic notat nόn *pallidos*, ſed leguminum genus. Convenit itaque Κίκεῤῥος cum *cicere* Latinorum.

Κιῤῥόν. πῦρ ἐρυθρὸν, ξανθόν. Legendum puto: πυῤῥὸν, ἐρυθρὸν, ξανθόν.

Κονῦσα, τὰ Γάδειρα ὅτως ἐκαλεῖτο. Corrupta eſt haec vox, nec ordinem ſervat. Puto auctorem ſcripſiſſe Κοντινῦσα, ſed verum eſt Κοτινῦσα. Ita praeter *Plin.* L. IV. c. 22, *Avienus Dionyſii* interpres de Gadibus agens:

Haec Cotinuſa prius fuerat ſub nomine priſco.

Κοριῶντα. γαυρέμενον. Corrupta videtur vox ex Κορωνιῶντα: infra enim Κορωνιῶν. γαυριῶν, ut recte corrigunt pro γλαυριῶν.

Κοςαί, κριθαί. Nomen capite truncatum pro Ἀκοςαὶ, qualia paſſim occurrunt.

Sed hic filum obſervationum in *Heſychium* abrumpo, tum quod nimis iam excreſcere video, tum quod pleraque, quae quidem alicuius pretii ſunt, occupata procul dubio erunt in editione Cel. *Albertii*; qui utinam nobis reliquum huius theſauri brevi communicet!

CAPUT XXVII.

Fragmentum Ethnicorum Stephani ſaepius explicatur & emendatur. Apollodori verſiculi metro reſtituti. Fragmentum Cteſiae de Dyrbaeis emendatur. Νομίζειν *quid? Sophoclis & Cratini fragmenta tentata. Stephanus notatus. Strabo, Marcianus Heracleota, & Anonymus Ravennas correcti. Sophoclis fragmentum reſtitutum. Stephanus emendatus. Rhiani verſus illuſtratus. Nicotelea Ariſtomenis mater.*

FRagmentum Ethnicorum *Stephani* ex litera Δ, poſt iteratas doctorum virorum curas & editiones, nondum tamen ab omni parte ſanum eſt. Poſtremus manum admovit *Montfauconius* in Biblioth. Coisliniana, ac multa, perperam a prioribus excerpta, ex ipſo Codice reſtituit: huius igitur editionem ſequutus, loca nonnulla, qua emendare, qua illuſtrare conabor.

Mox ab initio occurrit hic verſiculus ab aliis neglectus:

Στέλλεο, νῦν ἔτι τῆλε Δυμανίδος ἐξ ἀπειροιο.

teſtatur Vir Cel. in M. S. tantum legi Δυμανί. . πείροιο, intermediis eraſis; adeoque miror, quare praepoſitio ἐξ, metrum penitus deſtruens, invecta ſit: ſed nec ulla ratio apparet, cur Doricum ἀπείροιο praeferatur communi ἠπείροιο: legerim itaque

Στέλ-

Στέλλεο νῦν ἔτι τῆλε Δυμανίδος ἠπείροιο.

Paulo poſt in v. *Δύμη* haecce habentur: *λέγεται καὶ πληθυντικῶς, ὡς Ἀπολλόδωρος· τέτων ἀπέχεσα ςαδίες ρκ΄. ἐσχάτη κεῖται πρὸς δύσιν Δύμαι.* *Berkelius* in notis ſuis ad hunc locum pro *τέτων* reponere tentat *Ἠλείων*. Sed (ut iam mittam ductus literarum plane diſſimiles,) damnabit eam coniecturam, quisquis apud *Pauſan.* L. VI, ſub finem, viderit Lariſum fluvium, qui Achaeos ab Eleis dirimebat, ab ipſa urbe Elide remotum fuiſſe ſtadiis CLVII, adeoque CXX ſtadia ſpatium Elin inter & Dymen nequaquam explere poſſe. Nec eſt cur vocem *τέτων* ſuſpectam habeamus: mihi enim *Apollodorus*, cum Dymen *ἐσχάτην πρὸς δύσιν* vocat, ab ortu incipiendo Achaeorum urbes enumeraſſe videtur, ac proin illud *τέτων* referendum erit ad locum Achaiae orienti propiorem, adeoque ad Patras proculdubio, quae urbs Dymae proxima erat. Spatium vero Patras & Dymen disiungens CXX ſtadiorum fuiſſe, evincet vel ſolus *Pauſan.* L. VII. c. 18. A Dyme enim ad Pirum amnem numerat ſtadia XL, inde Patras LXXX. Tabula quoque Peutingeriana per XV M. P. has urbes ab invicem removet, quae totidem ſtadia conficiunt; unde de hac explicatione nullum relinquitur dubium.

Sed ipſa *Apollodori* verba quod attinet, deſumta illa puto ex opere *περὶ γῆς*, ſaepius a *Steph.* adducto, ac metro Jambico conſcripto, ut liquet ex fragmentis v. *Ὠρῖται* & alibi obviis. Forſan igitur ita ordinanda ſunt:

Τέτων ἀπέχεσα ςάδι᾽ ἑκατόν τε κ᾽ εἴκοσι
Κεῖτ᾽ ἐσχάτη πρὸς τὴν δύσιν Δύμαι.

ſic enim habentur bini ſenarii, quorum tamen poſterior ſexto pede mutilus eſt, ut & ille qui non longe abhinc ex *Apollodori* Chronic. L. I. aſſertur,

Πόλεμος ἐνέςη τοῖς τε Δυμαίοις.

Illud vero mirum, ſi *Apollodorus* ſcripſerit πληθυντικῶς Δύμαι, cum tamen voces ἀπέχουσα & ἐσχάτη flagitent ἑνικὸν; ut vix dubitem, quin *Stephanus* vitioſo uſus ſit libro, ubi Δύμαι mendoſe legebatur pro Δύμη. Si quis tamen Ethnicographum abſolvere voluerit, is poſteriore verſiculo ſuppleto, ita locum conſtituat:

Τούτων ἀπέχουσα ςάδι' ἑκατόν τε κ' εἴκοσι
Κεῖτ' ἐσχάτη πρὸς τὴν δύσιν Δύμαι πόλις

Sequuntur poſt pauca verſus *Antimachi*, quos ita ex M. S. exhibet *Montfauconius:*

'Εν δὲ σὺ τοῖσι μάλα πρόΦρων ἐπίκουρος ἀμορβέων,
'Ω Μιλήσιε, ὡς διεπέρσατε Δύμιον ἄςυ.

In priori verſu antea ediderant ἀμορβῶν, & vel ita legendum eſt; vel ſaltem per συνεκΦώνησιν ita pronuntiandum: hanc vero vocem pro genitivo plurali ab ἀμορβὸς habuerunt cuncti; mihi participium videtur ab ἀμορβῶ, quo uti potuit *Antimachus*, etſi ἀμορβεύειν uſu magis tritum eſſet. Poſteriori autem verſu ὡμίλησας bene quidem emendavit *Berkelius*, ſed ut verſus recto incedat talo, legendum:

'Εν δὲ σὺ τοῖσι μάλα πρόΦρων ἐπίκουρος ἀμορβῶν
'Ωμίλησας, ἕως διεπέρσατε Δύμιον ἄςυ.

Hos

Hos tu, alacriter auxilium ferens, ſequutus,
Verſatus cum iis es, donec Dymen diripuiſtis.

In v. Δυρβαῖοι habetur inſigne fragmentum ex *Cteſiae* Perſicis de illa gente, cuius partem adſcribo: ἐὰν δέ τι εὕρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ χρυσίον, ἢ ἱματίον, ἢ ἀργύριον, ἢ ἄλλο τι, οὐδὲν ἀποκινήσειαν οὔτοι, οὔτε ἀρτοποιέουσιν, οὔτε ἐσθίουσιν, οὔτε νομίζουσιν, ἐὰν μὴ ἱερῶν οὕνεκεν. ἄλφιτα δὲ ποιοῦσιν λεπτότερα καθάπερ οἱ Ἕλληνες, καὶ ἐσθίουσι μάζας ποῶν. Primo noto priora illa ſic eſſe interpungenda; ἐὰν δέ τι εὕρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ ...... οὐδὲν ἀποκινήσειαν· οὔτοι οὔτε ἀρτοποιέουσιν κ. τ. λ. Sed ad ſequentia verba omnes adhaeſerunt, nec mirum; quis enim credat Dyrbaeos non ediſſe niſi ſacrorum cauſa: id ſi fuit, vel miſeram eam gentem fuiſſe oportet, vel quotidiana ſacra celebraſſe. Hinc *Berkelius* ita vertit: *Neque piſturam exercent, neque panibus veſcuntur, neque legibus, niſi ſacrorum cauſa obſtricti vivunt.* intelligens nempe ἐσθίουσιν non in genere de omni alimento, ſed relative ad ἄρτον, quod in praecedenti verbo continetur. Verum ita ridiculus fuerit *Cteſias*, ſufficiebat enim, eos panem non conficere; quomodo enim ederent, niſi & pararent? Dein νομίζειν non notat *legibus obſtrictum vivere*, ut mox videbimus. Tentabat quoque pro νομίζουσιν reſcribere θύουσιν, niſi longius a vulgato recederet. *Montfauconius* notat in M. S. vocem νομίζουσι in margine correctam fuiſſe, ſed exciſo folio primam ſyllabam evanuiſſe: ipſe ψωμίζειν corrigit; verum nec hoc mihi placet, tum quod ſupervacuum plane eſt poſt ἐσθίουσι, tum quod ψωμίζειν non notat *cibum apponere*, ut a Viro Cel. vertitur, ſed *nutrire*, ac raro dicitur niſi de nutricibus pueris cibum in os ingerenti-

tibus. Vide *Hippocr.* variis in locis, quae indicabit *Foeſius* in Oeconomia ſua. Ego, ut eo tandem veniam, ſuſpectum habeo non τὸ νομίζουσι, ſed τὸ ἐσθίουσι, nec dubito, quin legendum ſit: Οὗτοι οὔτε ἀρτοποιέουσιν, οὔτε θύουσιν· οὔτε νομίζουσιν, ἐὰν μὴ ἱερῶν εἵνεκεν. *Hi neque panem conficiunt, neque animalia mactant; neque hoc fas putant, niſi ſacrorum cauſa.* Eſt enim νομίζειν inter alia, *fas aliquid putare:* ita *Heſych.* Νομιζόμεθα. νόμιμα διόμεθα: & *Herod.* L. III. c. 100, in loco hunc *Cteſiae* valde illuſtrante: Ἑτέρων δέ ἐστι Ἰνδῶν ὅδε ἄλλος τρόπος· οὔτε κτείνουσι οὐδὲν ἔμψυχον, οὔτε σπείρουσι, οὔτε οἰκίας νομίζουσι ἐκτῆσθαι. ποιηφαγέουσι δὲ, κ. τ. λ. Quae verba, quo diutius cum iis *Cteſiae* comparo, eo mihi certius videtur, de eadem gente utrumque hiſtoricum agere, quin & inde video vere me emendaſſe, οὔτε θύουσιν; idem enim apud *Herod.* eſt, οὔτε κτείνουσιν οὐδὲν ἔμψυχον Miror autem *Berkelio*, cum de verbo θύειν cogitaverit, veram loci lectionem non ſuboluiſſe.

In v. Δωδώνη multa iam in melius reſtituit *Montfauconius*, & ante eum *Jac. Gronovius* Exerc. de Dodone: reſtant autem nonnulla, quae etiamnum Criticorum opera indigent; quae tamen inter ne amplius referantur vexatiſſima illa verba: τὸν δὲ Δωδωναῖον ἔλεγον καὶ Ναῖον; nuper effecit Cel. *Valckenarius* in Diſſert. de Scholiis in *Homerum* ineditis; ubi haec ea in luce collocavit, ut iam aliorum operae parum indigeant.

Pergo igitur ad ea, quae dein habentur: λέγεται καὶ Δώδων, ἧς τὴν γενικὴν Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλῆγι,

Νῦν

Νῦν δ' ἔτε με εἰς Δωδῶνος.
Οὔτε πυθικῶν γυνή τις ἂν πείσειεν.

ita legitur in M. S. niſi quod poſterior ſyllaba τῦ γυνὴ una cum ora libri ambeſa eſt: recte tamen eam vocem reſtituiſſe puto *Montfauconium*, unde ea admiſſa locum ita metro & ſenſui reſtituere tentabam:

Νῦν δ' ἔτε μ' ἐκ Δωδῶνος, ἔτε Πυθικῶν
Γυνή τις ἂν πείσειεν.

Nunc mihi neque ex Dodone, neque Pythicarum
Mulier quaepiam perſuaſerit.

ubi γυνὴ referendum tam ad ἐκ Δωδῶνος, quam ad Πυθικῶν, utrobique enim fatidicae ſacerdotes eorum locorum intelliguntur.

Sequitur poſt nonnulla alia fragmentum *Cratini* e Comoedia, cui nomen Ἀρχίλοχοι, his verbis conceptum: Δωδωναίῳ κυνὶ βωλοκόπῳ τίτθη γεράνῳ προσεοικώς. Male haec diſtinguuntur in editione *Montfauconii*, unico enim verſu continuanda ſunt, ut conſtituant Anapaeſticum Ariſtophaneum; ipſa autem verba quod attinet, indignor ea ab omnibus neglecta: quod etſi caute factum non negem, ego tamen vel cum periculo vadum tentabo, & reponam:

Δωδωναίῳ νῦν βωμολόχῳ, τίτθη, γεραρῷ προσέοικας.

ut βωμολόχυς vocet ſacerdotes Jovis, quod non mirabitur, qui ad maledicentiam & libertatem veteris Comoediae animum advertit. Γεραρὸς vero eſt *venerandus*; vide *Heſych.* & *Onomacr.* Hymn. Sileni v. 4, ubi vulgo editur:

Ἀγνοτερὴς, γερανὸς, θιάσε νομίε τελέταρχα.

ſed cum *Caſaub.* de Satyr. Poeſi L. 1. c. 2. legendum γεραρὸς pro γερανός. Ita *Cratinus* oraculi Dodonaei antiſtites dixerit γεραρὲς βωμολόχες, *venerandos nebulones.* Niſi quis forte βωλολόχῳ corrigere mavelit: potuit enim eam vocem fingere poeta, quae idem plane notabit ac *Homeri* χαμαιεῦνης, vel γηλεχὴς apud *Callim.* Hymn. in Del. v. 286.

Γηλεχέες θεράποντες ἀσιγήτοιο λέβητος.

Τίτθη vero in verſu *Cratini* eſt appellatio vetulae, ad quam verba fiunt, quaeque, neſcio qua de cauſa, Dodonaeo ſacerdoti aſſimilatur.

Pergo ad v. Δῶρα, ubi ait *Stephanus:* Δῶρα, νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, καθὰ Στράβων ιέ. Τὸν δὲ Μαζήνην ἐπάρχειν νήσε τινὸς τῶν ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δῶρα. Notarunt iam locum *Strabonis* reperiri non L. xv, ſed xvi. p. 767. atque apud eum legi Ἀμαζήνην pro Μαζήνην, nec non Δοράκτα pro Δῶρα: ita enim locus ibi concipitur: Φησὶ δ᾽ ὁ Νέαρχος τὸν Μιθροπάςην ἐντυχεῖν αὐτοῖς μετ᾽ Ἀμαζήνε. τὸν δὲ Ἀμαζήνην ἐπάρχειν νήσε τινὸς τῶν ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ. καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δοράκτα. *Berkelius* & *Pinedo* in noſtro reſcribi iubent Ἀμαζήνην: ego contra *Strabonem* ex *Stephano* emendandum puto; cum enim in vetuſtis codicibus legeretur μεταμαζηνε, ſequiores hoc in bina vocabula dividentes, male τὸ α poſteriori agglutinarunt ſcribendo μετ᾽ Ἀμαζήνε, cum debuiſſent μετὰ Μαζήνε: hoc ſemel commiſſo, ſequens quoque Μαζήνην mutarunt in Ἀμαζήνην. Teſtimonium pro me dicet *Arrian.* in Indic. c. 37, eadem

dem quae *Strabo* e *Nearcho* referens. Καὶ ὁ ὕπαρχος τῆς νήσου Μαζήνης συνέπλει αὐτοῖσι μέχρι Σούσων, ἐθελοντὴς ἡγεμὼν τοῦ πλόου. Ipſum vero inſulae nomen quod attinet, in eo *Strabonem* ex *Stephano* refingere tentat *Berkelius:* ſed & hoc perperam: certus enim ſum *Stephanum* vitioſo libro deceptum fuiſſe. Verum inſulae nomen eſt Ὀάρακτα: quod liquet ex eodem *Arriano* paulo ante locum mox adductum. Καὶ ἡ μὲν ἐρήμη νῆσος Ὀργάνα ἐκαλέετο. ἐς ἣν δὲ ὡρμήθησαν, Ὀάρακτα. *Ptolemaeo* L. VI. c. 8, corrupte Οὐορόχθα dicitur, illius vero excerptori *Marciano* Heracleotae p. 21. vero proprius Ὀαράχθα. Utrumque ex *Arriano* corrigendum, prout ad *Marcianum* notavit quoque *Hudsonus.* Eadem, ut puto, apud Anonymum Ravennatem L. V. c. 17, *Oracta* dicitur, ſed & illic *Oaracta* legere malim. Ad hos autores exigendus etiam *Strabo*, ac pro Δώρακτα apud eum reponendum Ὀάρακτα. Sed pleraque horum iam occupavit *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 831, ad quem te remitto.

In v. Δώτιον poſtquam locum ex *Sophoclis* Lariſſaeis (quem nunc quidem miſſum facio,) adduxerat, ſubiicit: καὶ ἐν Λημνίαις προτέραις. Φερηκίδας δ᾽ Ἄδμητος ἠδ᾽ ὁ Δωτιεὺς Λαπίθης Κορωνός. Ad quae verba quid notaverit *Berkelius*, nihil attinet memorare. Aliquanto felicior *Pinedo*, recte obſervavit, ea quae hic leguntur, Φερηκίδας δ᾽ Ἄδμητος κ. τ. λ. eſſe ipſiſſima *Sophoclis* verba: recte etiam coniicit Coroni Caenidae hic fieri mentionem; reliqua vero expedire non potuit. Ut brevis ſim, atque ad propria veniam, noto Λημνίας *Sophoclis* fuiſſe Drama, quo continebatur appulſus Argonautorum ad inſulam Lemnum, at-

que

que eorum cum feminis Lemniis commercium; ut fabulae argumentum fuerint ea, quae narrat *Hygin.* Fab. xv. Non mirum itaque ſi poeta ibi Argonautas nominatim memoravit: quin hoc diſerte teſtatur Scholiaſtes *Pindari* ad Pyth. Od. 4. Πάντας Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Λημνιάσι τῷ δράματι καταλέγει τὰς εἰς τὸ Ἀργῷον σκάφος εἰσελθόντας. Nemo igitur dubitabit, quin vere emendem: καὶ ἐν Λημνίαις προτέραις·

Φερητίδης τ᾽ Ἄδμητος, ἠδ᾽ ὁ Δωτιεὺς
Λαπίθης Κορωνός.

Notus enim inter Argonautas eſt Admetus, qui Φερητίδης hic dicitur a patre Pherete, in quo *Sophocli* conſentiunt *Hygin.* Fab. xiv. *Admetus Pheretis filius, matre Periclymene:* & *Eurip.* in Alceſt. non uno loco; nec non Scholiaſtes *Apollon.* Rhod. ad L. 1. v. 49. αἱ Φεραὶ ὠνομάσθησαν ἀπὸ Φέρητος τῦ Κρηθέως, τῦ Ἀδμήτου πατρός. Alter, qui in *Sophocleo* fragmento memoratur Coronus eſt, quem Argonautis annumerant *Orpheus*, *Apollodorus*, & *Apollon.* Rhod. L. 1. v. 58.

Ἤλυθε δ᾽ ἀφνειὴν προλιπὼν Γυρτῶνα Κόρωνος
Καινείδης.

Quemadmodum igitur pater ipſius Caeneus celebris eſt inter Lapithas, ita & ipſe Coronus Λαπίθης hic dicitur *Sophocli*, ut & *Stephano* in v. Φιλαΐδαι, ubi meminit Λυσίδης τῆς Κορωνῦ τῦ Λαπίθυ: ſed pro Λυσίδης, quod obiter noto, ibi legendum Λυσιδίκης ex *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 53. Quod vero *Apollonius* Gyrtona patriam ipſi dat, cum *Sophocles* Dotienſem fa-

faciat, non eſt ut curemus; talis enim differentia in aliis quoque obſervatur. Illud denique noto, Cl. *Gavel* in Miſcell. Obſerv. Nov. T. V. p. 461, eandem fere *Sophoclis* fragmento medicinam feciſſe, quae tamen non vidi, niſi poſtquam emendationem meam iam dudum in chartam conieceram.

Sequitur apud *Steph.* verſus *Rhiani* ex Meſſeniacorum L. IV, quem, cum antea ſic vulgaretur,

Αὐδὴν εἰσώμενος Δωτηὶν ἴκτο τελείη.

Montſauconius e M. S. egregie adiuvit, edendo:

Αὐδὴν εἰσάμενος Δωτηῒ νικοτελείη.

quae etiamnum leviter corrupta ita reſtituo:

Αὐδὴν εἰσάμενος Δωτηΐδι Νικοτελείῃ.

ſic absque dubio legendum: ſed quid velit verſus, ex paucis his verbis quis colligat? Agitur forte de numine quodam humanam formam aſſumente, & quidem ſimilem Nicoteleae; quo nomine feminam reperio apud *Pauſan.* L. IV. c. 14, quae ab ea *Rhiani* non diverſa videtur: dicit enim *Pauſanias*, eam matrem fuiſſe Ariſtomenis: ſed *Rhianus* in Meſſeniacis (unde haec citantur,) narraverat bellum Laconas inter & Meſſenios geſtum, in quo cum primae partes fuerint Ariſtomenis, non dubito quin praeſens verſus ad ipſius matrem pertineat.

C A-

CAPUT XXVIII.

Menandri reliquiae aliquoties illuſtratae, metro reſtitutae, & correctae. Τὸν *pro* τί *emendatum.* Σωσίας *nomen ſervi Comici. An Menander fabulam ſcripſerit nomine* Δίφιλον? *Alia quaedam. Soſiae nomen iterum reſtitutum. Menandri parodia ex Euripide.* Καλύμενος *corruptum ex nomine proprio.*

M*Enandri* fragmentis hoc Caput dicabitur, in quibus nonnulla a viris doctis vel neglecta hactenus, vel non ſatis expedita, adiuvare & illuſtrare conabor, ordinem ſequutus quo a *Clerico* edita ſunt.

Ipſo in limine moratur me primus omnium verſiculus, ita vulgo conceptus:

Τί πολλὰ τηρεῖν πολλὰ δεῖ δεδοικότα;

quae interrogative ſcripta ſenſum fundunt menti Poetae plane contrarium; docebunt enim, non opus eſſe ut a multis caveat is, qui multa metuit: quod abſurdum. Scripſerat *Menander* proculdubio

Τὸν πολλὰ τηρεῖν πολλὰ δεῖ δεδοικότα.

quod ſenario Latino ſic exprimo:

Caveat neceſſe eſt multa, multa qui timet.

Articulus τὸν pertinet ad δεδοικότα, eumque linguae in-

indoles manifeſte requirit: librariis vero fraudi fuit ordo verborum minus uſitatus, metri gratia hic adhibitus, ſicut & in illo *Philemonis* p. 356. v. 187.

Τὰς αὐτὸς αὐτοῦ βούλεθ' ὑγιαίνειν φίλους.

In fragmento 3, v. 9, pro

— καὶ συνέπραττον ἀλλήλοις πικρῶς,

omnino legendum puto,

— καὶ συνεπράττομεν ἀλλήλοις ἡμῶν.

quod flagitat praecedens, ἕκαστος ἡμῶν.

Pag. 10, v. 8, &c. legitur:

Ἴδιον ἐπιθυμοῦντι μόνος μοι θάνατος οὗτος φαίνεται
Εὐθάνατος, ἔχοντα πολλὴν τὴν χολάδα κεῖσθαι παχὺν,
Καὶ μόλις λαλοῦντα, κ. τ. λ.

ſed apud *Athenaeum*, ubi exſtat hoc fragmentum, ἐπιθυμῶν habetur, unde correxerim,

Ἴδιον ἐπιθυμῶν μόνον μοι θάνατον οὗτος φαίνεται
Εὐθάνατον, ἔχοντα πολλὴν τὴν χολάδα κεῖσθαι παχύν.

ut ſint verba, quod ex *Athenaeo* apparet, Heracleotae cuiusdem, de Dionyſio Heracleae tyranno; quem nihil optare videri ait, niſi facilem & iucundam mortem: Ceterum, quod mox ſequitur,

καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντα τῶν ἄνω,

So-

Soſicrates apud *Poll.* L. IX. ſ. 57, ait:

> Ὅταν γὰρ, οἶμαι, λευκὸς ἄνθρωπος, ταχὺς,
> Ἀργὸς, λάβῃ δίκελλαν, εἰωθὼς τρυφᾷν,
> Πενταςάτηρον, γίνεται τὸ πνεῦμ' ἄνω.

Sequitur eadem pagina fragmentum ex *Athenaeo*, ita conceptum in editis ipſius libris:

> Εὐπορȣμένȣ δε μετρίως ἐκ κυλίκων χρυσίον,
> Περσικαὶ ςολαὶ δ' ἐκεῖναι πορφυραῖ, τορεύματα,
> Ἔνδον ἔς'. ἄνδρες ποτηρίδια, τορεύματα,
> Κᾳκτυπωμάτων πρόσωπα, τραγέλαφοι, λαβρωνία.

Ingenioſe, & partim vere, locum hunc emendavit *Bentleius*; ſunt tamen quae & aliter tentari poſſunt: quid ſi reſcripſerim?

> Εὐπορȣ̃μεν ȣ̓δὲ μετρίως, ἐκκυκλῶ τὸ χρυσίον,
> Περσικαὶ ςολαὶ δ' ἐκεῖναι πορφυραῖ, τορεύματα,
> Ἔνδον ἔς', ἄνδρες, ποτηριδιά τε κᾳργυρώματα
> Κᾳκτυπωμάτων πρόσωπα, τραγέλαφοι, λαβρώνια.

Puto verba eſſe piſcatoris (quod ſuadet ſabulae titulus Ἁλιεῖς,) naufragia ad littus eiecta cum ſociis ſuis colligentis, quos monet aurum ſe iam extrahere, reliqua vero quae commemorat, intus iam repoſuiſſe.

Pag. 12. v. 23, ex *Suida* affertur:

> ἀνατετῶ
> Τȣτὶ προσελθὼν, καὶ ȣ̓κ ἀνέξομ' ȣ̓κέτι.

Legitur in editionibus Lexicographi: Ἄλλοις ἀνατε-

τῶ

τῷ τȣτὶ κ. τ. λ. Sed *Kuſterus* coniecit in Ἄλλοις deliteſcere nomen fabulae, & corrigendum Ἁλιεῖ vel Ἁλιεῦσι, obnitente tamen *Bentleio.* Mihi potior viſa eſt *Kuſteri* ſententia; agnoſco enim in his verbis non ſenarios, ſed Trochaicum.

Ἀνακετῷ τȣτὶ προσελθὼν, κȣ̓κ ἀνέξομ' ȣ̓κέτι.

niſi προελθὼν malis: hoc autem poſito nullus erit locus τῷ Ἄλλοις, quod finem Trochaici conſtituere nequit. Tum etiam, quia *Suidas* poſtea addit: καὶ ἐν Συνερώσῃ, καὶ Ἑταίραις: mirum eſſet, ſi hoc fragmentum non addito Comoediae titulo adduxiſſet.

Pag. 24. v. 21 legitur fragmentum, quod ita vulgo habet apud *Athenaeum:*

Βάλλ' ἐς κόρον· ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα,
Πᾶσι νῦν πῖθι γὰρ κακῶς.

Sed ex editione Aldina vocem, quae a ſequentibus abeſt, revocavit *Bentleius*; ibi enim eſt: πᾶσι νῦν πῖθι μένει γὰρ κακῶς: unde emendat,

A. Βάλλ' ἐς κόρον· ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα,
Ἐλλέβορον; ΣΩΣ. οὔ. A. Νῦν πῖθι, μαίνῃ γὰρ κακῶς.

veriſſime quod ultima attinet: nec minus vere de helleboro cogitaſſe puto virum ſummum, ſed violentior paulo eſt mutatio quam inducit: ego vocis Ἐλλέβορον veſtigia inveniſſe mihi viſus ſum in Βάλλ' ἐς κόρον, ac praeterea obſervo nomen ſervile eſſe non Σωσίλας ſed Σωσίας, ut in fragmento *Philemonis* p. 352, & alibi; ultima igitur vocis Σωσίλα litera ad ſequen-

quentem olim pertinuerat, ut eſſet ἀπᾶσι; ac totum locum ita conſtituendum coniicio:

A. Ἐλλέβορον ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσία;
Σ. Ἅπαξ· σὺ νυνὶ πῖθι, μαίνῃ γὰρ κακῶς.

Servuli duo aſtuti ſcurriles invicem ſermones miſcent; alter ille Soſiam interrogat: *Unquamne bibiſti helleborum?* inſaniam nempe ipſi exprobraturus: hic non minus verſutus reſpondet, ſe iam ſemel bibiſſe, nunc vero non ſibi, ſed ipſi, qui male ſanus ſit, bibendum eſſe.

Pag. 26. v. 17.

Ἔχων τὴν ἀσπίδα
Ἔκειτο συντετριμμένην.

Puto unum olim ſenarium fuiſſe,

Τὴν ἀσπίδ' ἔχων ἔκειτο συντετριμμένην.

Pag. 32. v. 8.

Εὐκαταφρόνητόν ἐστι, Γοργία, πένης,
Κἂν πάνυ λέγῃ δίκαια· τούτου γὰρ λέγειν
Ἕνεκα μόνου νομίζεθ' οὗτος τοῦ λαβεῖν.

In verſu ſecundo legendum puto τοῦτο γὰρ, ita iubente linguae indole, ſed fraudem feciſſe videtur, quod ſequatur non τοῦτο δὲ, verum ipſius loco καί.

Pag. 34. v. 17.

Ἐμβεβρόντησαι γελοῖον, ὃς κόρης ἐλευθέρας
Εἰς ἔρωθ' ἥκων σιωπᾷς, καὶ μάτην ποιούμενος
Περιορᾷς γάμους σεαυτῷ.

Tro-

Trochaicos hos ex Scholiaſte *Hermogenis* in ordinem digeſſit *Grotius*; & quanquam ad manum non eſt *Hermogenes*, video tamen mendoſam eſſe ultimam medii verſus vocem: corrigendum enim,

καὶ μάτην πονούμενος
Περιορᾷς γάμους σεαυτῷ.

Pag. 42. v. 12.

ἔπειτα σακκίον ἔλαβον, εἰς θ' ὁδὸν
Ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρου, καὶ τὴν θεὸν
Ἐξιλάσαντο τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα.

Leves nonnullas mendas in his verſiculis agnoſco, quas ita tollere conatus ſum:

ἔπειτα σάκκον ἔλαβον, εἰς θ' ὁδὸν
Ἐκάθισαν αὖθις ἐπὶ κόπρου, καὶ τὴν θεὸν
Ἐξιλάσαντο τῷ τεταπεινῶσθαι σφόδρα.

Pag. 48. v. 1.

Τὸν ὄντα πάντων κύριον γεννικώτατον,
Καὶ πατέρα, τοῦτον διατέλει τιμῶν μόνον,
Ἀγαθῶν τοσούτων εὑρετὴν καὶ κτίστορα·

Ita haec conſtituit *Grotius*, cum apud *Clementem* Alexandrinum legatur: ᾧ πειθόμενος ὁ Κωμικὸς Δίφιλος γνωμικώτατα τὸν ὄντα πάντων (φησὶ) πατέρα, τοῦτον διὰ τέλους τίμα μόνον,

Ἀγαθῶν τοσούτων εὑρετὴν καὶ κτίστορα.

nec aliter *Euſebius*, qui *Clementem* exſcripſit, niſi quod librariorum vitio apud eum legatur γεννικώτατον, quod male arripuit *Grotius*; eſt enim γνωμικώτατα, *inſigni ſententia*, quod ſenſum fundit optimum. *Clemens* itaque *Diphilo* adſcribit hos verſus, ſed *Juſtinus* Martyr *Menandro* ἐν Διφίλῳ, quaſi Δίφιλος eſſet nomen fabulae a *Menandro* ſcriptae, quod ego vix, ac ne vix quidem, crediderim: ſed malim errare hic *Juſtinum*, qui & alibi fragmenta citat, aliis auctoribus laudatis ac *Clemens*. Verſus igitur ſunto *Diphili*, vera autem eorum ſcriptura ex *Juſtino* petenda eſt, ubi ita leguntur:

Διότι τὸν ὄντα κύριον πάντων ἀεὶ
Καὶ πατέρα, τῦτον διὰ τέλȣς τιμᾷν μόνον,
Ἀγαθῶν τοσȣ́των εὑρετὴν καὶ κτίςορα.

niſi medio verſu τίμα malit quis pro τιμᾷν, quod tamen locum facile tuebitur: ſaepe enim infinitivus imperativi vicem praeſtat.

Pag. 60. v. 1.

Τὸ σὸν ταπεινὸν ἂν συ σεμνύνῃ, καλὸν
Ἔξω φανεῖται, φίλ᾽ ἄνερ, ἂν δ᾽ αὐτὸς ποιῇς
Ταπεινὸν, αὐτὸ καὶ τίθῃς ἐν μηδενὶ,
Οἰκεῖος ȣ̃τος καταγέλως νομίζεται.

medii verſiculi ita procul dubio corrigendi ſunt:

ἂν δ᾽ αὐτὸν ποιῇς
Ταπεινὸν αὐτὸς, καὶ τίθῃς ἐν μηδενί.

Pag. 64. v. 1.

Ἢ δεῖ ζῆν μόνον,
Ἢ πατέρα παίδων ἀποθανεῖν γεννωμένων·
Οὕτω τὸ μετὰ ταῦτ' ἐςὶ τῦ βίυ πικρόν.

Senſum horum verſuum optime oſtendit *Bentleius*; ſed cum apud *Stobaeum* legatur: ἢ μόνον δεῖ ζῆν, ἢ παίδων γεννωμένων πατέρα ἀποθανεῖν, ἕτω τὸ μέτα κ. τ. λ. (unde ſenarios illos elicuit *Salmaſius*,) malim fere legere:

Ἢ μόνον δεῖ ζῆν σε γ', ἢ παίδων πατέρα γεννωμένων
Ἀποθανεῖν, ἕτω τὸ μετὰ ταῦτ' ἐςὶ τῦ βίυ πικρόν.

ubi iam Trochaicos binos agnoſcis.
Ibid. v. 5.

Ἀλεκτρύων τις ἐκεκράγε μέγα,
Οὐ σοβήσετ' ἔξω, Φησὶ, τὰς ὀρνίθας
Ἀφ' ἡμῶν.

Confuſa haec apud *Athenaeum*, quae ita emendo & in ſenarios digero:

Ἀλεκτρύων δέ τις
Ἔκραζε μέγ', ἐ σοβήσετ' ἔξω, Φησὶ, τὰς
Ὀρνίθας ἀφ' ἡμῶν.

niſi κέκραγε maluerit quis, quod propius ad ſcripturam τῦ ἐκεκράγει accedit.
Pag. 68. v. 7.

Ἐλευθέρῳ γὰρ τὸ κατεγελᾶσθαι πολὺ
Αἴσχιον ἐςι· τὸ δ' ὀδυνᾶσθ' ἀνθρώπινον.

 Par-

Particulam γὰρ priori verſui addidit *Grotius*: ſed recte notat *Bentleius*, ne ſic quidem numeros ipſi conſtare; corrigit igitur,

Ἐλευθέρῳ τὸ καταγελᾶσθαι παμπολύ.

quod etſi non damnem, puto tamen in editione *Grotii* γὰρ alieno loco inſertum, cum ex mente viri ſummi ante πολὺ legi deberet, ac praeterea emendo;

Ἐλευθέρῳ τὸ καταγελᾶσθαι γὰρ πολὺ
Αἴσχιστόν ἐστι· τὸ δ' ὀδυνᾶσθ' ἀνθρώπινον.

comparativo enim nullum hic locum eſſe, quisque facile animadvertit.

Pag. 98. v. 2.

Ἐπιθυμήσας τῷ Βορέᾳ ἴδιον
Ὀψάριον, οὐδὲν λαβὼν ἑψήσω φακῆν.

Apud *Athenaeum*, unde haec hauſta ſunt, legitur ἴδιον pro ἥδιον quod a *Caſaubono* eſt: item οὐδὲ ἓν ἔλαβον, ἑψήσων φακῆν. Priora ita corrigebat *Caſaubonus*: ἐπεὶ δὲ θύσας τῷ Βορέᾳ, improbante Bentleio, qui notat θῦσαι, *hoſtia ſacrificare*, non eſſe pauperculi piscatoris: ſed meminiſſe debuerat vir magnus, θῦσαι ex mente *Caſauboni* nihil aliud hic notare ac θυμιᾶσαι, & ita apud plures auctores occurrere. Vide *Heſych.* v. Θῦσαι, & quos ibi teſtes excitat Cl. *Albertius*. Nondum igitur diſplicet *Caſauboni* coniectura: ſed in ἴδιον aliud quid latere puto; forte ortum eſt ex νὴ Δία, quando legi poſſet:

Ἐπεὶ δὲ θύσας τῷ Βορέᾳ γ', νὴ Δία,
Ὀψάριον οὐδὲν ἔλαβον, ἑψήσω φακῆν.

vel

vel in ἴδιον deliteſcit nomen illius, ad quem piſcator hic verba faciebat; quod ſi eſt, correxerim:

'Επεὶ δὲ θύσας τῷ Βορῇ,
Ὦ Δίων, ὀψάριον ȣ̓δὲν ἔλαβον, ἐψήσω Φακῆν.

ut verſus ſit Trochaicus, cum parte praecedentis: poteſt autem & Βορέᾳ retineri, dummodo poſteriores ſyllabae per ſynizeſin efferantur.

Pag. 102. v. 12.

Α. ἡδὺ τὸ
Μύρον παιδίον. Β. ἡδύ. πῶς γὰρ ȣ̓; νάρδινον.

Haec verba ita digero & emendo:

Α. Ὡς ἡδὺ τὸ μύρον, παιδίον; Β. ἡδύ· πῶς γὰρ ȣ̓;
Νάρδινον.

Pag. 106. v. 2.

Σπονδή. δίδȣ σὺ σπλάγχν' ἀκολȣθῶν. ποῖ βλέπεις;
Σπονδή. Φέρω πλείω † ωσια σπονδή. καλῶς
Εὔχȣ θεοῖς Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα,
Ὀλυμπίαισι, πᾶσι, πάσαις, λάμβανε
Τὴν γλῶτταν ἐν τȣ́τῳ διδόναι σωτηρίαν,
Ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλὰ, τῶν ὄντων τε νῦν
Ἀγαθῶν ὄνησιν πᾶσι ταῦτ' εὐχώμεθα.

Ita haec leguntur apud *Athenaeum*, quae in perſonas diſtribuit & emendavit *Grotius*, partim recte, partim ſecus; ego, ne longiori disquiſitione tempus teram, ita conſtituo:

CAPUT XXVIII.

Menandri reliquiae aliquoties illuſtratae, metro reſtitutae, & correctae. Τὸν *pro* τί *emendatum.* Σωσίας *nomen ſervi Comici. An Menander fabulam ſcripſerit nomine* Δίφιλον? *Alia quaedam. Soſiae nomen iterum reſtitutum. Menandri parodia ex Euripide.* Καλέμενος *corruptum ex nomine proprio.*

M*Enandri* fragmentis hoc Caput dicabitur, in quibus nonnulla a viris doctis vel neglecta hactenus, vel non ſatis expedita, adiuvare & illuſtrare conabor, ordinem ſequutus quo a *Clerico* edita ſunt.

Ipſo in limine moratur me primus omnium verſiculus, ita vulgo conceptus:

Τὶ πολλὰ τηρεῖν πολλὰ δεῖ δεδοικότα;

quae interrogative ſcripta ſenſum fundunt menti Poetae plane contrarium; docebunt enim, non opus eſſe ut a multis caveat is, qui multa metuit: quod abſurdum. Scripſerat *Menander* proculdubio

Τὸν πολλὰ τηρεῖν πολλὰ δεῖ δεδοικότα.

quod ſenario Latino ſic exprimo:

Caveat neceſſe eſt multa, multa qui timet.

Articulus τὸν pertinet ad δεδοικότα, eumque linguae in-

indoles manifeſte requirit: librariis vero fraudi fuit ordo verborum minus uſitatus, metri gratia hic adhibitus, ſicut & in illo *Philemonis* p. 356. v. 187.

Τὰς αὐτὸς αὐτοῦ βούλεθ' ὑγιαίνειν φίλους.

In fragmento 3, v. 9, pro

— καὶ συνέπραττον ἀλλήλοις πικρῶς,

omnino legendum puto,

— καὶ συνεπράττομεν ἀλλήλοις ἡμῶν.

quod flagitat praecedens, ἕκαστος ἡμῶν.

Pag. 10, v. 8, &c. legitur:

Ἴδιον ἐπιθυμοῦντι μόνος μοι θάνατος οὗτος φαίνεται
Εὐθάνατος, ἔχοντα πολλὴν τὴν χολάδα κεῖσθαι παχὺν,
Καὶ μόλις λαλοῦντα, κ. τ. λ.

ſed apud *Athenaeum*, ubi exſtat hoc fragmentum, ἐπιθυμῶν habetur, unde correxerim,

Ἴδιον ἐπιθυμῶν μόνον μοι θάνατον οὗτος φαίνεται
Εὐθάνατον, ἔχοντα πολλὴν τὴν χολάδα κεῖσθαι παχύν.

ut ſint verba, quod ex *Athenaeo* apparet, Heracleotae cuiusdem, de Dionyſio Heracleae tyranno; quem nihil optare videri ait, niſi facilem & iucundam mortem: Ceterum, quod mox ſequitur,

καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντα πᾶν ἄνω,

So-

Soſicrates apud *Poll.* L. IX. ſ. 57, ait:

Ὅταν γὰρ, οἶμαι, λευκὸς ἄνθρωπος, παχὺς,
Ἀργὸς, λάβῃ δίκελλαν, εἰωθὼς τρυφᾷν,
Πενταςάτηρον, γίνεται τὸ πνεῦμ' ἄνω.

Sequitur eadem pagina fragmentum ex *Athenaeo*, ita conceptum in editis ipſius libris:

Εὐπορȣμένȣ δε μετρίως ἐκ κυλίκων χρυσίον,
Περσικαὶ ςολαὶ δ' ἐκεῖναι πορφυραῖ, τορεύματα,
Ἔνδον ἐς'. ἄνδρες ποτηρίδια, τορεύματα,
Κᾀκτυπωμάτων πρόσωπα, τραγέλαφοι, λαβρωνία.

Ingenioſe, & partim vere, locum hunc emendavit *Bentleius*; ſunt tamen quae & aliter tentari poſſunt: quid ſi reſcripſerim?

Εὐπορȣ͂μεν ȣ̓δὲ μετρίως, ἐκκυκλῶ τὸ χρυσίον,
Περσικαὶ ςολαὶ δ' ἐκεῖναι πορφυραῖ, τορεύματα,
Ἔνδον ἐς', ἄνδρες, ποτηριδιά τε κᾀργυρώματα
Κᾀκτυπωμάτων πρόσωπα, τραγέλαφοι, λαβρώνια.

Puto verba eſſe piſcatoris (quod ſuadet fabulae titulus Ἁλιεῖς,) naufragia ad littus eiecta cum ſociis ſuis colligentis, quos monet aurum ſe iam extrahere, reliqua vero quae commemorat, intus iam repoſuiſſe.

Pag. 12. v. 23, ex *Suida* affertur:

ἀναπετῶ
Τȣτὶ προσελθὼν, καὶ ȣ̓κ ἀνέξομ' ȣ̓κέτι.

Legitur in editionibus Lexicographi: Ἄλλοις ἀναπε-

τῶ

τῶ τυτὶ κ. τ. λ. Sed *Kuſterus* coniecit in Ἄλλοις deliteſcere nomen fabulae, & corrigendum Ἁλιεῖ vel Ἁλιεῦσι, obnitente tamen *Bentleio*. Mihi potior viſa eſt *Kuſteri* ſententia; agnoſco enim in his verbis non ſenarios, ſed Trochaicum.

Ἀνακετῶ τυτὶ προσελθὼν, κὐκ ἀνέξομ᾽ ὐκέτι.

niſi προελθὼν malis: hoc autem poſito nullus erit locus τῷ Ἄλλοις, quod finem Trochaici conſtituere nequit. Tum etiam, quia *Suidas* poſtea addit: καὶ ἐν Συνερώσῃ, καὶ Ἑταίραις: mirum eſſet, ſi hoc fragmentum non addito Comoediae titulo adduxiſſet.

Pag. 24. v. 21 legitur fragmentum, quod ita vulgo habet apud *Athenaeum*:

Βάλλ᾽ ἐς κόρον· ἤδη πώποτ᾽ ἔπιες, Σωσίλα,
Πᾶσι νῦν πῖθι γὰρ κακῶς.

Sed ex editione Aldina vocem, quae a ſequentibus abeſt, revocavit *Bentleius*; ibi enim eſt: πᾶσι νῦν πῖθι μένει γὰρ κακῶς: unde emendat,

A. Βάλλ᾽ ἐς κόρον· ἤδη πώποτ᾽ ἔπιες, Σωσίλα,
Ἐλλέβορον; ΣΩΣ. Οὔ. A. Νῦν πῖθι, μαίνῃ γὰρ κακῶς.

veriſſime quod ultima attinet: nec minus vere de helleboro cogitaſſe puto virum ſummum, ſed violentior paulo eſt mutatio quam inducit: ego vocis Ἐλλέβορον veſtigia inveniſſe mihi viſus ſum in Βάλλ᾽ ἐς κόρον, ac praeterea obſervo nomen ſervile eſſe non Σωσίλας ſed Σωσίας, ut in fragmento *Philemonis* p. 352, & alibi; ultima igitur vocis Σωσίλα litera ad ſe-

quentem olim pertinuerat; ut eſſet ἁπᾶσι; ac totum locum ita conſtituendum coniicio:

> Α. Ἑλλέβορον ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσία;
> Σ. Ἅπαξ· σὺ νυνὶ πῖθι, μαίνῃ γὰρ κακῶς.

Servuli duo aſtuti ſcurriles invicem ſermones miſcent; alter ille Soſiam interrogat: *Unquamne bibiſti helleborum?* inſaniam nempe ipſi exprobraturus: hic non minus verſutus reſpondet, ſe iam ſemel bibiſſe, nunc vero non ſibi, ſed ipſi, qui male ſanus ſit, bibendum eſſe.

Pag. 26. v. 17.

> Ἔχων τὴν ἀσπίδα
> Ἔκειτο συντετριμμένην.

Puto unum olim ſenarium fuiſſe,

> Τὴν ἀσπίδ' ἔχων ἔκειτο συντετριμμένην.

Pag. 32. v. 8.

> Εὐκαταφρόνητόν ἐςι, Γοργία, πένης,
> Κἂν πάνυ λέγῃ δίκαια· τέτε γὰρ λέγειν
> Ἕνεκα μόνε νομίζεθ' ἕτος τε λαβεῖν.

In verſu ſecundo legendum puto τοῦτο γὰρ, ita iubente linguae indole, ſed fraudem feciſſe videtur, quod ſequatur non τοῦτο δὲ, verum ipſius loco καί.

Pag. 34. v. 17.

> Ἐμβεβρόντησαι γελοῖον, ὃς κόρης ἐλευθέρας
> Εἰς ἔρωθ' ἥκων σιωπᾷς, καὶ μάτην ποιεμένες.
> Περιορᾷς γάμες σεαυτῷ.

Tro-

Trochaicos hos ex Scholiaſte *Hermogenis* in ordinem digeſſit *Grotius*; & quanquam ad manum non eſt *Hermogenes*, video tamen mendoſam eſſe ultimam medii verſus vocem: corrigendum enim,

καὶ μάτην πονέμενος
Περιορᾷς γάμες σεαυτῷ.

Pag. 42. v. 12.

ἔπειτα σακκίον ἔλαβον, εἰς θ' ὁδὸν
Ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρε, καὶ τὴν θεὸν
Ἐξιλάσαντο τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα.

Leves nonnullas mendas in his verſiculis agnoſco, quas ita tollere conatus ſum:

ἔπειτα σάκκον ἔλαβον, εἰς θ' ὁδὸν
Ἐκάθισαν αὖθις ἐπὶ κόπρε, καὶ τὴν θεὸν
Ἐξιλάσαντο τῷ τεταπεινῶσθαι σφόδρα.

Pag. 48. v. 1.

Τὸν ὄντα πάντων κύριον γενικώτατον,
Καὶ πατέρα, τῦτον διατέλει τιμᾷν μόνον,
Ἀγαθῶν τοσέτων εὑρετὴν καὶ κτίςορα·

Ita haec conſtitüit *Grotius*, cum apud *Clementem* Alexandrinum legatur: ᾧ πειθόμενος ὁ Κωμικὸς Δίφιλος γνωμικώτατα τὸν ὄντα πάντων (φησὶ) πατέρα, τῦτον δία τελῦς τίμα μόνον,

Ἀγαθῶν τοσύτων εὑρετὴν καὶ κτίςορα.

nec aliter *Euſebius*, qui *Clementem* exſcripſit, niſi quod librariorum vitio apud eum legatur γενικώτατον, quod male arripuit *Grotius*; eſt enim γνωμικώτατα, *inſigni ſententia*, quod ſenſum fundit optimum. *Clemens* itaque *Diphilo* adſcribit hos verſus, ſed *Juſtinus* Martyr *Menandro* ἐν Διφίλῳ, quaſi Δίφιλος eſſet nomen fabulae a *Menandro* ſcriptae, quod ego vix, ac ne vix quidem, crediderim: ſed malim errare hic *Juſtinum*, qui & alibi fragmenta citat, aliis auctoribus laudatis ac *Clemens*. Verſus igitur ſunto *Diphili*, vera autem eorum ſcriptura ex *Juſtino* petenda eſt, ubi ita leguntur:

> *Διότι τὸν ὄντα κύριον πάντων ἀεὶ*
> *Καὶ πατέρα, τοῦτον διὰ τέλους τιμᾶν μόνον,*
> *Ἀγαθῶν τοσούτων εὑρετὴν καὶ κτίστορα.*

niſi medio verſu *τίμα* malit quis pro *τιμᾶν*, quod tamen locum facile tuebitur: ſaepe enim infinitivus imperativi vicem praeſtat.

Pag. 60. v. 1.

> *Τὸ σὸν ταπεινὸν ἂν σὺ σεμνύνῃς, καλὸν*
> *Ἔξω φανεῖται, φίλ' ἄνερ, ἂν δ' αὐτὸς ποιῇς*
> *Ταπεινὸν, αὐτὸ καὶ τίθῃς ἐν μηδενὶ,*
> *Οἰκεῖος οὗτος καταγέλως νομίζεται.*

medii verſiculi ita procul dubio corrigendi ſunt:

> *ἂν δ' αὐτὸν ποιῇς*
> *Ταπεινὸν αὐτὸς, καὶ τίθῃς ἐν μηδενί.*

Pag. 64. v. 1.

Ἡ

Ἢ δεῖ ζῆν μόνον,
Ἢ πατέρα παίδων ἀποθανεῖν γεννωμένων·
Οὕτω τὸ μετὰ ταῦτ' ἐςὶ τῦ βίυ πικρόν.

Senſum horum verſuum optime oſtendit *Bentleius*; ſed cum apud *Stobaeum* legatur: ἢ μόνον δεῖ ζῆν, ἢ παίδων γεννωμένων πατέρα ἀποθανεῖν, ὕτω τὸ μέτα κ. τ. λ. (unde ſenarios illos elicuit *Salmaſius*,) malim fere legere:

Ἢ μόνον δεῖ ζῆν σε γ', ἢ παίδων πατέρα γεννωμένων
Ἀποθανεῖν, ὕτω τὸ μετὰ ταῦτ' ἐςὶ τῦ βίυ πικρόν.

ubi iam Trochaicos binos agnoſcis.

Ibid. v. 5.

Ἀλεκτρύων τις ἐκεκράγει μέγα,
Οὐ σοβήσετ' ἔξω, Φησὶ, τὰς ὀρνίθας
Ἀφ' ἡμῶν.

Confuſa haec apud *Athenaeum*, quae ita emendo & in ſenarios digero:

Ἀλεκτρύων δέ τις
Ἔκραζε μέγ', ὐ σοβήσετ' ἔξω, Φησὶ, τὰς
Ὀρνίθας ἀφ' ἡμῶν.

niſi κέκραγε maluerit quis, quod propius ad ſcripturam τῦ ἐκεκράγει accedit.

Pag. 68. v. 7.

Ἐλευθέρῳ γὰρ τὸ καταγελᾶσθαι πολὺ
Αἴσχιόν ἐςι· τὸ δ' ὀδυνᾶσθ' ἀνθρώπινον.

Par-

Soſicrates apud *Poll.* L. IX. ſ. 57, ait:

Ὅταν γὰρ, οἶμαι, λευκὸς ἄνθρωπος, παχὺς,
Ἀργὸς, λάβῃ δίκελλαν, εἰωθὼς τρυφᾷν,
Πενταςάτηρον, γίνεται τὸ πνεῦμ' ἄνω.

Sequitur eadem pagina fragmentum ex *Athenaeo*, ita conceptum in editis ipſius libris:

Εὐπορȣμένȣ δε μετρίως ἐκ κυλίκων χρυσίον,
Περσικαὶ ςολαὶ δ' ἐκεῖναι πορφυραῖ, τορεύματα,
Ἔνδον ἔς'. ἄνδρες ποτηρίδια, τορεύματα,
Κἀκτυπωμάτων πρόσωπα, τραγέλαφοι, λαβρωνία.

Ingenioſe, & partim vere, locum hunc emendavit *Bentleius*; ſunt tamen quae & aliter tentari poſſunt: quid ſi reſcripſerim?

Εὐπορȣ̃μεν ȣ̓δὲ μετρίως, ἐκκυκλῶ τὸ χρυσίον,
Περσικαὶ ςολαὶ δ' ἐκεῖναι πορφυραῖ, τορεύματα,
Ἔνδον ἔς', ἄνδρες, ποτηρίδιά τε κἀργυρώματα
Κἀκτυπωμάτων πρόσωπα, τραγέλαφοι, λαβρώνια.

Puto verba eſſe piſcatoris (quod ſuadet fabulae titulus Ἁλιεῖς,) naufragia ad littus eiecta cum ſociis ſuis colligentis, quos monet aurum ſe iam extrahere, reliqua vero quae commemorat, intus iam repoſuiſſe.

Pag. 12. v. 23, ex *Suida* affertur:

ἀνακετῶ
Τȣτὶ προσελθὼν, καὶ ȣ̓κ ἀνέξομ' ȣ̓κέτι.

Legitur in editionibus Lexicographi: Ἄλλοις ἀνακετῶ

τῶ τυτὶ κ. τ. λ. Sed *Kuſterus* coniecit in Ἄλλοις delitefcere nomen fabulae, & corrigendum Ἀλιεῖ vel Ἀλιεῦσι, obnitente tamen *Bentleio*. Mihi potior viſa eſt *Kuſteri* ſententia; agnoſco enim in his verbis non ſenarios, ſed Trochaicum.

Ἀνακετῶ τυτὶ προσελθὼν, κοὐκ ἀνέξομ' οὐκέτι.

niſi προελθὼν malis: hoc autem poſito nullus erit locus τῷ Ἄλλοις, quod finem Trochaici conſtituere nequit. Tum etiam, quia *Suidas* poſtea addit: καὶ ἐν Συνερώσῃ, καὶ Ἑταίραις: mirum eſſet, ſi hoc fragmentum non addito Comoediae titulo adduxiſſet.

Pag. 24. v. 21 legitur fragmentum, quod ita vulgo habet apud *Athenaeum*:

Βάλλ' ἐς κόρον· ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα,
Πᾶσι νῦν πῖθι γὰρ κακῶς.

Sed ex editione Aldina vocem, quae a ſequentibus abeſt, revocavit *Bentleius*; ibi enim eſt: πᾶσι νῦν πῖθι μένει γὰρ κακῶς: unde emendat,

A. Βάλλ' ἐς κόρον· ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα,
Ἑλλέβορον; ΣΩΣ. οὔ. A. Νῦν πῖθι, μαίνῃ γὰρ κακῶς.

veriſſime quod ultima attinet: nec minus vere de helleboro cogitaſſe puto virum ſummum, ſed violentior paulo eſt mutatio quam inducit: ego vocis Ἐλλέβορον veſtigia inveniſſe mihi viſus ſum in Βάλλ' ἐς κόρον, ac praeterea obſervo nomen ſervile eſſe non Σωσίλας ſed Σωσίας, ut in fragmento *Philemonis* p. 352, & alibi; ultima igitur vocis Σωσίλα litera ad ſe-

quentem olim pertinueret, ut eſſet ἁπᾶσι; ac totum locum ita conſtituendum coniicio:

> A. Ἑλλέβορον ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσία;
> Σ. Ἅπαξ· σὺ νυνὶ πῖθι, μαίνῃ γὰρ κακῶς.

Servuli duo aſtuti ſcurriles invicem ſermones miſcent; alter ille Soſiam interrogat: *Unquamne bibiſti helleborum?* inſaniam nempe ipſi exprobraturus: hic non minus verſutus reſpondet, ſe iam ſemel bibiſſe, nunc vero non ſibi, ſed ipſi, qui male ſanus ſit, bibendum eſſe.

Pag. 26. v. 17.

> Ἔχων τὴν ἀσπίδα
> Ἔκειτο συντετριμμένην.

Puto unum olim ſenarium fuiſſe,

> Τὴν ἀσπίδ' ἔχων ἔκειτο συντετριμμένην.

Pag. 32. v. 8.

> Εὐκαταφρόνητόν ἐςι, Γοργία, πένης,
> Κἂν πάνυ λέγῃ δίκαια· τέτε γὰρ λέγειν
> Ἕνεκα μόνε νομίζεθ' ὗτος τῶ λαβεῖν.

In verſu ſecundo legendum puto τῦτο γὰρ, ita iubente linguae indole, ſed fraudem feciſſe videtur, quod ſequatur non τῦτο δὲ, verum ipſius loco καί.

Pag. 34. v. 17.

> Ἐμβεβρόντησαι γελοῖον, ὃς κόρης ἐλευθέρας
> Εἰς ἔρωθ' ἥκων σιωπᾷς, καὶ μάτην ποιυμένυς.
> Περιορᾷς γάμυς σεαυτῷ.

Tro-

Trochaicos hos ex Scholiaſte *Hermogenis* in ordinem digeſſit *Grotius*; & quanquam ad manum non eſt *Hermogenes*, video tamen mendoſam eſſe ultimam medii verſus vocem: corrigendum enim,

καὶ μάτην πονέμενος
Περιορᾷς γάμες σεαυτῷ.

Pag. 42. v. 12.

ἔπειτα σακκίον ἔλαβον, εἰς θ' ὁδὸν
Ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρυ, καὶ τὴν θεὸν
Ἐξιλάσαντο τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα.

Leves nonnullas mendas in his verſiculis agnoſco, quas ita tollere conatus ſum:

ἔπειτα σάκκον ἔλαβον, εἰς θ' ὁδὸν
Ἐκάθισαν αὖθις ἐπὶ κόπρε, καὶ τὴν θεὸν
Ἐξιλάσαντο τῷ τεταπεινῶσθαι σφόδρα.

Pag. 48. v. 1.

Τὸν ὄντα πάντων κύριον γενικώτατον,
Καὶ πατέρα, τῦτον διατέλει τιμᾷν μόνον,
Ἀγαθῶν τοσέτων εὑρετὴν καὶ κτίςορα·

Ita haec conſtituit *Grotius*, cum apud *Clementem* Alexandrinum legatur: ᾧ πειθόμενος ὁ Κωμικὸς Δίφιλος γνωμικώτατα τὸν ὄντα πάντων (φησὶ) πατέρα, τῦτον δία τελῦς τίμα μόνον,

Ἀγαθῶν τοσύτων εὑρετὴν καὶ κτίςορα.

nec aliter *Euſebius*, qui *Clementem* exſcripſit, niſi quod librariorum vitio apud eum legatur *γεννικώτατον*, quod male arripuit *Grotius*; eſt enim *γνωμικώτατα*, *inſigni ſententia*, quod ſenſum fundit optimum. *Clemens* itaque *Diphilo* adſcribit hos verſus, ſed *Juſtinus* Martyr *Menandro* ἐν Διφίλῳ, quaſi Δίφιλος eſſet nomen fabulae a *Menandro* ſcriptae, quod ego vix, ac ne vix quidem, crediderim: ſed malim errare hic *Juſtinum*, qui & alibi fragmenta citat, aliis auctoribus laudatis ac *Clemens*. Verſus igitur ſunto *Diphili*, vera autem eorum ſcriptura ex *Juſtino* petenda eſt, ubi ita leguntur:

Διότι τὸν ὄντα κύριον πάντων ἀεὶ
Καὶ πατέρα, τοῦτον διὰ τέλους τιμᾷν μόνον,
Ἀγαθῶν τοσούτων εὑρετὴν καὶ κτίστορα.

niſi medio verſu *τίμα* malit quis pro *τιμᾷν*, quod tamen locum facile tuebitur: ſaepe enim infinitivus imperativi vicem praeſtat.

Pag. 60. v. 1.

Τὸ σὸν ταπεινὸν ἂν σὺ σεμνύνῃς, καλὸν
Ἔξω φανεῖται, φίλ' ἄνερ, ἂν δ' αὐτὸς ποιῇς
Ταπεινὸν, αὐτὸ καὶ τίθῃς ἐν μηδενὶ,
Οἰκεῖος οὗτος καταγέλως νομίζεται.

medii verſiculi ita procul dubio corrigendi ſunt:

ἂν δ' αὐτὸν ποιῇς
Ταπεινὸν αὐτὸς, καὶ τίθῃς ἐν μηδενί.

Pag. 64. v. 1.

Ἡ

Ἢ δεῖ ζῆν μόνον,
Ἢ πατέρα παίδων ἀποθανεῖν γεννωμένων·
Οὕτω τὸ μετὰ ταῦτ' ἐςὶ τȣ̃ βίȣ πικρόν.

Senſum horum verſuum optime oſtendit *Bentleius*; ſed cum apud *Stobaeum* legatur: ἢ μόνον δεῖ ζῆν, ἢ παίδων γεννωμένων πατέρα ἀποθανεῖν, ὅτω τὸ μέτα κ. τ. λ. (unde ſenarios illos elicuit *Salmaſius*,) malim fere legere:

Ἢ μόνον δεῖ ζῆν σε γ', ἢ παίδων πατέρα γεννωμένων
Ἀποθανεῖν, ὅτω τὸ μετὰ ταῦτ' ἐςὶ τȣ̃ βίȣ πικρόν.

ubi iam Trochaicos binos agnoſcis.

Ibid. v. 5.

Ἀλεκτρύων τις ἐκεκράγε μέγα,
Οὐ σοβήσετ' ἔξω, φησὶ, τὰς ὀρνίθας
Ἀφ' ἡμῶν.

Confuſa haec apud *Athenaeum*, quae ita emendo & in ſenarios digero:

Ἀλεκτρύων δέ τις
Ἔκραζε μέγ', ȣ̓ σοβήσετ' ἔξω, φησὶ, τὰς
Ὀρνίθας ἀφ' ἡμῶν.

niſi κέκραγε maluerit quis, quod propius ad ſcripturam τȣ̃ ἐκεκράγει accedit.

Pag. 68. v. 7.

Ἐλευθέρῳ γὰρ τὸ καταγελᾶσθαι πολὺ
Αἴσχιον ἐςι· τὸ δ' ὀδυνᾶσθ' ἀνθρώπινον.

Par-

Particulam γὰρ priori verſui addidit *Grotius*: ſed recte notat *Bentleius*, ne ſic quidem numeros ipſi conſtare; corrigit igitur,

Ἐλευθέρῳ τὸ κατεγελᾶσθαι παμπολύ.

quod etſi non damnem, puto tamen in editione *Grotii* γὰρ alieno loco inſertum, cum ex mente viri ſummi ante πολὺ legi deberet, ac praeterea emendo;

Ἐλευθέρῳ τὸ κατεγελᾶσθαι γὰρ πολὺ
Αἴσχιστόν ἐςι· τὸ δ' ἀδυνατεῖν ἀνθρώπινον.

comparativo enim nullum hic locum eſſe, quisque facile animadvertit.

Pag. 98. v. 2.

Ἐπιθυμήσας τῷ Βορέᾳ ἴδιον
Ὀψάριον, ὐδὲν λαβὼν ἐψήσω Φακῆν.

Apud *Athenaeum*, unde haec hauſta ſunt, legitur ἴδιον pro ἤδιον quod a *Caſaubono* eſt: item ὐδὲ ἓν ἔκαβον, ἑψήσων Φακῆν. Priora ita corrigebat *Caſaubonus*: ἐπεὶ δὲ θύσας τῷ Βορέᾳ, improbante Bentleio, qui notat θῦσαι, *hoſtia ſacrificare*, non eſſe pauperculi piscatoris: ſed meminiſſe debuerat vir magnus, θῦσαι ex mente *Caſauboni* nihil aliud hic notare ac θυμιᾶσαι, & ita apud plures auctores occurrere. Vide *Heſych*. v. Θῦσαι, & quos ibi teſtes excitat Cl. *Albertius*. Nondum igitur displicet *Caſauboni* coniectura; ſed in ἴδιον aliud quid latere puto; forte ortum eſt ex νὴ Δία, quando legi poſſet:

Ἐπεὶ δὲ θύσας τῷ Βορέᾳ γὰ, νὴ Δία,
Ὀψάριον ὐδὲν ἔλαβον, ἑψήσω Φακῆν.

vel

vel in ἴδιον deliteſcit nomen illius, ad quem piſcator hic verba faciebat; quod ſi eſt, correxerim:

Ἐπεὶ δὲ θύσας τῷ Βορῇ,
Ὦ Δίων, ὀψάριον ἐδὲν ἔλαβον, ἐψήσω φακῆν.

ut verſus ſit Trochaicus, cum parte praecedentis: poteſt autem & Βορέᾳ retineri, dummodo poſteriores ſyllabae per ſynizeſin efferantur.

Pag. 102. v. 12.

Α. ἡδὺ τὸ
Μύρον παιδίον. Β. ἡδύ. πῶς γὰρ ἔ; νάρδινον.

Haec verba ita digero & emendo:

Α. Ὡς ἡδὺ τὸ μύρον, παιδίον; Β. ἡδύ· πῶς γὰρ ἔ;
Νάρδινον.

Pag. 106. v. 2.

Σπονδή. δίδε σὺ σπλάγχν' ἀκολεθῶν. ποῖ βλέπεις;
Σπονδή. Φέρω πλείω † ωσια σπονδή. καλῶς
Εὔχε θεοῖς Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα,
Ὀλυμπίαισι, πᾶσι, πάσαις, λάμβανε
Τὴν γλῶτταν ἐν τέτῳ διδόναι σωτηρίαν,
Ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλὰ, τῶν ὄντων τε νῦν
Ἀγαθῶν ὄνησιν πᾶσι ταῦτ' εὐχώμεθα.

Ita haec leguntur apud *Athenaeum*, quae in perſonas diſtribuit & emendavit *Grotius*, partim recte, partim ſecus; ego, ne longiori disquiſitione tempus teram, ita conſtituo:

A. Σπονδή. δίδȣ σὺ σπλάγχν᾽ ἀκολȣθῶν. ποῖ βλέπεις;
Σπονδή. Φέρε πλείω Σωσία. σπονδή. καλῶς·
Εὔχȣ θεοῖς. Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα,
Ὀλυμπίαισι, πᾶσι, πάσαις, (B. Λάμβανε
Τὴν γλῶτταν.) A. ἐν τȣ́τῳ διδόναι σωτηρίαν,
Ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλὰ, τῶν ὄντων τε νῦν
Ἀγαθῶν ὄνησιν πᾶσι. ταῦτ᾽ εὐχώμεθα.

Omnia enim haec coquo tribuenda puto, niſi quod a miniſtro interea dum ille verba ſua continuat, interponantur iſta: λάμβανε τὴν γλῶτταν. In ſecundo verſu recte mihi videor reſtituiſſe Σωσία, quod eſt nomen miniſtri, quem alloquitur; nec enim probo, quod *Grotius* reponebat ὅσια. Monet itaque Soſiam, ut plus vini afferat; quo tertio libare poſſit. Ultimo autem verſu τὸ πᾶσι ad praecedentia retuli, ut ſit διδόναι πᾶσι; nec tamen vehementer obnitar, ſi quis cum *Grotio* aliter diſtinguere maluerit. Cum toto autem hoc loco conferri meretur alter huic ſimillimus apud *Ariſtoph.* in Pace.

Pag. 116. v. 15.

Εἰ μὴ καθήγιζέ τις ἅμα καὶ τὴν ἔγχελυν.

Quid in hoc verſu culpaverit *Bentleius*, (cum dicit haec nullo modo ſenarium efficere,) ignotum mihi fateor: reperio utique Spondeum, Jambum, Dactylum, Anapaeſtum, Spondeum, Jambum; nec video, quid ad integritatem Senarii Comici deſit.

Pag. 128. v. 4. & ſeqq. leguntur fragmenta bina ex *Athenaeo* deſumta, quorum priore adſcripto, addit, καὶ μετ᾽ ὀλίγα, tum alterum ſubdit: prius autem aliquot vocibus auctius legitur apud *Macrobium*,

qui-

quibus admiſſis utrumque fragmentum coniunxit *Bentleius*; dubito an ſatis recte, ſi enim nihil praeter dimidium illum verſum, qui apud *Macrobium* eſt, interceſſiſſet, eum adſcripturum fuiſſe potius *Athenaeum* iudico, quam ſubiecturum καὶ μετ' ὀλίγα. Ego priorem locum ita lego, *Caſaubonum* maxime & *Bentleium* ſequutus:

A. Ἥκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος
Θεόφιλος ἡμῖν, ὦ Στράτων, ὡς ἐς καλὸν
Τὸν υἱὸν εὐτυχοῦντα καὶ σεσωσμένον
Πρῶτος λέγω σοι, τόν τε χρυσοῦν κάνθαρον.
ΣΤ. Ποῖον; A. Τὸ πλοῖον. οὐδέ μ' οἶσθα γ' ἄθλιε;

Primum verſum parodiam eſſe initii Troadum *Euripidis* obſervaveram, ſed idem iam dudum notarat Vir Doctus in Act. Lipſ. A. 1711. p. 373. Verba autem ſunt (ni fallor,) alicuius e numero nautarum, qui Stratoni filii Theophili adventum nuntiat, ſimulque navis, quam τὸν χρυσοῦν κάνθαρον appellat: unde Strato, hominem non agnoſcens, rogat, qualem cantharum intelligat; reſpondet ille: *Navem: nonne noſti me, miſer?* hinc, puto, ſequebantur bini pluresve verſiculi, quibus Stratonem docebat, quis eſſet; ac dein ſequebatur alter locus, ab *Athenaeo* conſervatus, ſed a librariis peſſime habitus, quem ita reſtituerat *Grotius:*

A. Τὴν ναῦν σεσῶσθαί μοι λέγεις; B. Ἐγώ. A. Ἐμὴν
Τὴν ναῦν ἐκείνην, ἣν ἐποίησε Καλλικλῆς
Ὁ καλούμενος, Εὐφράνωρ δ' ἐκυβέρνα Θούριος.

in quibus male me habent illa praeprimis, ἣν ἐποίησε

Καλλικλῆς ὁ καλέμενος; nec multum promovet *Bentleius*, legendo, ἣν ἐποίησ' ὁ Καλλικλῆς καλέμενος; plane enim otioſa ſunt verba ὁ καλέμενος, niſi ageretur de cognomine ipſi ab aliis impoſito, quod de nomine Καλλικλῆς minime putandum; crediderim potius in καλέμενος, vel καλέμενον (ita enim editur apud *Athenaeum*,) latere nomen gentile Calliclis, quemadmodum Euphranor Thurius dicitur; vel etiam nomen patris ipſius: legerim itaque,

> ΣΤ. Τὴν ναῦν σεσῶσθαί μοι λέγεις; Α. Ἔγωγ'. ΣΤ. Ἐμὴν
> Τὴν ναῦν; Α. Ἐκείνην, ἣν ἐποίησε Καλλικλῆς
> Ὁ Καλύμνιος, Εὐφράνωρ δὲ κυβερνᾷ Θούριος.

Καλύμνιος eſt gentile a Κάλυμνα, quae eſt inſula maris Aegaei, memorata *Steph.* in v. *Straboni*, aliisque: haec autem ſi minus placuerit coniectura, posſis & alteram viam inſiſtendo refingere,

> Ἐκείνην, ἣν ἐποίησε Καλλικλῆς
> Ὁ Κλέωνος, Εὐφράνωρ δὲ κυβερνᾷ Θούριος.

ut nempe Cleo fuerit pater Callicli huic: illud utique certum habeo, tale aliquid pro καλέμενος deſiderari, ſed alii forte ipſam veritatem ex corruptae lectionis veſtigiis exſculpent.

C A-

CAPUT XXIX.

Menander aliquoties emendatus & illuſtratus. Κρωβύλη *nomen feminae.* Λαμπρίας *nomen virile.* Συνέφηβοι *fabula Menandri, non* Συνερίθοι. *Scholiaſtes Ariſtophanis emendatur. Locus Menandri in binos diſtinctus.* Homo *Comoedia Afranii. Menandri lectio vulgata defenditur.* Τάναγναῖα *priorem productam habere; Bentleius notatur.*

EX compluribus, quae in Menandreis animadvertenda reſtant, paucula ſaltem hoc Capite delibabo, reliqua alii tempori reſervaturus.

P. 150. legitur fragmentum longiuſculum ex fabula Plocio: id ut apud *Gellium* Noct. Att. L. 11, c. 23 legitur, adſcribam:

Ἐπ᾽ ἀμφοτέραν ἵν᾽ ἐπίκληρος ἡ μέλλειν καθευδήσειν
Κατεργάσασα μέγα, καὶ περιβόητον ἔργον
Ἐκ τῆς οἰκίας ἐξέβαλε τὴν λυπῦσαν, ἣν βύλετο.
Ἵν᾽ ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρεωβύλης πρόσωπον.
Ἡ γ᾽ εὔγνωςος εἶχέ με γυνὴ δέσποινα,
Καὶ τὴν ὄψιν ὧν ἐκτήσατο ὄνος ἐν πιθήκοις
Τὶ τὸ λεγόμενον ἐςι δὴ τῦτο σιωπᾷν βύλομαι.
Τὴν νύκτα τὴν πολλῶν κακῶν ἀρχηγὸν
Οἴμοι Κρεωβύλην λαβεῖν ἐμὲ. καὶ δέκα τάλαντα;
Γύναιον ὖσα πηχέως. εἶτ᾽ ἐςι τὸ φρύαγμα.
Εἴπως ἀνυπόςατον. Δια τὸν Ὀλύμπιον,
Καὶ Ἀθηνᾶν ὐδαμῶς παιδισκάριον, θεραπευτικὸν δὲ
Λόγυ, τάχιον. ἀπαγέσθω δέ τις ἢ ἄρ᾽ ἀντεισαγάγοι.

In

In quibus nec metri veſtigium apparet, & verba penitus corrupta ſunt; tentamina ſummorum virorum *Scaligeri*, *Grotii*, *Gronovii* memoraſſe longum ſit, & pleraque a *Clerico* in notis memorantur: ego illorum emendationibus adiutus, partim & ex propriis coniecturis, ita legendum duco:

Ἐπ' ἀμφότερα νῦν ἡ 'πίκληρος ἥτις
Μέλλει καθευδήσειν· κατειργάσατο μέγα
Καὶ περιβόητον ἔργον, ἐκ τῆς οἰκίας
Ἐξέβαλε τὴν λυποῦσαν, ἣν ἐβούλετο.
Ἵν' ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρωβύλης
Πρόσωπον, ἥγ' εὔγνωστός ἐσ' ἐμὴ γυνὴ
Δέσποινα, καὶ τὴν ὄψιν ὡς ἐκτήσατο,
Ὄνος ἐν πιθήκοισι τὸ λεγόμενόν ἐστι δή.
Τοῦτ' οὐ σιωπᾶν βούλομαι, τὴν νύκτα τὴν
Πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν· οἴμοι Κρωβύλην
Λαβεῖν ἐμ' ἑκκαιδεκατάλαντον, ὦ θεοί,
Γυναῖον οὖσαν πηχέως· εἶτ' ἐστὶ τὸ
Φρύαγμα πῶς ἂν ὑπόστατον; μὰ τὸν Δία
Τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, οὐδαμῶς.
Παιδισκάριον θεραπεύτικον νυνὶ λόγου
Τάχιον ἀπῆγ', ἴσως ἵνα γραῦν τιν' εἰσάγοι.

In utramque nunc dotata aurem
Dormitura eſt: peregit magnum
Et inſigne opus: ex domo [*ſcilicet*]
Eiecit quam volebat [*ancillam*] *ipſi moleſtam.*
Ut intueantur cuncti Crobylae
Faciem, quâ quidem facile noſcenda mea uxor
Domina; & vultus quem aſſumſit,
Eſt aſinus inter ſimias, ut dici ſolet.
Hoc tacere nolo, noctem [*nempe*]

Mul-

Multorum malorum principem: hei mihi Crobylen
Accepiſſe me ſedecim talentorum, proh Dii!
Cum ſit muliercula cubitalis. Dein hic
Faſtus qui ferendus? per Jovem
Olympium & Minervam, minime.
Ancillulam ſedulam nunc verbo
Ocyus abegit, forte ut anum aliquam introducat.

Quae quidem ex adſcripta verſione clariſſima puto; ſed nonnullorum quae mutavi, breviter ratio reddenda eſt. Verſ. 1 ſupplevi αἴτια, hoc enim malo quam poeticum ἔατα. Vſ. 2 miror omnes dediſſe hoc modo:

Μέλλει καθευδήσειν, κατεργάσασα μέγα.

cum enim penultima τῦ κατεργάσασα producatur, ſenarii pes ultimus tribrachys evadit, quod vetant leges metricae. Vſ. 5 ſcripſi Κρωβύλης; ut & vſ. 10. nec enim Κρεωβύλη ſed Κρωβύλη eſt nomen feminae proprium, ut apud *Lucian.* in Dial. Meretr. Vſ. 11 & ſeqq. emendavi quam minimum potui a veſtigiis veteris ſcripturae recedendo: facete ibi ridet ſenex puſillam uxoris ſuae ſtaturam, & tamen tantillam feminam praegravem ſibi, & ſedecim talentorum pondo dicit, alludens ſimul ad dotem quam ipſi attulerat. Reliqua facillima, in quorum ultimis *Scaligerum* maxime ſequutus ſum.

Sequens fragmentum p. 152, ab eodem *Gellio* ad nos transmiſſum, ita legendum & disponendum puto:

A. Ἔχω δ' ἐπίκληρον, Λαμπρία, (οὐκ εἴρηκά σοι
Τοῦτ', οὐχί;) ταύτης κυρίαν τῆς οἰκίας,

Καὶ

Καὶ τῶν ἀγρῶν, πάντωνθ' ἄγ' ἐκείνης εἴχομεν.
Πόλλωγ', Ἄπολλον, τῶν χαλεπῶν χαλεπώτατον.
Ἅπασι δ' ἀργαλέα 'στιν οὐκ ἐμοὶ μόνῳ
Τὸ πολὺ μᾶλλον, θυγατρί. Λ. Πρᾶγμ' ἄμαχον λέγεις.
Λ. Εὖ οἶδ' ὅτι.

Vſ. 1, pro Λαμία reſcripſi Λαμπρία: non quod ignorem Λαμίας eſſe nomen virile; ſed metri gratia, prima enim in Λαμίας corripitur, quo tertius ſenarii pes Trochaeus evaderet. Λαμπρίας autem eſt perſonae comicae nomen etiam in Adelphis *Menandri* noſtri. Vide p. 8. Verſum 4 ſupplevi addito Πόλλωγ', quod ob ſimilitudinem ſequentis Ἄπολλον deletum videtur: ultima quoque male in verſus digeſta, metro reſtitui.

Pag. 170. *Clericus Meurſium* ſequutus, nomen dramati Menandreo fecit Συνερίθοις, ſoli confiſus Scholiaſti *Ariſtophanis*, qui ad Comici Aves v. 1390 notat: Ἥρωες δὲ δύσοργοι καὶ χαλεποὶ τοῖς ἐμπελάζουσι γίνονται, καθάπερ Μένανδρος ἐν Συνερίθοις: ſequuntur dein verba corruptiſſima, quae an ex *Menandro* ſumta ſint incertum, ac de quorum emendatione conſuli poteſt *Bentleius:* illud certum eſt, apud Scholiaſten legendum eſſe, καθάπερ Μένανδρος ἐν Συνεφήβοις. Reſpicit enim locum, quem ex ea comoedia ſervavit nobis *Zenob.* Proverb. Cent. v. 60. quemque adducit *Cleric.* p. 172.

οἱ γὰρ ἥρωες κακῶν,
Ὡς φᾶσ', ἕτοιμοι μᾶλλον, ἢ εὐεργετεῖν.

utrobique autem legendum ἐν Συνεφήβοις, non ἐν Συνερίθοις, (quod tentare quis poſſet,) oſtendit locus

Ci-

Ciceronis de Finib. L. 1. c. 2, a *Clerico* in notis productus: *Synephebos potius Caecilii, aut Andriam Terentii, quam utramque Menandri, legam.* Vide ibi & alterum *Ciceronis* locum, & certus eris de noſtra emendatione: adeoque non Συνερίθȣς ſed Συνεφήβȣς ſcripſerat *Menander*.

P. 184. v. 25 &c. leguntur verſus compluſculi, quos adducit *Stobaeus* tanquam ex Hypobolimaeo: qui vero eos accurate legerit, a me monitus facile agnoſcet, continuari ibi perperam loca diverſa, & de rebus aliquatenus diverſis agentia: priores igitur verſus tantummodo ex Hypobolimaeo *Menandri* ſunt, quos ita legendos iudico:

Τȣ̃τον εὐτυχέςατον λέγω,
Ὅςις θεωρήσας ἀλύπως, Παρμένων,
Τὰ σεμνὰ ταῦτ', ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθεν ταχὺ,
Τὸν ἥλιον τὸν κοινὸν, ἄςρ', ὕδωρ, νέφη,
Πῦρ· ταῦτ' ἔτη σὺ κᾂν ἑκατὸν βιȣ̃ς ἀεὶ
Ὄψει παρόντα, κᾂν ἐνιαυτȣ̀ς σφόδρ' ὀλίγȣς·
Σεμνότερα τȣ́των ἕτερα δ' ȣ̓κ ὄψει ποτέ.

quorum verſuum quartum adſcripſi ex emendatione *Bentleii*, quintum ex propria, cum male apud *Stobaeum* legatur,

ταῦτα ἔτη κᾂν ἑκατὸν βιώσεται.

ultimo verſu ad fulciendum metrum poſt ἕτερα addidi δ', quod & ſenſum iuvat. *Bentleius* reſcripſerat,

Σεμνότερα τȣ́των ἄτερ' ȣ̓κ ὄψει ποτέ.

Scio

Scio equidem Atticos pro ἕτερος cum articulo, per tria genera dicere ἅτερος, ἡτέρα, θάτερον, ſed unde ἅτερα deduci poſſit non video: ita vero verte haec ultima,

illa ſive centum annos vivens, ſemper
Videbis praeſentia, ſive luſtra perpauca:
Praeſtantiora vero illis alia videbis nunquam.

Agunt autem (quod quisque videt,) verſus iam adſcripti de conſtanti & immutabili rerum naturalium facie, ſolis, aſtrorum, &c. quod pluribus exſequitur *Manilius* L. I, ubi inter alia de mundo ait:

Non alium videre patres, aliumve nepotes
Adſpicient. Deus eſt, qui non mutatur in aevo.

Epigr. LXVI. iam vulgatum erat in notis *Holſtenii* ad *Steph.* v. Δράκονον, & a *Berkelio* ad eundem v. Οἰνόη. Ita etiam Epigr. LXXI. iam ediderat *Wolfius* inter *Sapphus* reliquias, quod dein pluribus illuſtravit *Dorvillius* in Critica Vanno: verſiculum autem qui legitur n. LXXIV. habet *Holſten* ad v. Ἰσαυρία: idemque ad v. Φαίαξ vulgavit Epigramma a *Jenſio* n. LXXXI. editum.

Epigr. LXXXV.

Ῥιγηλὴ ναηταις ἐρίΦων δύσις, ἀλλὰ πύρωνι
Πολλῆς γαληνάιη χείματος ἐχθροτέρη:
Νῆα γὰρ ἀλιπλόη πεπεδημένην ἔΦθασε ναύταις
Ληϊςέων ταχινὴ δίκροτος ἐσσομένη.
Χεῖμα δέ μιν προΦυγόντα γαληναίῳ ὑπ᾽ ὀλέθρῳ
Ἔκτανεν᾽ ἆ λυγρῆς δειλὲ καχορμισίης.

Non uno loco corrupti ſunt hi verſiculi; in verſu primo Πύρωνι ſcribendum eſſe, cum ſit nomen proprium, bene obſervat *Jenſius:* forte tamen legendum potius Μύρωνι, nec enim alterum illud nomen alibi obſervaſſe memini. Vſ. 2. Πολλὰ legendum cum *Jenſio.* Medium vero diſtichon ita refingendum crediderim:

Νηὸρ

Νηὸς ἀπλοίῃ γὰρ πεπεδημένον ἔφθασε ναύτην
Αηϊςέων ταχινὴ δίκροτος ἑσσυμένη.

Ἀπλοΐα notat *navis ad velificandum ineptitudinem*, quae nautae huic inimica erat, eumque piratas remigio inſequentes effugere vetabat.

Epigr. LXXXVI. iam publicaverat *Spanhem.* de Praeſt. & Uſ. Num. Diſſ. IX. p. 764. (Ed. prior.) & ex eo *Fleetwood.* in Sylloge Inſcript. p. 338.

Epigr. LXXXVII. & LXXXIX. iam edidit *Bentleius* inter *Callimachi* λείψανα; quae vero habentur n. XCII. & XCIII, ea vide & apud *Diog. Laert.* L. I. ſ. 93. & 96.

Epigr. XCVIII. ita corrigendum videtur:

Αὐτά τοι τρέσσαντι παρὰ χρέος ὤπασεν ᾆδαν
Βαψαμένα κοίλων ἐντὸς Ἄρη λαγόνων
Μάτηρ, ἅ σ᾽ ἔτεκεν Δαμάτριε· Φᾶ δὲ σίδαρον
Παιδὸς ἐῦ Φύρδαν μεςὸν ἔχοισα Φόνου,
Ἀφριόεν κοναβηδὸν ἐπιπρίσσα γένειον,
Δερκομένα λόξαις οἷα Λάκαινα κόραις·
Λεῖπε τὸν Εὐρώταν ἴθι Τάρταρον, ἄνικα δειλὰν
Οἶσθα Φυγάν τελέθεις οὔτ᾽ ἐμὸς οὔτε Λάκων.

& ita fere vulgaverat *Kuſter.* ad *Suid.* v. Ἄρης, ubi adducitur hoc Epigramma, nec ibi tantum, ſed & in vv. Ἀφριόεν, Εὐρώς, Κόναβος, Λοξὴ Φάλαγξ, Φύρδην. Aliud de eadem hiſtoria epigramma videlis Antholog. L. III, c. 5. e. 31.

Epigr. C. vulgaverant dudum *Berkel.* & *Holſten.* ad *Steph.* v. Θαυμακία.

Epigr. CVII. legitur in Anthologia edita L. IV. c. 27. ep. 21, unde hic illic emendari poteſt.

Epi-

Epigr. cx. v. 3.

Ἀλλά τε πυλυπάθεσσι Σοφόκλεες ἀμφὶ Τυράννοις
Ἄξια τῆς Βρομίε βύβλα χαροιτυπίης.

Legendum omnino,

Ἄλλα τε πυλυπάθεσσι Σοφόκλεος ἀμφὶ τυράννοις
Ἄξια τῆς Βρομίε βύβλα χοροιτυπίης.

Epigr. cxiii, quod *Leoniden* Tarentinum auctorem agnoſcit, ita legitur;

Μὴ φθείρευ ἄνθρωπε περιπλάνιον βίον ἕλκων,
Ἄλλην ἐξ ἄλλης εἰς χθόν᾽ ἀλινδόμενος·
Μὴ φθειρ᾽ ἐν κενεῇ σε περιςέψατο καλιῇ
Ἐν θάλπῃ μικκὸν πῦρ ἀνακαιόμενον
Εἰ καί σοι λιτή γε καὶ οὐκ εὐάλφιτος εἴη
Φύςη ἐνὶ γρώνῃ μασσομένη παλάμαις.
Ἢ καί σοι γλήχων, ἢ καὶ θύμον, ἢ καὶ ὁ πικρὸς
Ἀδυμιγὴς εἴη χόνδρος ἐποψίδιος.

nonnullas autem mendas verſus hos inſidentes ita tollendas puto:

Μὴ φθείρευ ἄνθρωπε περιπλάνιον βίον ἕλκων,
Ἄλλην ἐξ ἄλλης εἰς χθόν᾽ ἀλινδόμενος·
Μὴ φθείρευ κενεὰ εἰ σὲ περιςέψαιτο καλιή,
Εἰ θάλπῃ μικκὸν πῦρ ἀνακαιόμενον
Εἰ καί σοι λιτή τε καὶ οὐκ εὐάλφιτος εἴη
Φύςη ἐνὶ γρώνῃ μασσομένη παλάμαις·
Εἰ καί σοι γλήχων, ἢ καὶ θύμον, ἢ καὶ ὁ πικρὸς
Ἡδυμιγὴς εἴη χόνδρος ἐποψίδιος.

Vs. 3. ſcripſi *κενεὰ εἰ*, etſi per apoſtrophum legendum

Σκεπτόμεθα τ' ἀναγκαῖ' ἑκάστης ἡμέρας.

ſcribendum

Σκεπτόμεθα τἀναγκαῖ' ἑκάστης ἡμέρας.

eſt enim τἀναγκαῖα per craſin pro τὰ ἀναγκαῖα, unde prima ipſius ſyllaba producitur; nec audiendus *Philargyrius* verſum vitiatum exiſtimans.

P. 216. v. 127.

Αἰσχρόν γ' ὅταν τις, ἤπιος γλώσσῃ φυσὶς,
Γλώσσῃ ματαίως ἐξακοντίσῃ λόγους.

Ita *Grotius* cum apud *Stobaeum* prior verſus ita legatur:

Αἰσχρόν γ' ὅταν τις ἐπὶ γλώσσῃ φυσίς.

alias coniecturas protulerunt *Salmaſius* & *Bentleius*, quibus & ego meam addam: forte enim dederat *Menander*:

Αἰσχρὸν γάρ ἐστ', ὅταν τις εὔγλωσσος φυσὶς,
Γλώσσῃ ματαίως ἐξακοντίσῃ λόγους.

P. 226. v. 199.

Ἔχει τὶ πικρὸν τῆς γεωργίας γλυκύ.

Recte obſervat *Bentleius* articulum in his deeſſe; nec enim apparet, quidnam ſit ſubiectum, de quo loquitur, anne πικρὸν, an vero γλυκύ: legit itaque

Ἔχει τὶ πικρὸν τὸ τῆς γεωργίας γλυκύ.

quod

quod forte verum: potuit tamen poeta ſenſu plane contrario ſcribere,

Ἔχει τὶ τὸ πικρὸν τῆς γεωργίας γλυκύ.

quin hoc mihi magis probari, non diffiteor.

Deſino in loco, qui legitur p. 256. v. 520 & ſeqq. ubi agit *Menander* de polygamia Thracum & Getarum, & unum ex iis ſic loquentem introducit:

Γαμεῖ γὰρ ἡμῶν ἐδὲ εἷς, εἰ μὴ δέκ' ἢ
Ἕνδεκα γυναῖκας, δώδεκά τε, πλείυς τινές.
Ἂν τέτταρας δ' ἢ πέντε γεγαμηκὼς τύχῃ
Καταςρέφῃ τίς, ἀνυμέναιος, ἄθλιος,
Ἄνυμφος ἕτος ἐπικαλεῖτ' ἐν τοῖς ἐκεῖ.

Ita edidit *Clericus*, *Salmaſium* maxime ſequutus, qui tamen vſ. 2. emendaverat δώδεκα δ' ἢ πλείυς τινές. Mirum vero quantas turbas dederint verſus bini ſequentes, in quibus recte quidem Καταςρέφῃ emendavit *Salmaſius* pro Καταςροφή: ſed eo admiſſo ſtare non poteſt praecedens τύχῃ, & ſane cum apud ipſum *Strabonem* (unde haec deſumta,) legatur τύχοι; facilis inde enaſcitur emendatio:

Ἂν τέτταρας δ' ἢ πέντε γεγαμηκὼς τυχὸν
Καταςρέφῃ τις, ἀνυμέναιος, ἄθλιος,
Ἄνυμφος ἕτος ἐπικαλεῖτ' ἐν τοῖς ἐκεῖ.

Si vero moriatur forte quis, quatuor tantum aut quinque uxoribus ductis, &c. Nec eſt quod interroget *Bentleius*, (qui hoc quidem in loco infeliciſſime verſatus eſt:) *Quo autem* ſi moriatur? *quaſi non*

& vivus *ob uxorum paucitatem male audiebat?* Nec enim antequam moreretur quis, apparere poterat, an non plures ductturus fuiſſet: adeoque eos tantum qui obibant paucas viduas relinquentes infelices dicebant. Sed iam ſatis me moratus eſt *Menander*.

CAPUT XXX.

Epigrammata Jenſiana ſaepius emendantur & illuſtrantur. Urbicii Τακτικά. *Pan* ὑλοβάτης. Βιὼ *nomen proprium mulieris.* Ἀπλοία. Χοροιτυπίη. Φύση. *Suidas corrigitur.* Γρώνη. *Multa ex his epigrammata alibi iam edita indicantur.* Λίσσος. Καταπάλμενος. *Heſychius leviter emendatus. Damaſtratus an ſit nomen poetae?* Ῥίνα.

Redeo ad Epigrammata a *Jenſio* vulgata, & ex multis quae notanda reſtarent, nonnulla hoc capite complectar.

Epigr. XXXI. *Anytes* nomen praefert, ſed adeo corruptum eſt, ut vix ſine melioribus libris medela ſperanda ſit: ſcio equidem *Wolfium* in Fragm. Poetr. p. 114. edidiſſe idem epigramma ex interpolatione (ut puto,) *Olearii*; cum enim *Jenſius* ex apographo ſuo ita ediderit prius diſtichon,

Ηβα μέν σε πρόαρχε ἔσκεν παίδων ἅτε ματρὸς
Φειδία ἐν δνοφερῷ πένθει ἔθυ φθίμενος.

Wolfius illud ſic exhibet,

Ἧβα

Ἥβᾳ μέν συ, Πρόαρχε, πεσὼν παίδων τάγε ματρὸς,
Στήθεα ἐν δνοφερῷ πένθει ἔθυ φθίμενος.

quae mutatio, ut cetera mittam, metrum violat; prior enim ſyllaba vocis ταγὸς ſemper producitur, ut apud *Aeſchylum* ſaepius, & alibi. Quanquam vero ſatius forſan fuerit coniecturis hic abſtinuiſſe, non tamen celabo lectorem, tentaſſe me,

Ἥβᾳ μὲν σὺ, Πρόαρχ', ἧς ἀντιβῶν, ὅτε ματρὶ
Φειδιάδι δνοφερὸν πένθος ἔθυ φθίμενος.

ut nomen mulieris ſit Φειδιὰς: ſed de hoc loco viderint alii.

Epigr. XXXIII. dudum vulgaverat *Salmaſ.* in Not. ad Hiſtor. Auguſt. ſcriptores, T. I. p. m. 83, unde videbis perperam a *Jenſio* praefixum eſſe titulum, Εἰς βίβλον Ἰατρικῶν Ὀρβιλίȣ, cum legendum ſit τακτικῶν, quod vel ipſum epigramma indicat: Sed ignotus mihi eſt *Orbilius* iſte, nec dubito quin ita refingendus ſit titulus: Εἰς βίβλον τακτικῶν Ὀρβικίȣ. *Urbicii* enim Tactica memorari video a *Fabric.* Bibl. Gr. L. III, c. 30. p. 756. ubi de iis ſe dicturum Lib. V. promittit, nec tamen ubi hoc praeſtiterit reperio, niſi quod Vol. VI. p. 483. in Indice ſcriptorum, quos *Codinus* memorat, etiam *Urbicii* hoc opus comparet: quin & ex Catalogo Mathematicorum, quos edere conſtituerat *Ed. Bernardus*, video adhuc exſtitiſſe haec *Urbicii* Tactica inter libros *Iſ. Voſſii.* Vide *Fabric.* Bibl. Gr. L. III. c. 23. p. 571. jam vero ultimum epigrammatis noſtri verſum,

Ὃν καὶ Τροιζήνοιο φαάντερον ἤγαγεν ἡμᾶς.

malim legere.

Ὃν καὶ Τραϊάνειο Φαάντερον ἤυγασεν ἠώς.

reliqua ſatis emendate leguntur aqud *Salmaſium.* Epigr. XXXIV. v. 3, 4.

Πυρὰ δ' ἐπ' ἀλλήλαις σκιρτήματα γαῦρα τίθεσθε,
Ἀμφὶ τὸν ὑλιβάτην ἀλλόμεναι νόμιον.

legendum utique.

Γυρὰ δ' ἐπ' ἀλλήλαις σκιρτήματα γαῦρα τίθεσθε,
Ἀμφὶ τὸν ὑλοβάτην ἀλλόμεναι νόμιον.

Ὑλοβάτης Panis eſt epitheton.

Epigr. XXXV. ediderat *Holſten* ad *Steph.* v. Ἴκαρος. in cuius vſ. 1. legendum νεόφοιτον, non νεόφυτον ut habet *Jenſius*, nec ut *Holſtenius*, νεόφαιτον.

Epigr. XXXVII & XXXVIII male ab invicem divulſa ſunt, unicum enim Epigramma conſtituunt, iam dudum productum in *Holſtenii* Notis ad *Steph.* v. Ἀμφίπολις, atque emendatum a Viris Celeberrimis *Bentleio*, *Boivinio*, & *Weſſelingio* denique in Notis ad Itiner. Hieroſ. p. 604, cuius lectioni per omnia ſubſcribo.

Epigr. XLIII.

Σισυφίην κατὰ γαῖαν Ἰὼ πολυκερδέα φῦλα
Ληϊςέων τι θεῶν πεφόρβησε χόλον.
Οὐδὲ γὰρ ὁ προπάροιθε κανὼν Αἴγισθος ἀοιδὸν
Ὄμμα μελαμπέπλων ἔκφυγεν Εὐμενίδων.

Prius horum verſuum diſtichon ſibi inſanabile eſſe

no-

notat *Jenſius*, id quod parum miror: nec enim quisquam ex his quatuor verſibus integrum ſenſum eliciet unquam; quod facile apparebit, ſi dixero eſſe tantum partem poſtremam epigrammatis capite ſuo orbati, quod integrum habetur in Antholog. L. III. c. 25. e. 60. hoc modo:

Ἴβυκε, ληϊςαί σε κατέκτανον ἔκ ποτε νήσȣ
  Βάντες ἐρημαίην ἄςιβον ἠϊόνα.
Πέλλ' ἐπιβωσάμενον γεράνων νέφος, αἵ τοι ἵκοντο
  Μάρτυρες ἄλγιςον ὀλλυμένῳ θάνατον.
Οὐδὲ μάτην ἰάχησας, ἐπεὶ ποινή τις ἐριννὺς
  Τῶνδε διὰ κλαγγὴν τίσατο σεῖο φόνου,
Σισυφίην κατὰ γαῖαν. ἰὼ φιλοκερδέα φῦλα
  Ληϊςέων, τὶ θεῶν ȣ̓ πεφόβησθε χόλον;
Οὐδὲ γὰρ ὁ προπάροιθε κανὼν Αἴγισθος ἀοιδὸν.
  Ὄμμα μελαμπέπλων ἔκφυγεν Εὐμενίδων.

Epigr. XLIV. quod *Pythagorae* adſcribitur, unico hoc verſiculo conſtat:

Ὧδε μέγας κεῖται Ζεὺς, οἷ Δία κικλήσκȣσι.

ubi pro οἷ *Jenſius* bene corrigit ὃν, ita enim exhibet *Porphyr.* in Vit. Pythag. § 17. in reliquis aliquantum varians; legit nempe,

Ὧδε θανὼν κεῖται Ζὰν, ὃν Δία κικλήσκȣσι.

Epigr. XLVI. iam ediderat *Salmas*, ad Solin. p. 340. Ita & Epigr. ſequentia XLVII. & XLVIII. dudum edita ſunt inter opera *Claudiani*, quod notavit etiam *Leichius* in Praefat. ad Epigrammata a ſe edita.

Epigr. LII. *Dioſcoridae* adſcribitur, atque ita a *Jenſio* productum eſt:

Πέντε κόρας καὶ πέντε βίῳ Διδυμωνὶ τεκῦσα.
 Ἄρσενας, ὐδὲ μιᾶς, ὐδ' ἑνὸς ὠνόσατο.
Ἡ μὲν ἀρίςη ὖσα καὶ εὔτεκος ἐχ' ὑπὸ παίδων,
 Ὀθνείας δ' ἐτάφη χερσὶ θανῦσα βίῳ.

Quae equidem nullus dubito, quin ita refingenda ſint:

Πέντε κόρας καὶ πέντε Βιὼ Διδυμῶνι τεκῦσα
 Ἄρσενας, ὐδὲ μιᾶς, ὐδ' ἑνὸς ὠνόσατο
Ἡ μὲν ἀρίςη ὖσα καὶ εὔτεκνος οὐχ' ὑπὸ παίδων,
 Ὀθνείαις δ' ἐτάφη χερσὶ θανῦσα Βιώ.

ut Βιὼ ſit nomen mulieris, Διδυμὼν mariti ipſius: vulgata vero lectio minime ſubſiſtere poteſt; quid enim erit βίῳ τεκῦσα, vel θανῦσα βίῳ? & veram eſſe meam emendationem nemo facile negabit, niſi qui Criticus non eſt.

Epigr. LIII, quod *Simonidem* auctorem praefert iam ediderant *Salmas.* ad Solin. p. 98. *Holſten.* ad *Steph.* v. Γεράνεια, & *Berkel.* ad eundem v. Μεθυριάδες. Ita vero legendum videtur:

Ἠερίη Γεράνεια, κακὸν λέπας, ὤφελεν Ἴςρον
 Τῆλε καὶ ἐς Σκυθέων μακρὸν ὁρᾷν Τάναϊν·
Μηδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης,
 Ἄγκεα νιφομένης ἀμφὶ Μεθυριάδος.
Νῦν δ' ὁ μὲν ἐν πόντῳ κρυερὸς νέκυς, οἱ δὲ βαρεῖαν
 Ναυτιλίην κενεοὶ τῇδε βοῶσι τάφοι.

Epigr. LVI, eiusdem Poetae correctius legitur An-

Anthol. L. III. c. 22 e. 69. ita & Epigr. LXVI cum parva varietate legitur in Anthol. eodem Capite, ep. 8.

Epigr. LXIV. v. I.

Ἕβρε καὶ δειλοῖο κλύδων μέσος υἷα Μενοίτην
Σὺν Φόρτῳ Σαμίε κρύψε ΔιοΦάνεος.

Pro δειλοῖο legendum forte Νειλοῖο, ut dicat poeta Menoeten hunc periiſſe Hebrum inter & Nilum, h. e. dum ex Thracia in Aegyptum navigaret.

Epigr. LXVI. iam vulgatum erat in notis *Holſtenii* ad *Steph.* v. Δράκονον, & a *Berkelio* ad eundem v. Οἰνόη. Ita etiam Epigr. LXXI. iam ediderat *Wolfius* inter *Sapphus* reliquias, quod dein pluribus illuſtravit *Dorvillius* in Critica Vanno: verſiculum autem qui legitur n. LXXIV. habet *Holſten* ad v. Ἰσαυρία: idemque ad v. Φαίαξ vulgavit Epigramma a *Jenſio* n. LXXXI. editum.

Epigr. LXXXV.

Ῥιγηλὴ ναηταις ἐρίΦων δύσις, ἀλλὰ πύρωνι
Πολλῆς γαληνάιη χείματος ἐχθροτέρη:
Νῆα γὰρ ἀλιπλόη πεπεδημένην ἔΦθασε ναύταις
Ληϊςέων ταχινὴ δίκροτος ἐσσομένη.
Χεῖμα δέ μιν προΦυγόντα γαληναίῳ ὑπ᾽ ὀλέθρῳ
Ἔκτανεν᾽ ἆ λυγρῆς δειλὲ καχορμισίης.

Non uno loco corrupti ſunt hi verſiculi; in verſu primo Πύρωνι ſcribendum eſſe, cum ſit nomen proprium, bene obſervat *Jenſius:* forte tamen legendum potius Μύρωνι, nec enim alterum illud nomen alibi obſervaſſe memini. Vſ. 2. Πολλὰ legendum cum *Jenſio.* Medium vero diſtichon ita refingendum crediderim:

Νηὸς

Νηὸς ἀπλοίῃ γὰρ πεπεδημένον ἔφθασε ναύτην
Ληϊςέων ταχινὴ δίκροτος ἐσσυμένη.

Ἀπλοία notat *navis ad velificandum ineptitudinem*, quae nautae huic inimica erat, eumque piratas remigio inſequentes effugere vetabat.

Epigr. LXXXVI. iam publicaverat *Spanhem.* de Praeſt. & Uſ. Num. Diſſ. IX. p. 764. (Ed. prior.) & ex eo *Fleetwood.* in Sylloge Inſcript. p. 338.

Epigr. LXXXVII. & LXXXIX. iam edidit *Bentleius* inter *Callimachi* λείψανα; quae vero habentur n. XCII. & XCIII, ea vide & apud *Diog. Laert.* L. I. ſ. 93. & 96.

Epigr. XCVIII. ita corrigendum videtur:

Αὐτά τοι τρέσσαντι παρὰ χρέος ὤπασεν ᾄδαν
Βαψαμένα κοίλων ἐντὸς Ἄρη λαγόνων
Μάτηρ, ἅ σ' ἔτεκεν Δαμάτριε· φᾶ δὲ σίδαρον
Παιδὸς ἐῦ φύρδαν μεσὸν ἔχουσα φόνου,
Ἀφριόεν κοναβηδὸν ἐπιπρίουσα γένειον,
Δερκομένα λόξαις οἷα Λάκαινα κόραις·
Λεῖπε τὸν Εὐρώταν ἴθι Τάρταρον, ἄνικα δειλὰν
Οἶσθα φυγὰν τελέθεις οὔτ' ἐμὸς οὔτε Λάκων.

& ita fere vulgaverat *Kuſter.* ad *Suid.* v. Ἄρης, ubi adducitur hoc Epigramma, neo ibi tantum, ſed & in vv. Ἀφριόεν, Εὐρώς, Κόναβος, Λοξὴ φάλαγξ, Φύρδην. Aliud de eadem hiſtoria epigramma videtis Antholog. L. III, c. 5. e. 31.

Epigr. C. vulgaverant dudum *Berkel.* & *Holſten.* ad *Steph. v.* Θαυμακία.

Epigr. CVII. legitur in Anthologia edita L. IV. c. 27. ep. 21, unde hic illic emendari poteſt.

Epi-

Epigr. cx. v. 3.

Ἀλλά τε πυλυπάθεσσι Σοφόκλεες ἀμφὶ Τυράννοις
Ἄξια τῆς Βρομίε βύβλα χαροιτυπίης.

Legendum omnino,

Ἀλλα τε πελυπάθεσσι Σοφόκλεος ἀμφὶ τυράννοις
Ἄξια τῆς Βρομίε βύβλα χοροιτυπίης.

Epigr. cxiii, quod *Leoniden* Tarentinum auctorem agnoſcit, ita legitur;

Μὴ φθείρευ ἄνθρωπε περιπλάνιον βίον ἕλκων,
Ἄλλην ἐξ ἄλλης εἰς χθόν' ἀλινδόμενος·
Μὴ φθεὶρ' ἐν κενεῇ σε περιςέψατο καλιῇ
Ἐν θάλπῃ μικκὸν πῦρ ἀνακαιόμενον
Εἰ καί σοι λιτή γε καὶ οὐκ εὐάλφιτος εἴη
Φύςη ἐνὶ γρώνῃ μασσομένη παλάμαις.
Ἢ καί σοι γλήχων, ἢ καὶ θύμον, ἢ καὶ ὁ πικρὸς
Ἀδυμιγὴς εἴη χόνδρος ἐποψίδιος.

nonnullas autem mendas verſus hos inſidentes ita tollendas puto:

Μὴ φθείρευ ἄνθρωπε περιπλάνιον βίον ἕλκων,
Ἄλλην ἐξ ἄλλης εἰς χθόν' ἀλινδόμενος·
Μὴ φθείρευ κενεὰ εἰ σὲ περιςέψαιτο καλιὴ,
Εἰ θάλπῃ μικκὸν πῦρ ἀνακαιόμενον
Εἰ καί σοι λιτή τε καὶ ἂν εὐάλφιτος εἴη
Φύςη ἐνὶ γρώνῃ μασσομένη παλάμαις·
εἰ καί σοι γλήχων, ἢ καὶ θύμον, ἢ καὶ ὁ πικρὸς
Ἡδυμιγὴς εἴη χόνδρος ἐποψίδιος.

Vs. 3. ſcripſi κενεὰ εἰ, etſi per apoſtrophum legendum

dum ſit *κενὴ εἰ.* Vs. 6 adducit *Suid.* v. Φύςη ſed ſatis corrupte:

Φύςη ἐν ἰγρώνῃ μασσωμένη παλάμαις,

quem hinc corrigere facile eſt. Φύςη autem ab eo exponitur μάζα: nec aliter *Heſych.* Φύςη μάζα ἄτριπτος. Vide & *Athen.* L. III. p. 114. F. atque ibi *Caſaubonum.* Γρώνη vero eſt ſaxum excavatum. *Suid.* Γρώνη. πέτρα. legitur haec vox & apud *Lycophr.* Alex. v. 20, ubi vide *Tzetzem.*

Epigr. CXX legitur Antholog. L. I. c. 60. ep. 7, unde emendari & ipſi viciſſim opem praeſtare poteſt: ac ut ſemel hoc moneam, Epigr. CXIV. edidit *Holſten.* ad *Steph.* v. Τορώνη. CXVII. *Berkel.* ad v. Ἐπίδαμνος. CXIX. idem ad v. Εὐφρατὶς, & *Holſten.* ad v. Ἀκροκόρινθος. CXXVIII. legitur apud *Athen.* L. VI. p. 241. F. CXXIX. ediderat *Salmas.* ad *Solin.* p. 580. CXXXVII. *Berkel.* ad v. Κρήτη CXL. idem ad v. Μύρα. CXLVI. *Holſten.* ad v. Λάρανδα. CXLVIII. *Wolfius* in fragmentis Poetriarum p. 90. CLI. *Salmas.* ad *Solin.* p. 765. CLII. *Holſten.* & *Berkel.* ad v. Καφηρεύς. CLIV. *Salmaſ.* in Homon. Hyl. Jatr. p. 165, nec dubito quin & alibi nonnulla ex *Jenſianis* legantur, quae meam effugerint diligentiam.

Epigr. CXXXIX. ita concipitur:

Εὐμάραθον Πριῶνα καὶ Εὐσκάνδικα λελοχὼς
Ἑρμῇ καὶ ταύταν ἃ Φίλος αἰγίβοσιν,
Καὶ λαχανηλόγῳ ἔσσο καὶ αἰγινομῆνι προσηνής,
Ἕξεις καὶ λαγάνων καὶ γλάγεος μερίδα.

quae plus una vice corrupta ſunt: recte *Jenſius* v. 1 le-

legit λελογχώς & v. 3 αἰγινομῆϊ, totum vero Epigramma ſic reſtituendum,

Εὐμάραθον πρηῶνα καὶ εὐσκάνδικα λελογχὼς,
  Ἑρμη, καὶ ταύταν, ἁ Φίλος αἶξὶ, βόσιν,
Καὶ λαχανηλόγῳ ἔσσο καὶ αἰγινομῆϊ προσηνὴς,
  Ἕξεις καὶ λαχάνων καὶ γλάγεος μερίδα.

ubi Φίλος in v. 2 feminini generis eſt, pertinet enim ad βόσιν.

Epigr. CXLI. v. 1.

Πρὶν μὲν ἀλικαύτε πέτρας ἐν βένθεσιν ἧμαν

nemo dubitabit quin vere corrigam,

Πρὶν μὲν ἀλικλύςε πέτραςἐν βένθεσιν ἧμαν.

Epigr. CXLII.

Πέτρης ἐκ δίσσης ψυχρὸν καταπάλμενον ὕδωρ
  Χαίροις καὶ ΝυμΦέων ποιμενικὰ ξόανα.
Πέτραι τε κρηναίων αἱ ἐν ὕδασι κόσμια ταῦτα
  Ὑμέων ὦ κε̃ραι μυρία τεγγόμενα,
Χαίρετ'· Ἀριςοκλέης σε δ' ὁδοιπόρος ὧπερ ἀπῶσα
  Δίψαν βαψάμενος τετὶ δίδωμι γέρας.

totum hoc Epigramma ita aliquando conſtitueram,

Πέτρης ἐκ λίσσης ψυχρὸν καταπάλμενον ὕδωρ
  Χαίροις, καὶ ΝυμΦῶν ποιμενικὰ ξόανα
Χαίρετε· κρηναίων αἱ ἐν ὕδασι κόσμια ταῦτα
  Ὑμῶν, ὦ κῦραι, μήρια τεγγόμεναι,
Χαίρετ'· Ἀριςοκλέης σε δ' ὁδοιπόρος, ὧπερ ἀπῶσα
  Δίψαν βαψάμενος, τῦτο δίδωμι γέρας.

Ver-

Verſu I cur λίσσης reſcripſerim pro δίσσης, videbis recurrendo ad Obſervationum mearum Cap. VI. p. 53, ubi idem mendum ſuſtuli ex Epigrammate quod edidit *Salmas.* ad *Solinum.* & poſt eum *Jenſius* quoque n. CLI. Κατεπάλμενον autem per ſyncopen videtur pro Κατεπαλλόμενον, & agnoſcitur etiam ab *Heſych.* Κατεπάλμενος. κατεπηδήσας: ita enim legendum docet ordo literarum pro eo, quod editur, Κατεπάλμενος. Sequentes autem verſus & aliter corrigi poſſunt non incommode, ſic nempe:

> Χαίροις, καὶ Νυμφῶν ποιμενικὰ ξόανα·
> Πετραίοις κρηνῶν αἱ ἐν ὕδασι κόσμια ταῦτα
> Ὑμῶν, ὦ κῦραι, μήρια τεγγόμεναι,
> Χαίρετ'.

alterutram ſane coniecturam a vero non multum abludere puto.

Epigr. CXLIII. *Damaſtrati*, nomen praefixum habet, & ſequentem in modum producitur a *Jenſio*:

> Νύμφαι Ναϊάδες καλλίῤῥον αἱ τόδε νᾶμα
> Χεῖτε ὑρείυ πρωνὸς ἀπειρέσιον·
> Ὕμμιν ταῦτα πόρεν Δαμάςρατος Ἀντίλα υἱὸς
> Ξέσματα καὶ δοιῶν ῥῖνακα πρωναλάσια.

quae pluribus maculis foedata ſunt. Ipſum poetam quod attinet, eius nomen alibi legiſſe non recordor, et vereor ne ex nomine ipſius qui donaria haec Nymphis dedicaverat, male etiam Δαμαςράτυ Epigrammati praefixum ſit, cum ante ἀνωνύμως circumferretur. Verum hoc non urgebo; illud certius puto, no-

nomen hoc exarandum non Δαμάστρατος, ſed Δαμασίστρατος, adeoque totum Epigramma ita conſtituo;

> Νύμφαι Ναϊάδες, καλλίῤῥοον αἱ τόδε νᾶμα
> Χεῖτε κατ' ὤρεία τρωγλὸς ἀπειρέσιον·
> Ὕμμιν ταῦτα πόρεν Δαμασίστρατος Ἀντίλα υἱὸς
> Ξέσματα, καὶ δοιῶν ῥίνα κάπρων λάσια.

Vſ. 4. ῥίνα eſt metaplasmo Jonico pro ῥίνας: atque ſenſus poſterioris diſtichi hic eſt. *Vobis Damaſiſtratus Antilai filius dedicavit haſce ſculpturas, & binorum aprorum ſetoſa tergora.*

CAPUT XXXI.

I & EI *paſſim a librariis confundi notatur, & ex ea obſervatione plures auctorum veterum loci reſtituuntur. Heſychius emendatur.* Φιαρός. *Epigramma vetus, Athenaeus bis, & Herodotus ſemel reſtituuntur.* Ἰσάργυρος. Λιμαίνειν. *Onomacritus, Athenaeus iterum, Alciphron, & Maximus correcti: item Hermeſianax apud Athenaeum, & Ariſtoteles.* Ἀνάσιλλος. *Epigramma Callimachi, Hermeſianax iterum, Alciphron, Athenaeus ſemel iterumque & Menander emendantur: tum & Inſcriptio antiqua, Heſychius & Theſſali* Πρεσβευτικός. Νεῖλος.

Poſt mendas, quae in libros antiquos irrepſerunt ex ſimili literarum figura, frequentiſſimae ſunt illae, quae ortum ducunt ex ſimili vocalium & diphthongorum pronunciatione. Ita V. G. η & ι, ε & αι, ι &

S ει, υ

ει, *υ* & *οι* ſaepiſſime hac de cauſa confunduntur: & quanquam dudum hoc obſervarunt viri docti, lubet tamen hoc Capite nonnulla eorum, quae de permutatione τῶν *ι* & *ει* notavi, proferre, & varia auctorum loca huc pertinentia emaculare.

Vel ſolum *Heſychii* Lexicon, (quod vere Augiae ſtabulum dicas,) centena ſubminiſtrare poſſet loca, ubi vel librariorum vel ipſius auctoris culpa vitia talia occurrunt: quorum nonnulla & ipſe notaſſe memini Obſervationum harum Cap. XXVI. p. 220. ſed haec plerumque talia ſunt, ut ſponte oculos incurrant. Ut enim ex ſola litera Π unum alterumque proferam exemplum, ante vocem Πειθαρχήσαντες legitur, Πιθανότης. πιςότης, quae vera quidem eſt orthographia, ſed ordo literarum docet auctorem hic vitioſe dediſſe Πειθανότης quemadmodum mox Πειλός pro Πῖλος, & Πειναρόν pro Πιναρόν. Contra ante v. Πιθοίγια legitur Πειθοῖ. πισμονὴ, πίςις, ubi clarum eſt auctorem dediſſe, Πιθοῖ. πεισμονῇ, πίςει. quanquam & ex prava ſua conſuetudine πισμονῇ ſcribere potuit. Sed haec & quae plura ſunt eius generis, miſſa facio, ea tantum tacturus loca, quae occultiora paulo vitia fovent, nec adeo primo conſpectu ſeſe prodentia.

Primo itaque aliquot producam loca, ubi vocalis *ι* in diphthongum *ει* degeneravit; & quoniam de *Heſychio* ſermo fuit, en tibi gloſſam illius: Σφειδρόν. καθαρὸν, εὐῶδες.. Nihil quidem commiſerunt hic librarii, ſed ipſius auctoris culpa ita exaratur pro Σφιδρὸν, quod idem eſt cum Φιδρόν. Habet *Heſychius* loco ſuo, Φιδρόν. καθαρὸν, λαμπρὸν, ἁγνὸν, ἱλαρόν. Sed ibi male contra ordinem literarum legitur Φιαρὸν, cum tamen paulo ante recte legatur, Φιαρόν. λαμπρὸν, καθαρόν. Haec enim ſola vera eſt ſcri-

ſcriptura, ut patet ex *Nicand.* Alexipharm. v. 387.

Καί τε καὶ ὄρνιθος φιαρῆς πυρὶ τηκομένη σάρξ
Θαρήκων ἤμυνεν ἐϋτρεφέων βρωθεῖσα.

& *Theocr.* Idyll. XI. v. 21.

Μόσχω γαυροτέρα, φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς.

licet alii ibi aliter legant. Agnoſcit etiam *Suidas*. Φιαρόν. λαμπρόν. Pro eo Σφιαρὸν nonnullos dixiſſe puto, ſed *Heſychius* praeterea de ſuo finxit Σφειδρὸν, Φιδρὸν, &, quod itidem apud eum legitur, Φιλυρόν. εὐῶδες, ἐλαφρόν.

Epigramma n. CXXV inter ea quae edidit *Jenſius* ita habet:

Τὰν γνώμαν ἐδόκει Φιλέας ἐ δεύτερος ἄλλων
  Εἶμεν· ὁ δὲ φθονερὸς κλαίετο ἔσκε θάνῃ·
Ἀλλ' ἔμπας δόξας κενεὰ χάρις, εἰν ἀΐδᾳ γὰρ
  Μείνω θαρσίτας ἐδὲν ἀτιμότερος.

quorum ultima nemo facile explicaverit, nec melius habent apud *Suidam*, qui v. Ἀθυμότερος haec verba adducit: εἰν ἀΐδᾳ γὰρ μένων Θερσίτης οὐδὲν ἀτιμότερος: facile quidem eſt inde in epigrammate adſcripto corrigere Θερσίτας, ſed altera vox μένων a vero magis etiam recedit quam μείνω: hic enim, ſi pro ει tantum ſubſtituas ι, veram habebis ſcripturam,

—— εἰν ἀΐδᾳ γὰρ
Μίνω Θερσίτας οὐδὲν ἀτιμότερος.

Apud inferos enim Therſites ne ipſo quidem Minoe vilior eſt. Ad hanc autem lectionem manu quaſi ducit *Suidae* M. S. Leidenſis; ubi teſte *Jac. Grono-*

vio Emendat. in *Suid.* p. 82. legitur non μένων, ſed μὲν ὁ. Illud prætereundum non eſt, Cel. *Dorvillium* in Crit. Vann. p. 641: prius huius Epigrammatis diſtichon afferre, ubi notat id iam editum ab amico erudito, & vſ. 1 κλαιέτω legit: ſed cum de poſteriori diſticho plane ſileat, ignoro, an & hoc ibi editum atque emendatum ſit.

Apud *Athenaeum* L. VIII. p. 358. F legitur fragmentum *Ephippi* Comici, ubi cum adoleſcens luxurioſus ſenem quemdam piſces ſibi emere iuſſiſſet, hic illum reprehendens reſpondet:

Οὐκ οἶσθ' ὅ, τι τἀργύριον ἐς' εἰς ἄργυρον.

ubi eadem ac in priori exemplo eſt corruptela: legendum enim coniunctis binis vocibus poſtremis,

Οὐκ οἶσθ' ὅτι τἀργύριόν ἐς' ἰσάργυρον;

Neſcis pecuniam argento contro caram eſſe?

Ἰσάργυρα enim dicuntur *pretioſa*, *argentum pretio aequantia:* ita *Aeſchyl.* Agamemn. v. 954, ex emendatione *Salmaſii*;

Ἔςιν θάλασσα (τίς δέ νιν κατασβέσει;)
Τρέφουσα πολλῆς πορφύρας ἰσάργυρον
Κηκῖδα παγκαίνιςον, εἱμάτων βαφάς.

ubi antea itidem corrupte legebatur εἰς ἄργυρον: ut adeo librarii in corrumpenda hac voce conſpiraſſe videantur: namque en tertium locum *Achaei* Tragici, ita conceptum apud *Athen.* L. 689. B.

Εἰς ἀργυρῶντες χεῖρα Κυπρίας λίθου
Δώσουσι κόσμον, χριμμάτων τ' Αἰγυπτίων.

ſed

ſed ad priorum exemplum emendandum,

> Ἰσάργυρον τ' ἐς χεῖρα Κυπρίȣ λίθου
> Δώσουσι κόσμον, χρισμάτων τ' Αἰγυπτίων.

Herod. L. VI. c. 28. de Hiſtiaeo Mileſio inquit: Ἐκ Λέσβου δὲ δειμαινούσης οἱ τῆς ϛρατιῆς, πέρην διαβαίνει ἐς τοῦ Ἀταρνέος, ὡς ἀμήσων τὸν σῖτον τόν τε ἐνθεῦτεν καὶ τὸν ἐκ Καΐκου πεδίȣ τῶν Μυσῶν. in quibus vitii manifeſta vox δειμαινούσης: ſi enim animis infirmiores erant ipſius milites, & ſibi metuebant, quare eos in continentem transmittebat? ubi mox appellentibus cum Perſis confligendum erat, quod mox docet *Herodotus*. Sed nullum eſt dubium, quin pro δειμαινȣ́σης prima litera Δ in Λ mutata, dein ut in praecedentibus ει in ι verſo, legendum ſit: ἐκ Λέσβȣ δὲ, λιμαινούσης οἱ τῆς ϛρατιῆς, πέρην διαβαίνει ἐς τȣ̃ Ἀταρνέος, ὡς ἀμήσων τὸν σῖτον τόν τε ἐνθεῦτεν καὶ τὸν ἐκ Καΐκȣ πεδίȣ τῶν Μυσῶν. *Ex Lesbo autem, cum fame prematur exercitus ipſius, traiicit in Atarnitin, ut colligeret frumentum & illinc & ex Caïci campo, qui Myſorum eſt.* Ubi iam ſenſus facillimus eſt, & cuivis apparet, cur in continentem transmiſerit Hiſtiaeus. Verbum autem λιμαίνειν, *famé premi*, iterum occurrit apud *Herod.* L. 25. ἵνα μὴ λιμαίνειε ἡ ϛρατιή.

Onomacritus Hymm. Θαλάσσης, v. 5. de mari ait:

> Εὐδεινοῖς ἀπαλοῖσι γαληνιόωσα δρόμοισι.

Sed omnino reponendum.

> Εὐδινοῖς ἀπαλοῖσι γαληνιόωσα δρόμοισι.

εὔδινὸν dicitur mare nimiis fluctibus haud agitatum, ſed molle & tranquillum. *Heſych.* Εὐδινά. πραέα, κατεςαλμένα. ac poſtea v. Εὐηνέμως. per εὔδινῦς explicat; ubi enim legitur, Εὐηνέμως. εὐωδίνως, καλῶς, ἔχει μαςῦς omnino cum *Voſſio* & *Albertio* legendum εὐδινῦς, καλῦς, ἀχειμάςυς. Plura vide in notis ad eum locum. Intrat autem compoſitionem vocis non δῖνος ſed δίνη, *fluctus*, adeoque τῷ δινήεις opponitur.

Apud *Athenaeum* L. XIV. p. 617. C. legitur locus inſignis *Pratinae* Phliaſii, ubi indignatur tibicines choris praecinere, non ut moris antiqui erat ſuccinere, ubi inter alia ait:

Ἐμὲ δεῖ κελαδεῖν,
Ἐμὲ δεῖ παταγεῖν,
Ἀν' ὄρεα ἐσσύμενον
Μετὰ Ναΐδων,
Οἷά τε κύκνον ἄγοντα
Ποικιλόπτερον μέλος
Τᾶν ἀοιδᾶν.
Κατεᾶς † ἐπιερεῖς βασίλεια.
Οὐδ' αὐλὸς ὕςερον χορευέτω.

quae quidem in poſtremis profligatiſſime corrupta eſſe, nemo non videt: in vſ. enim 5 cum *Caſaubono* ᾄδοντα legere malim, & in ultimo, Ὁ δ' αὐλός: intermedia autem ex coniectura ita reſtituo,

Οἷά τε κύκνου ᾄδοντα
Ποικιλόπτερον μέλος.
Τᾶν ἀοιδᾶν
Καὶ γὰρ σὺ, Πιερὶς, βασίλεια.

Ὁ δ'

Ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω.

Πιερεῦς. ſc. natum erat ex Πιερὶς, quod hic Muſam denotare, vix eſt ut moneam, cum eo nomine nihil notius ſit apud Poëtas Latinos: & ſic etiam ex Graecis tum alii, tum *Simmias* Rhodius in Ovo inquit,

τὰν παναίολον Πιερίδων μονόδουπον αὐδάν.

Apud eundem L. x. p. 421, legitur hic locus *Diphili* non minus corruptus:

ἐμὲ μὲν οὐχ' ὁρᾷς πεπωκότα,
Ἤδη τἀκροθώρακ' ὄντα καὶ θυμούμενον.
Τὸν δ' εἶδεν ἀςὸν † ἀςίωνος μείζονα.
Ἤδη σχεδὸν δωδέκατον ἠρισήκοτα.

affectus maxime eſt verſus penultimus, quem in integrum reſtituere poſſim, ſi quis me docuerit, quidnam pro ἀςίωνος reſcribendum ſit: præcedentia enim Τὸν δ' εἶδεν ἀςὸν, pro ει ſcribendo ι, ac literas male divulſas ad propria loca revocando, lego Τονδὶ δὲ ναςὸν: nihil tamen nocebit, etiam illud ulcus tetigiſſe; dum itaque melius quid occurrat, lege,

ἐμὲ μὲν ὧν ὁρᾷς πεπωκότα,
Ἤδη τ' ἀκροθώρακ' ὄντα καὶ θυμούμενον.
Τονδὶ δὲ ναςὸν ἀσπίδος ὄντα μείζονα
Ἤδη σχεδὸν δωδέκατον ἠριςηκότα.

Ναςὸν eſſe genus panis vel placentae maioris docent Lexicographi, quos conſule, ut & *Athen.* L. III. p. III. C.

In epiſtola inedita *Alciphronis*, quam ex M. S. patrui ſui deſcriptam communicavit mecum amiciſſimus *Valckenarius*, inter alia de convivii apparatu & haec habentur: ὤα τε τρέμοντα ταῦτα ὥσπερ αἱ πυγαὶ, καὶ χειμερίδος ἁπαλῆς τεμάχη καὶ ἀλεκτορίδες οἰκηροί. ubi mendoſa omnino vox χειμερίδος: Sed facillimum eſt reponere, χιμαιρίδος ἁπαλῆς τεμάχη. Eſt enim χιμαιρὶς hic idem quod χίμαιρα: ſimile vitium apud *Athenaeum* ſuſtuliſſe ſupra memini, pag. nempe 177.

Maximus Carmine περὶ κατερχῶν, v. 559. (apud *Fabric.* Bibl. G. Vol. VIII. p. 444.) de captivis inquit:

Πολλοὶ δὲ καὶ ἐς βιότοιο τελευτὴν
Εἰλλάδας ἀργαλέας γυιῶν ἐφόρησαν ὕπερθεν.

ubi omnino legendum,

Ἰλλάδας ἀργαλέας γυιῶν ἐφόρησαν ὕπερθεν.

Vide *Heſych.* v. Ἰλλάδας. Sed plura huius generis menda in illo *Maximi* carmine occurrunt, quae vero quod levicula ſunt, miſſa facio.

In fragmento *Hermeſianactis*, quod conſervavit *Athen.* L. XIII. p. 597 & ſeqq. poeta ille recenſens viros claros amori deditos, de Socrate haec habet, p. 599. A.

Οια δ' ἐκλειημένον † ἔξοχον ἐχρὴν .... εἶναι.
Πολλῶν δ' ἀνθρώπων Σωκράτη ἐν σοφίῃ.
Κύπρις μηνίουσα πυρὸς μένει, ἐκ δὲ βαθείης
Ψυχῆς κηροτέρας ἐξεπόνησ' ἀνίας,
Οἰκί' ἐς Ἀσπασίης πωλευμένος· ὐδέ τι τέκμαρ
Εὗρε λόγῳ πολλὰς εὑράμενος διόδους.

quae

quae quidem in primo maxime diſticho, corruptiſſima eſſe nemo non videt: Sed ſi in voce nihili ἐχλειμμένον pro diphtongo ει reponatur tantum ι, iam facile apparebit veram lectionem eſſe.

Οἵῳ δ' ἐχλίημεν, ὃν ἔξοχον ἔχρην εἶναι
  Πολλῶν ἀνθρώπων Σωκράτη ἐν σοφίῃ,
Κύπρις μηνίȣσα πυρὸς μένει, ἐκ δὲ βαθείης
  Ψυχῆς κȣροτέρας ἐξεπόνησ' ἀνίας,
Οἰκί' ἐς Ἀσπασίης πωλεύμενος· ȣ̓δέ τι τέκμαρ
  Εὗρε, λόγων πολλὰς εὑράμενος διόδȣς.

Οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι, ſunt *vulgus hominum*: Ita & *Phœnix* Colophonius apud *Athen.* L. XI. p, 495. E.

Θαλῆς γὰρ ὅςις ἀςέων ὀνήϊςος
Καὶ τῶν τόθ' ὡς λέγȣσι πολλῶν ἀνθρώπων
Ἑὼν ἄριςος, ἔλαβε πελλίδα χρυσῆν.

alias ſimpliciter dicere amant, οἱ πολλοί.

Ariſtot. Lib. de Phyſiognomia T. II. p. m. 1122. E. haec habet: οἱ τȣ̃ μετώπȣ τὸ πρὸς τῇ κεφαλῇ ἀναςεῖλον ἔχοντες, ἐλευθέριοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τȣ̀ς λέοντας: quae ita Latine vertuntur. *Qui id frontis, quod eſt ante caput elevatum habent, liberales ſunt: referuntur ad leones.* Verum non agitur hic de ipſa fronte, ſed de capillis, quod ex antecedentibus, & ſequentibus etiam, liquet: nec dubito quin mendoſa ſit vox ἀναςεῖλον pro qua ει in ι mutato, & litera ſupervacua expulſa lego ἀνάσιλον. Repone igitur οἱ τὸ τȣ̃ μετώπȣ τὸ πρὸς τῇ κεφαλῇ ἀνάσιλον ἔχοντες. Eſt enim ἀνάσιλος, vel ut alii ſcribunt, ἀνάσιλλος, *capillitium retroverſus flexum.* *Heſych.* Ἀνάσιλλον. τρίχωμα διὰ τȣ̃ μετώπȣ ἐπὶ κορυφὴν ἐςραμμένον. ita enim

recte Viri docti corrigunt, cum male edatur ἀνδ-ρῶνα. Idem error his occurrit apud *Poll.* L. IV §. 137, 138; sed ibi ex M. S. S. emendari potuerat, quod voluit *Iſ. Voſſius* in Notis ad *Heſych.* l. c. nec non *Jungermannus* ad locum, quem omnino conſule. Sed ut ad *Ariſtotelem* redeam, illud quod addit, ἀναφέρειν ἐπὶ τὰς κῶντας, emendationem meam extra omnem ponit dubitationis aleam, quod patebit ſi adſcripſero ea quae ſupra hoc ipſo Libro, c. 5. p. m. 1116. C. de leonibus narrat, ἄνωθεν δὲ μετώπου κατὰ τὴν ῥῖνα ἔχει τρίχας ἀνακλινεῖς, οἷον ἐν ἄσυλον: etſi enim ultima foede corrupta ſunt, facile liquet, & hic legendum, οἷον ἀνδρικὸν vel ἀνά-σιλλον.

Multa etiam in Inſcriptionibus veteribus huc pertinentia notare poſſem, in quibus paſſim ſculptorum culpa ει pro ι exaratum eſt, iis maxime in ſyllabis quae ι longum habent: ita V. G. ibi legitur ΤΕΙΜΗ, ΦΙΛΟΤΕΙΜΙΑ, ΑΠΟΤΕΙΣΑΙ, & in propriis ΕΙΣΙΔΟΤΟΣ, ΕΙΣΙΔΩΡΟΣ, ΝΕΙΚΗΦΟΡΟΣ, &c. id quod pravam hanc Orthographiam iam tunc invaluiſſe oſtendit: ſed vereor ne iam nimius ſim, & a lectore mihi obiiciatur vetus illud,

Τῇ χειρὶ σπείραι, μὴ δ' ὅλῳ τῷ θυλάκῳ.

Jam igitur verſa vice nonnulla proferam in quibus ει loco ι reponendum eſt.

Inter Epigrammata *Jenſiana*, n. XCVII. legitur ſequens *Callimachi*:

Οἵτινες ἀλείῳ παρέρχετε σῆμα Κίμωνος
Ἴστε τὸν Ἱππαίου παῖδα παρερχόμενοι.

 Sed

Sed pro ἀλίοιο legendum Ἀλείοιο, genitivus nempe a Dorico Ἀλεῖος, *Eleus.* Ita apud *Plaut.* in Captiv. paſſim *Alis* & *Alii*, pro *Elide* & *Elei.* Corrige itaque verſum priorem,

Οἵτινες Ἀλείοιο παρέρπετε σᾶμα Κίμωνος,
Ἴςε τὸν Ἱππαίε παῖδα παρερχόμενοι.

In ante dicta *Hermeſianactis* Elegia apud *Athen.* L. XIII. p. 598. E. de Philoxeno haec habentur:

Ἄνδρα δὲ τὸν Κυθέρηθεν ἀνετρέψαντο τιθῆναι,
Βάκχε καὶ λωτοῦ πιςότατον ταμίην
Μῦσαι παιδευθέντα Φιλόξενον· οἷα τιναχθεὶς
Ὠρυγῇ ταύτης ἦλθε διὰ πτόλεως.
Γιγνώσκει καὶ σὰ μέγαν πόθον, ὃν Γαλατείης
Αὐτοῖς Μηλίοις θῆκαθ' ὑπὸ προγόνοις.

Quos quidem verſus, cum vitioſiſſimi ſint, male intellectos eſſe, nil mirum. Illud autem peſſimum, quod vſ. ultimo Μηλίοις προγόνοις intellexerint de Meliis, quaſi hi progenitores Philoxeni fuerint; longe enim aliud hic πρόγονοι, illud nempe quod docet *Heſych.* Πρόγονοι. οἱ πρωτόγονοι ἄρνες, οἱ δὲ μετ' αὐτὰς μέτασσαι. ἕρσαι δὲ ἀπαλοὶ καὶ τῷ ἔαρι γινόμενοι. adſcribit dein verſus *Homer.* Odyſſ. I. v. 221. quo pertinet haec gloſſa,

Ἔρχατο χωρὶς μὲν πρόγονοι, χωρὶς δὲ μέτασσαι,
Χωρὶς δ' αὖθ' ἕρσαι.

Hinc porro ſequitur Μηλίοις apud *Hermeſianactem* non eſſe nomen gentile, ſed pro eo (quod vel ſola quantitas evincit;) legendum eſſe μηλείοις. Sunt nem-

nempe μήλων πρόγονα, *primogenitos ovium foetus*: ita *Archeſtratus* apud *Athen.* p. 305, ἄρθρα μήλεια vocat *artus pecudum*. Vide ibi *Caſaub.* Iam vero in vſ. penultimo καίουσα aeque mendoſum eſt, & eadem medicina ipſi adhibenda; pro ι nempe ſcribendum ει, niſi quod praeterea Α in Λ mutandum: totum igitur locum ſic reſcripſerim:

Ἄνδρα δὲ τὸν Κυθήριον ἀνεθρέψαντο τιθῆναι,
 Βάκχου καὶ λωτοῦ πιστότατον ταμίην,
Μοῦσαι παιδευθέντα Φιλόξενον, οἷα τιναχθεὶς
 Ὀρτυγίῃ, ταύτης ἦλθε διὰ πτόλεως,
Γιγνώσκεις, κλείουσα μέγαν πόθον, ὃν Γαλατείης
 Αὐτὸς μηλείοις θήκαθ᾽ ὑπὸ προγόνοις.

Sed & vſ. 3 pro παιδευθέντα forte legendum παθὸν ὄντα. ita vero legendo, ſenſus erit: *quanto oeſtro agitatus fuerit Philoxenus, noviſti, laudans amorem quem ipſe Galateae agnis ineſſe finxit*: alloquitur enim in his perſonam, ad quam ſcripſerat ſuos libros, Leontium nempe, ut puto. Ita & mox,

Οἶσθα δὲ καὶ τὸν ἀοιδὸν, κ. τ. λ.

quod vero Galateae agnos memorat, reſpicit omnino ad Cyclopem, poema Philoxeni.

In epiſtola *Alciphronis* inedita, quam advocat etiam *Valckenarius* in Animadv. ad *Ammonium* p. 135 & 179, ſimile mendum deprehendo; legitur enim ibi: ἀθλίαι κλείσατε τὰ ἐργαςήρια αὐτῶν, μᾶλλον δὲ καὶ ἑαυτὰς ἀποκλείσατε. μία νῦν ἐςιν ἡ τὴν Ἑλλάδα ὅλην διασοβοῦσα γυνὴ μία. Λαῒς ἐν τοῖς Κερίοις. Λαῒς ἐν τοῖς θεάτροις, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐν τοῖς δικαςηρίοις, ἐν τῇ βουλῇ. πανταχῇ πάντες αὐτὴν λαλοῦσι, νὴ τὴν Ἀφροδίτην, καὶ

οἱ

οἱ κωφοὶ διανεύουσι ἀλλήλοις τὸ ἐκείνης κάλλος. Vix eſt, ut moneam in initio pro αὐτῶν legendum eſſe αὐτῶν: praecipuum autem vitium haeret in voce Κυρίοις, quam pro nomine gentili forte quis accipiat, a Κύριον nempe: ſed quid Laidi cum urbe Cypri eiusve incolis; corrige igitur & diſtingue: μία νῦν ἐστιν ἡ. τὴν Ἑλλάδα ὅλην διατοβῶσα γυνή. μία Λαῒς ἐν τοῖς κουρείοις, Λαῒς ἐν τοῖς θεάτροις, κ. τ. λ. *una nunc totam Graeciam perſtrepit mulier: una Lais in tonſtrinis, Lais in theatris, in eccleſiis, in tribunalibus, in ſenatu.*

Apud *Philoſtr*. Icon. L. II. c. 33. p. 858, ex *Olearii* emendatione iam legitur; ἀλλὰ τὸν ἥλιον, ἅτε κοιλὴν Ἀρικαδίαν οἰκῶσα, αἰτεῖ χρῶμα· ὅδ' οἷον ἄνθος τι ἐπάγει αὐτῇ, καὶ φοινίττει τὴν κόρην μετρίῳ τῇ ἴδει. Ita inquam reſcripſit Vir. Cl. (cum antea legeretur μετρίᾳ τῇ ἴδῃ,) recte quidem quoad ſenſum, ſed vox corrupta ἴδῃ alio modo reſtauranda erat: tu lege, καὶ φοινίττει τὴν κόρην μετρίᾳ τῇ εἵλῃ. *Heſych*. Εἵλη. ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή, ἡ θερμασία. & mox. Εἱληθερεῖν. ἐν ἡλίῳ θερμαίνεσθαι. Εἵλην γάρ φασι τὴν τοῦ ἡλίου αὐγήν.

Adducit *Athenaeus* L. XIV. p. 659. D. ſequens *Poſidippi* Comici fragmentum:

> Ἐβάδιζες ἔξω τῶν πυλῶν μάγειρος ὤν
> Ἄδειπνος; ἦν· πότερον ἐὰν † ἀφίσα
> † Κατ' ἀγορὰν ἐργάζομαι
> Ἐπρίατο γάρ τις ὁμότεχνός με γνώριμος.

ubi & metrum & ſenſus admodum laborant: pro voce tamen nihili ἀφίσα facillima emendatione reſtituo ἀφεὶς ἐᾶ; nec multum a vero aberraſſe me puto, totum locum ſic conſtituendo:

A,

A. Ἐβάδιζες ἔξω τῶν πυλῶν
Μάγειρος ὢν ἄδειπνος, ἢ οὔ; πότερον μὲν οὖν;
B. Ἄφεις ἔα, κατ' ἀγορὰν ὀργιάζομαι,
Ἐπρίατο γάρ τις ὁμότεχνός με γνώριμος.

A. Extra portam ambas?
Tu qui coquus es, incoenatus an feciſti? utrum
quid ergo eſt?
B. Miſſum me fac; in foro orgia celebro,
Conduxit enim me artis quidam ſocius, amicus meus.

Antiatticiſta [v. Ἁρπαγή] p. 22, 23, adducit ſequentia *Alexandri ex Ἐκπώματι*

Τὴν μὲν σὺν οὐ θύσομεν; ἀλλ' ἁρπαγὴν
Αὐτῷ κατασκευάζομεν.

ubi pro οὐ θύσομεν certiſſime legendum, εἰ θύσομεν: quo vero & metrum melius habeat, legendum,

Τὴν δὲ γαλῆν οὐ θύσομεν,
Ἀλλ' ἁρπαγὴν αὐτῷ κατασκευάζομεν.

Apud *Athen.* L. VII. p. 297. B legitur fragmentum *Hedylae* poëtriae, ubi narrat Glaucum venire ad antrum Scyllae ſolitum,

Ἢ κόγχον δώρημα φέροντ' ἐρυθρᾶς ἀπὸ πέτρης,
Ἢ τὰς Ἀλκυόνων παῖδας ἔτ' ἀπτερύγας,
Τῇ νύμφῃ δύστιστος ἀθύρματα· δάκρυ δ' ἐκείνῃ
Καὶ Σειρὴν γείτων παρθένος οἰκτίσατο.

in quibus mendoſa utique eſt vox δύστιστος, nec recte

recte *Caſaubonus* reſcribebat δυςπίςῳ: quippe legendum δυσπείςῳ, niſi forſan & ita dederit Vir ſummus, cujus conjecturae aliquando typorum vitiis depravatae ſunt. Differunt utique δύσπιςος & δύσπειςος: illud enim notat eum *cui difficulter fides haberi poteſt*, hoc vero eum *qui difficulter ſibi aliquid perſuaderi patitur:* quod liquere poterit ex ſimplici πιςὸς, *fidus*, *certus*. Solitum igitur paſſus videtur *Heſych.* ſcribens: Πιςὸς. εὐπειθής, quae expoſitio ad Πειςὸς potius pertinet, & ipſe paulo ante recte dederat, Πιςά. βέβαια.

Idem L. VII. p. 302. D. habet ſequens *Eubuli* fragmentum,

Μετὰ ταῦτα θύννων μεγαλόπλευτ' ἐπὶ σὲ πλεῖ
Τραχήλια ὀπτῶν.

Sed pro ἐπὶ σὲ πλεῖ, omnino legendum ἐπιπέπλει, quod etiam *Dalecampium* voluiſſe, ex ipſius verſione manifeſtum eſt.

Sponius Itiner. T. II. p. m. 349 hanc habet inſcriptionem Athenis inventam:

Η ΠΟΤΕ ΚΥΔΙΟΩΣΑ ΞΑΝΘΑΙΣ ΕΠΙ ΚΡΑΤΟ-
ΣΕ ΘΡΙΞΙΝ
ΚΑΙ ΧΑΡΙΤΟΒΛΕΦΑΡΟΙΣ ΟΜΜΑΣΙ ΛΑΜΠΟ-
ΜΕΝΗΣ
ΧΙΟΝΕΟΙΣΙ ΕΠΙΠΡΕΠΟΥΣΑ ΠΡΟΣΩΠΟΙΣ ΗΔΕ
ΠΑΡΕΙΑΝ
ΚΑΙ ΓΛΥΚΕΡΟΥ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ΟΠΑ ΛΙΡΙΟΕΣ-
ΣΑΝ ΙΕΙΣΑ
ΧΕΙΛΕΣΙ ΠΟΡΦΥΡΕΟΙΣΙ ΕΛΕΦΑΝΤΙΝΕΩΝ ΔΙ
ΟΔΟΝΤΩΝ

ΠΑΝ-

ΠΑΝΤΟΙΗΝ ΔΕ ΑΡΕΤΗΝ ΠΕΡΙΚΑΛΛΕΙ ΣΩΜΑ
ΤΙΘΕΙΣΑ
ΗΝ ΤΕΚΕΝ ΕΥΤΥΧΙΔΗΣ ΘΕΝΑΡΩ ΚΙΛΙΚΙ
ΧΑΡΙΤΩΠΙΣ
ΕΙΚΟΣΙ ΠΕΝΤΑΕΤΗΣ ΤΡΥΦΕΡΑ ΤΗΔΕΝ
ΧΘΟΝΙ ΚΕΙΤΑΙ
ΕΡΜΕΡΟΣ ΔΕ ΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΙΟ ΠΑΤΡΟΣ
ΚΑΙ ΜΗΤΕΡΟΣ
ΜΝΗΜ ΑΛΟΧΩ ΦΙΛΙΗ ΘΗΚΑΤΟ ΚΟΥΡΙΔΙΗ.

quam totam adſcripſi, tum quia non inelegans eſt, tum ut maculas nonnullas eluendi occaſionem naciſcar: et primo quidem, quod huc maxime pertinet, I hic bis ponitur pro ΕΙ, vſ. nempe 1, ubi ΕΘΙΡΑΙΣ pro ΕΘΕΙΡΑΙΣ, & vſ. 4. ubi ΑΙΡΙΟΕΣΣΑΝ ſimiliter pro ΛΕΙΡΙΟΕΣΣΑΝ. Illud etiam notandum, inter verſus, e quibus conſtat hoc epigramma, pentametros eſſe ſecundum tantum & ultimum, reliquos hexametros. Ne autem ſingulas minutias conſectando verba perdam, en totam inſcriptionem emendatam, quantum mihi quidem licuit:

Ἡ ποτὲ κυδιόωσα ξανθαῖς κρατὸς ἐθείραις,
Καὶ χαριτοβλεφάροις ὄμμασι λαμπομένη,
Χιονέοισι πρέπουσα προσώποις ἠδὲ παρειαῖς,
Κὰκ γλυκεροῦ ςόματος ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσα
Χείλεσι πορφυρέοις ἐλεφαντινέων δι᾽ ὀδόντων,
Παντοίην δ᾽ ἀρετὴν περικαλλέϊ σώματι θεῖσα,
Ἣν τέκεν Εὐτυχίδῃ σθενερῷ Κιλικὶς Χαριτῶπις,
Εἰκοσιπενταετὴς Τρυφερὰ τῇδ᾽ ἐν χθονὶ κεῖται.
* *Ἕρμερος δ᾽ Ἀριςομάχοιο πατρὸς καὶ μητρὸς . . .*
Μνῆμ᾽ ἀλόχῳ φιλίῃ θήκατο κουριδίῃ.

Vſ. 1. omiſi τὸ ΕΠΙ, quod a quadratario profectum puto, non a poëta, nec enim eo admiſſo metrum rite procedet: reliqua recte me conſtituiſſe puto, niſi quod in vſ. penultimo haereo, qui & initio corruptus eſt in nomine mariti, qui Trypherae uxori ſuae hoc monumentum poſuerat: & in fine mutilus, ubi deeſt nomen matris ipſius.

Sed deſino in *Heſychio*. Legitur apud eum, **Νίκορ. διαφθορά.** Non me fugit quid de hoc loco ſenſerint alii, atque inter eos *Munckerus*, qui in Notis ad *Anton. Liber.* p. 49. corrigit **Νῖκος**, & ex ſacris literis hanc gloſſam illuſtrare nititur, at fruſtra, quantum iudico. Cenſeo potius legendum **Νῖκορ διαφορά.** ubi **Νῖκορ** Laconice eſt pro **Νῖκος**, nec tamen obliterim, ſi quis ultimum hoc cum *Munckero* reponere maluerit. Illud pro certo habeo *Heſychium* vitioſe hic **Νῖκος** vel **Νῖκορ** dediſſe pro **Νεῖκος**; ipſe enim ſupra recte exhibuerat, **Νεῖκος. διαφορὰ, μάχη, φιλονεικία.** Idem vitium commiſerat & alibi, ſcribens **Ἐνίκεον ἐφιλονείκων**, ſed ibi librariorum culpa iam **ἐνείκεον** legitur, quod tamen recte emendavit *Voſſius*. Obiter etiam corrigo **Πρεσβευτικὸν** *Theſſalo* Hippocratis filio adſcriptum, ubi p. 1294. l. 11. Ed *Foeſ.* legitur: **ἔτι δὲ καὶ τῇ θυγατρὶ τοῦ Αυγδάμιος Ἀρτεμισίῃ κατὰ πατέρων νῖκος δοθέντων ἐκσκηνῶσαι πάντα ὅσα λοιπὰ ἦν.** male ibi **νῖκος** pro *victoria* accipiunt; tu monitus repone, **κατὰ πατέρων νεῖκος.**

CAPUT XXXII.

Seneca Tragicus emendatur ut & Alciphron. **Κρέτων** *nomen proprium. Nicandri fragmentum* ***apud*** *Athenaeum & Theodoti apud Euſebium reſtituta.* **Εὐέται.** *Accius apud Nonium emendatus.* ***Item*** *Heſychius. Cratinus & Crates confuſi. Lexicon Coiſlinianum & Athenaeus corriguntur. Varia Dramata Crateti abiudicantur. Lexicon praedictum aliquoties emendatur. Theopompi Philippica. Araros Comicus. Polemon & Epicharmus apud Athenaeum reſtituti.*

COronidem opuſculo meo impoſiturus, in Caput hoc coniiciam varias in diverſis auctoribus emendationes, nullo ſervato ordine aut delectu. Agmen ducat *Seneca* Tragicus, qui in Herc. Oetaeo v. 621. & ſeqq. chorum ſic loquentem inducit:

Cupit hic gazis implere famen:
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit Iſtri; nec tota ſitim
Lydia vincit; nec quae Zephyro
Subdita tellus, ſtupet aurato
Flumine clarum radiare Tagum;
Nec ſi totus ſerviat Hebrus;
Ruraque dives cingat Hydaspes;
Intraque ſuos currere fines
Spectet toto flumine Gangem.

Aliqua ad hunc locum notantur in Miscell. Obſerv. Vol.

Vol. 1. p. 77. ubi iure proſcribitur *τὸ Iſtri* in v. 623. nec tamen cum docto Anglo repono *Indi*, ſed quod *Heinſius* coniecerat *Auſtri*. Nullus etiam dubito, quin pro *Hebrus* v. 627. legendum ſit *Eurus*, quae voces ſaepius confunduntur: corrige itaque.

Cupit hic gazis implere famem:
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit Auſtri: nec tota ſitim
Lydia vincit; nec quae Zephyro
Subdita tellus, ſtupet aurato
Flumine clarum radiare Tagum;
Nec ſi totus ſerviat Eurus;
Ruraque dives cingat Hydaspes;
Intraque ſuos currere fines
Spectet toto flumine Gangem.

hoc itaque inquit poeta, illi qui divitiarum cupidus eſt, non ſufficere omnes Auſtri, Zephyri, Euri opes, id quod ipſe vſ. ſequenti explicat, cum ait,

Avidis, avidis natura parum eſt.

Alciphr. Epiſt L. 1. 21. p. 80 paraſitum fingit alteri ſcribentem de Polycrito quodam; ſe nempe ſperaſſe eum poſt obitum patris bona ſua cum ſcortis & paraſitis abſumturum fuiſſe; ſed ſubiungit: *ὁ δὲ ἐπειδὴ κρίνων αὐτῷ ὁ γεννήσας ἐγένετο, σιτεῖται μὲν ὀψὲ τῆς ἡμέρας ἅπαξ, καὶ τοῦτο τῆς ὥρας ἡλίου λοιπόν ἀμφὶ δύσιν ἔχοντος.* quae verba expedire non potuit *Berglerus*: mihi ſtatim ſuboluit in voce *κρίνων* latere nomen patris Polycriti, ſed quoniam *Κρίνων* nondum mihi occurrit pro nomine proprio, malim reponere *Ῥίνων* vel *Κρίτων*. Legebam itaque; *ὁ δὲ ἐπειδὴ Κρίτων αὐτῷ ὁ γεννήσας*

ἀπεγένετο, σιτεῖται μὲν ὀψὲ τῆς ἡμέρας ἅπαξ, κ. τ. λ *ille vero poſtquam Crito genitor ipſius obiit, cibum capit ſero ſemel de die, &c.* poſtea (cum forte hoc de loco ſermo incideret, ſignificavit mihi Cel. *Valckenarius*, ſe verba haec eodem modo conſtituiſſe, niſi quod praeterea tranſpoſitis vocibus legebat σιτεῖται μὲν ἅπαξ, ὀψὲ τῆς ἡμέρας; nec dubito quin verior ſit haec ſententia, cui calculum adiicio.

Athenaeus L. IX. p. 395. c. adſcribit ſequens *Nicandri* fragmentum de columbis Siculis,

Καί τε σύ γε θρέψαιο δρακοντιάδας διτοκεῦσας,
Ἢ Σικελὰς μεγάροιο πελειάδας οὐδὲ † Φινωρσὰ,
Οὐδὲ Φινοςράκεοι νωμήσιμοι ἐξενέπτονται.

nihil ad haec verba notavit *Caſaubonus*, atque pro deſperatis ea habuiſſe videtur: *Dalecampius* etiam in verſione ea comminiſcitur, quae neque coelum neque terram tangunt; mihi num feliciori eſſe contigerit, lector iudicabit: reponendum ſcilicet puto,

Καί τε σύ γε θρέψαιο δρακοντιάδας διτοκεῦσας,
Ἢ Σικελὰς μεγάροισι πελειάδας, ἧδέ Φιν ἅρπαι
Οὐδέ Φιν ἴρηκες νωνήσιμοι ἐξενέπονται.

Ale tu domi dracontiadas biparas,
Aut Siculas columbas, quibus neque harpae
Neque accipitres nocere feruntur.

Illud nonnihil a veteri & corrupta ſcriptura recedit, quod pro Φινοςράκεοι reſcripſi Φὶν ἴρηκες, quod tamen, vel ſimile quid ſenſus flagitat. Νωνήσιμος, eſt pro ἀνωνήσιμος, ut pro ἀνώνυμος dicitur νώνυμος.

Ul-

Ultima praecedentis fragmenti vox in memoriam revocat locum non minus corruptum *Theodoti* poëtae apud *Euſeb.* Praep. Euang. L. IX. c. 22. p. m. 426, ac vulgo ita conceptum:

Ἐνθένδε, ξένε, ποιμενόθι πόλιν ἤλυθ' Ἰακὼβ
Εὐρεῖαν Σικίμων· ἐπὶ δ' ἀνδράσι τοῖσιν ἔτησιν
Ἀρχὸς Ἐμὼρ σὺν παιδὶ Συχὲμ, μάλ' ἀτήρεε Φῶτε.

Sed nemo, opinor, dubitabit, quin vere emendem,

Ἔνθεν δ' ἐξενέποιμεν, ὅτι πόλιν ἤλυθε Ἰακὼβ
Εὐρεῖαν Σικίμων· ἐπὶ δ' ἀνδράσι τοῖς ἐνέτησιν
Ἀρχὸς Ἐμὼρ σὺν παιδὶ Συχὲμ, μάλ' ἀτήρεε Φῶτε.

Jam vero narremus, quomodo venerit Jacob ad urbem
Latam Sicimorum: civibus vero ipſius
Praeerat Emor cum filio Sichem, viri violenti.

Ἐξενέποιμεν reſcripſi ne litera quidem mutata; Sed & ἐνέτησιν recte me dediſſe docebit *Heſych.* Ἐνέτας. τοὺς ἐνοικοῦντας, exhibens, ubi vide *Iſ. Voſſium* recte ab Ετης deducentem.

Apud *Nonium* in v. *Obſcaenum* ſequens conſpicitur fragmentum ex Aſtyanacte tragoedia *Accii: Hunc aicaiſpinem regionum fac, ac deſiſtet exercitum morari, nec me ab domuitione marceretur obſcaeno homine:* quae portenta potius ſunt, quam verba; varia doctorum tentamina (quae referre longum eſſet,) videas & in notis ad locum ipſum, & in iis *G. J. Voſſii* ad Fragm. Tragic. p. 139. In ini-

tio alii exhibent, *Hunc altaiſpinem*, ex quibus *Mercerus* veriſſime Calchantis nomen elicuiſſe mihi videtur, in ceteris minime audiendus, cum ipſius emendatio metrum plane ſusque deque habeat. Ego verba ita emendare, & in Trochaicos digerere conatus ſum.

Nunc, Calcha, ſpei
Legionum fac ſati? ; deſiſte exercitum morarier,
Nec med ab domuitione arce retro obſcoeno omine.

ut verba ſint Agamemnonis, quibus Calchantem adhortatur, ut ominibus iam expiatis deſinat exercitum, atque adeo ſe quoque ulterius morari & reditu arcere. Tentari etiam priora ita poſſent, *Tu, Calcha, finem religionum fac*; & ita coniecerat *Iſ. Voſſius* ut exemplar manu ipſius notatum docet, ſed metrum praefracte obnititur, niſi concedas a fine prioris hemiſtichii vocabulum excidiſſe, ut ſic V. G. conſtituantur,

Nunc, Calcha, finem [*denique*]
Religionum fac; deſiſte exercitum morarier;
Nec med ab domuitione arce retro obſcoeno omine.

Sed ad Graecos redeo. *Heſych.* v. Ναύσων inquit, Ναύσων, Κρατῖνος ὄνομα ἐποίησε τὸ Ναύσων, παρὰ τὴν ναῦν καὶ τὸ κρατεῖν. πολλὰ δέ ἐςι τοιαῦτα καὶ ἀγάθων καὶ λευκότερος Λεύκωνας. Vix crediderim alium in *Heſychio* eſſe locum magis mutilum & corruptum: quid enim, quaeſo, an Ναύσων deductum eſt a ναῦς & κρατεῖν? dein quid illud ἀγάθων? nec enim audio *Sopingium*, qui *Cratinum* hic laudari non contentus,

